Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

35,-56-4°

LN 672
ex. 3

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM LIBRI VNDECIM.

FRIDERICI II. potentiſsimi Danorum Regis nuptijs deſtinati.

In quibus neceſſaria variorum memoria & conſeruatio tranſmittitur ad poſteritatem.



F. G. G.

FRANCOFORTI AD MOENVM.
Cum Gratia & Priuilegio Imperiali ad Decennium.

M. D. LXXIII.

CANCELLIE-COLLEGII

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

POTENTISSIMO PRINCIPI ET ILLVSTRISSIMO DOMINO D. FRIDERICO II. DANIAE, NORTVAGIAE, GOTTHORVM SCLAVORVMQVE REGI: DVCI SLESVICI, HOLTZATIAE, STORmariæ & *Dytmarſiæ: Comiti in Altenburgo & Deelmenhorſt, Domino ſuo Clementiſsimo.*

THEMISTOCLEM ferunt quidam, Potentiſſime Rex FRIDERICE, interrogatum aliquando quam libentius & ferret, & audiret Muſicam: Reſpondiſſe, eam qua laudes ſuas intelligeret & molliſſimè & veriſſimè referri ac celebrari. Etſi autem multi hoc dictum calumnijs inceſſere, quodque à ſummo viro Duceq; præſtantiſſimo reſponſum erat, conuicijs quibuſdam & ſugillationibus obicere non dubitant: cum & ſuperbè illud, aroganterq; dictum clamitant: & indignum vi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ro cenſent,qui cùm Principatum affectaret in Republica, contendere iſtuc animi orationisq́; modeſtia,nõ fortunę aut præſumptionis oſtentatione debuiſſet:ego illud tamen cum omnem eius & vitam & conſiliorum rationes paulò diligentiùs inſpicio, equidẽ & ſapienter illum, & rectè quadamq́; maxima cum animi & elegantia & moderatione reſpondiſſe arbitror. Non enim id Themiſtocles ſpectabat,vt contemptis aliorum virtutibus ſe magnifica factorum com memoratione in vulgus latè venditaret: cumq́; aliorum incommodis ſua ſibi is aſtutè compararet commoda: ceu peruerſa quædam atq; inhumana eſt multorum conſuetudo: qui non ſolùm, niſi quod ipſi fecerint, aut rectum ſanè aut memorandum nihil eſſe putant:ſed & aliorum cum iniuria nituntur ipſi creſcere: eamq́; ſibi lucro fraudem ducunt, qua & alijs quæ vera ſunt detrahere, & ſibi falſa audent inciuili prorſus oſtentatione aſſerere & vendicare. Stultum genus hominum: cui plerunque pretium virtutis in aſſentando ponitur: eamq́; ſolam & blandam ſibi & benignam profectò auram habet:quam preſens percipit:cùm reliqua illa quæ haberi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

haberi plerunque de abſente ſolet, & temeritatem exprobret & inhumanitatis notas redoleat oratio. At verò non id (inquam) ille vir aut vita aucupari ſtuduit, aut dicto, quod retulimus, ob leuitatem approbauit. Alia enim reſponſo iſto complexus eſt, quam quæ ſunt nota vulgo. Primum enim poëſin dulcem venuſtamq; & rebus ipſis parem, appellauit ſuauem Muſicam. Deinde nuncupauit laudes, quæ mentiti nihil, nihil aſſentationis inſulſæ, nihil deniq; haberet vani. Poſtremò ſuas dixit: non quas ſibi is Thraſonico pro more vendicaret aſſereretq́; : ceu qui Rhodium in conuiuio tetigiſſet, aut brachium ſolus Elephanti perfregiſſet Indico: ſed quas cum dignitate Reipublicæ Athenienſium: cum Magiſtratus ac militum fortiſſimorum gloria: cum hoſtium virtute atq; potentia coniunctas ſibi voluit ac copulatas exiſtimari. Ita, dicto hoc mehercle venuſto ac elegante non tantùm Doctrinis admirationem peperit: ſed & vſum literarum humanitatis & præcipuum penè elegantis veræq; & excultæ poëſeos finem extulit ac demonſtrauit. Neq; enim dubium eſt eundem ferè eſſe & ſocietatis humanę & bonarum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

literarum finem: qui quidem vtrique ita ordinatus eſt & conſtitutus: vt quemadmodum vitæ humanæ vſus frequentia ac ſocietate amica quadam & communicabili creſcat, excolatur & vigeat: ita literarũ præſidio ad eam, quam ſæpè nomino, ſocietatis dignitatem & mutuæ beneuolentiæ declarationem omninò perueniatur. vt nihil de ijs, quæ meliora ſunt, dicam bonis: quæ cùm ſint æterna, equidem doctrinarum ac ſcriptionis vſu cum innoteſcunt inquirentibus: tum aduerſus impietatis ſalebras iniuriamq; obliuionis conſeruantur ac durant. Sed de alijs literarum & Orationis generibus multa à multis ſæpè ſunt explicata. De Themiſtoclis dicto id omninò teſtor, rectè profectò aſſertum recteq; reſponſum eſſe, nihil dulciùs in omni opere humano, concinno quodam ac elegante reperiri poëmate: in quo cum rerum vtilium & grauiſſimarum pondere, perſpicuo dulciq; venæ ac compoſitionis flumini erudita quædam & artificioſa eſt concertatio. Deinde hanc ipſam, ſi cui illa aliquando contigit, dicendi ſcribendiq; rationem eò potiſſimùm & referendam & accommodandam eſſe: vt ſo-
cietatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

cietatis huius in qua viuimus humanę coniun-
ctionem ornet : nihilq́; prius ducat, quàm vt
præclara maiorum facta aut præſentium exi-
mias & dignas laudibus virtutes efferat, deſcri-
bat, amplificet. Eo vſu fructum conſequi & ve-
nam ipſam maximum:& artifici hoc intereà ac-
cedere ex laboribus emolumenti : vt quam na-
turæ beneficio adeptus eſt, ſtudijs verò ac dex-
tra frequentiq́; exercitatione confirmauit ſcri-
bendi facultatem, rectè etiam & fœliciter illam
collocauiſſe videatur. Ne hoc addam quoque
non defutura illis eſſe præmia , qui egregijs in-
genij monumentis id aſſequuti ſunt , vt præ-
mijs omninò habeantur digni. Semper Deus
quoſdam excitat in omni gente liberales, & Pa-
tronos literarum : qui & ſtudiorum doctrina-
rumq́; elegantiam conſiderant:& iuuandos ad-
hortandosq́; ducunt eos, quos indole non in-
uenuſta inconcinnaúe ferri vident ad celebri-
tatem nominis & literarum bonarum cultum
ac propagationem. Neq; enim hoc eueniet om-
nibus, quod mihi non ita merito contigit Ve-
netijs : cùm dedicatum Reipublicæ Opus de re
Nautica ipſe attuliſſem tradidiſſemq́; ei quem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

recepto nunc iſtic more aut Ducem vocant, aut Principem extollunt: qua de re alius mihi conſtitutus eſt ad dicendum locus. Intereà nuſquam ceſſent bonarum literarũ canditati eam quam quiſq; nactus eſt Spartam adornare, nec inciuili ſe & barbaro prorſus exemplo deterreri ſinant: quo minùs & diſcendo elaborent, & ſcribendo annitantur dignitatẽ aſſerere literarum: quam ita demum & tueri ſe & promouere poſſe putent: ſi quam conſequuti ſunt dicendi copiam & venuſtatem ad res conuertant & vtiles in vita, & neceſſarias moribus, & coniunctioni animorum conſtituendæ confirmandæq́; omninò accommodatas. Hoc enim literarum vſu cum huiuſmodi quidem ornandis admoueantur rebus, & doctrinarum omnium & poëſeos diuinæ elegantisq́; dignitas conſpicitur: quæ non excitandis animorum incendijs, non exſufflandis bellorum diſſidiorumq́; aut calumniarum ignibus: ſed celebritati virtutibus maiorum comparandæ: ſed Deorum augendæ laudi: ſed coniunctioni deniq; & animorum & officiorum contrahendæ firmandæq; diuinitùs & nata & donata eſſe videatur. Huius generis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ris Poëtas non exturbandos Plato cenſuit: ſed & honorandos Ciuitatibus, & retinendos eſſe eſt arbitratus: vt quos & de Dijs immortalibus ſentire docereq; etiam rectiſſimè: & benè mereri poſſe ſciret de Republica, deq; vniuerſo generis humani cætu. Quin fœlices multi hos putare maximè, quos optimorum Poëtarum ſtudijs ab obliuionis iniuria vindicatos eſſe exiſtimarent. Quo nomine beatum Alexander Magnus Achillem eſſe cenſuit: quòd factorum laudisq; ſuæ præconem Homerum reperiſſet. Semper autem vt præſtantiſſimus quiſque erat inter Principes: ita eos maximè Poëtas coluit, quos elegante doctrina claros inſtructosq; dicendi hac & ſcribendi exercitatione cæteris antecelluiſſe cognoſceret. Nec ignotum eruditis eſt quanta animi affectione Auguſtus Cæſar & Virgilium complexus ſit, & Horatium adamarit. Certè horum conſuetudine præſentiaq; ita plerunque delectatus eſt: vt eos non tantùm anteferre alijs: ſed conſilijs adhibere, ſecretaq; committere, & agendarum rerum veluti æſtimatores quoſdam & iudices dicere putareq; ſit ſolitus. Nec rarò ſolus cum hiſce conuerſari viſus eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ſus eſt. Et narrari de ipſo ſolet: cùm ſederet aliquando medius inter Virgilium & Horatium: interrogareturq́; fortaſſis à Mecœnate, quid ageret: reſpondiſſe, ſedere ſe inter lacrymas & ſuſpiria: hos ipſos ita notans: quòd Horatius oculis lippientibus: Virgilius autem perpetuis quibusdam & grauiſſimis animi cogitationibus occuparetur: magisq́; rerum inquirendæ proferendæq́; veritati incumberet: quàm operam daret ſuſurrationibus & mendacijs aliorum fortunas vel euertere apud Principem, vel virtutes calumnijs deformare: quæ nunc prima eſt in multis aulis aut malitia delatorum, aut impunitas ſcelerum, aut Principum fatuitas, aut ſtulta deniq; atq; inepta ſimulati officij venditatio. Sed facilè erat emergere apud Cæſarem qui & natura erat liberalis: & habebat vnde ſuis benè ſuauiterq́; faceret: eratq́; ipſe doctrinis liberalibus ita inſtitutus: vt ſupra mediocritatem haud paucis gradibus contendere viſus ſit ad perfectionem. Noſtro autem ſeculo cum vel alienis multi vident oculis: vel inuidorum aſtutorũq; (qui vniuerſam quidem aquam in ſuas deriuare molas ſtudent) inhumanitate & perſuaſio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ſuaſionibus retardantur prohibenturq́; à Liberalitate, minus benefit eruditis: Cui quidem fortunæ & ipſi Scriptores haud nullam interdum præbent in multis locis occaſionem. Alij enim friuolis quibuſdam atq; inutilibus plerunque rebus chartas illinunt, horasq́; bonas perdunt. alij faces ſuggerunt ſcribendo, quò ſuccenſa diſſidiorum flamma & inclementiùs ardeat, & latiùs euagetur. Quidam famoſis debacchationibus omnem ſubuertunt beneuolentiæ ac ſocietatis animorum coniunctionē: alij deniq; prius quàm didicerunt ipſi, impunè feruntur ad ſcriptionis euulgationisq́; audaciam: & quod præſtare non poſſunt niſi ineptiſſimè: tentare tamen venditareq́; non erubeſcunt, hoc ſolo admirandi: quòd nihil deduxerint in theatrum, quod quis vel admirari poſſit, vel adamare velit. Huius infortunij labes in artium quoque ac diuinæ maximè Poëſeos contemptum, inhumana quadam cenſura præpoſteroque multorum iudicio redundat, idq́; adeò etiam: vt vno penè loco vnoq́; numero habeant nonnulli omnes, quos ſcribendis verſibus accommodaſſe manus vident. Quemad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

modum enim iſte ait de mulieribus, Si vnam noris, omnes noueris: ita hij de Poëtis cenſent, omnes videri malos: propterea quòd aliquot pridem aut Cherilo perſimiles, aut minimè bonos omninò reperiſſent. Sed & iudicij illa eſt maxima peruerſitas: & nos querelas haſce latiùs non deducimus impræſentiarum.

Ad hunc autem quod attinet laborem noſtrum: Scis ipſe, potentiſſime Rex FRIDERICE, non me huc irrupiſſe temerè: ſed impoſitam mihi tuo mandato eſſe hanc ſcribendi neceſſitatem: qua nuptiale tibi Carmen noſtro Marte noſtraq; illa mediocri curæ atq; ingenij facultate adornari præcepiſti. Id quanquam iniunctũ mihi ſit & mandatum ſerius: quàm vt ad ipſum ſolennitatis diem parari euulgariq; potuerit: niſi pagellas quaſdam fortaſſè tenues ieiunasq; & pretij nullius proferre diſſeminareq; in vulgus libuiſſet: non tamen vel mandatum facilè deſerendum: vel laborem hunc præcipitandum mihi & ſubuertendum eſſe exiſtimaui. Onus itaq; ſubij: meoq; & arbitrio & more in hac paleſtra verſatus ſum ita, vt dignũ aliquid & Maieſtate tua, & Læti ſtudijs effectum elaboratumq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

eſſe putem. Scio vetuiſſe Alexandrum alia ſeſe quàm Apellis pingi manu. Eo cum audaciam inſulſitatemq; in multis, qui ſe artifices ſub inde profiteri venditareq; non dubitauiſſent: aut reprehenderit, aut emendarit: equidem id interdicto conſequutus eſt, vt venuſtiſſimè poſteà & iuſtiſſima corporis lineamentorumq; imitatione ac forma expreſſus depictusque eſſe videretur. Etſi autem non par me ſequatur fortaſſe gloria Scriptorem: vt vnus maximè in hoc dicendi genere pręſtare cenſear: (quod nec magnoperè dici expeto: nec Eruditorũ tamen iudicijs ac candori admodũ reluctabor): tamen cum huc me tua & voluntate ductum & authoritate confirmatũ video: equidẽ iudicij tui magnitudinẽ, voluntatisq; & beneuolentiæ ſignificationẽ omnibus multorum nænijs antepono: quodq́; impoſitum mihi erat abs te, & ſuſcipiendũ fortiter, & laboribus vigilijsq; & curis maximis perficiendum mihi & exantlandum eſſe duxi. Qua verò intereà ſum Methodo, quibus rationibus vſus in huius ſcriptionis curſu, videre illi & iudicare queunt: quibus nec ſordeant noſtra, & plurima voluntas eſt vt gratulandi ti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

bi, ita & cognoſcendi ea quæ noſtris in regnis vel in otio certè vel in negocijs geſta ſunt & adminiſtrata. Gentis noſtræ & originem & migrationes varias aperio. Regni primam conſtitutionem, Regumq; præcipuorum ſeriem & præclara facta, euentusq; conſiliorum multorum attingo: totamq; eò deduco propagationem: vt in vltimos tandem delata Principes hæc ſcriptio, clariſſima & tua & Maiorum tuorum facinora explicet, oſtēdat, cenſeat. Et quia huic labori noſtro occaſionē prębent Maieſt: tuę Nuptię: conſtetq; multis qua te ſanguinis neceſſitudine coniuncta Vxor ſit: equidē hoc de toto Graduū ac propinquitatis iure, ordine & vſu mihi aliquo librorum horum loco erat diſputandum: quod quidem quantum noſtro huic vel inſtituto eſſet ſatis: vel congruere orationis generi fortaſsè poſſet: à nobis factum agitatumq; eſſe puto. De pœnis certè, quibus tollenda penſandaq; ſunt interdum crimina, ita ſcripſimus: vt ſi diligenter & oratio ipſa & conſilij noſtri ratio aſpiciatur: non inutilem fortaſsis admonitionē his inſertam eſſe eruditiores deprehendent. Miror autem hanc de toto pœnarū genere vel cauſam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ſam vel diſputationem minùs dextrè à Philoſophis agitatam eſſe. Iuriſconſulti veteres (qui & illi veram Philoſophiam profeſsi ſunt) in hac omninò parte multò erant profectò diligentiores. Inde enim Cornelia iſta de Sicarijs: inde de Parricidijs Pompeiana: Inde Aquilia: Inde Quadrupedis pauperies: & ſi quæ eius ſunt generis leges actionesq; aliæ, quæ hoc diligentia ſeueritateq; maxima conſectatur, vt delictorum formis pœnarum modus congruat: nec crudelitas ſit in ſupplicio: cum vel in facto error, vel in delicto neceſſitas, vel humanæ deniq; infirmitatis violentia in iſto tranſgreſſionis motu conſtitiſſe videretur. Sed hac de re ſapiẽtes, & eruditi & boni viri iudicabunt. Præterea non Regum tantùm multorum ſeriem, eorumq; facta quæ vel pernitioſa patriæ, vel vtilia regnis extitiſſent, complexus ſum: vt hac etiam noſtræ ſcriptionis induſtria innoteſcat, quibus maioribus ortus ad hanc deueneris regnorum ac Gubernationis poſſeſſionem: Verùm etiam quorundam mentionem facio aliorum: qui vel Imperij tui Ciues ac membra etiam præcipua, ſuo quiſque in loco officij ac muneris commiſſi dignitatem augere

tueriq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

tueriq́; potuerint: vel inter externos clari aut ipſi Heroes Principesq́; ditionibus excellunt, aut gubernatoribus ſubſeruiunt conſilijs, eosq́; adminiſtrationis vſu recreant, fulciunt & iuuant. Id eo factum conſilio eſt: vt poſteritati conſtet quibus viris quibusq́; rerum maximarum adminiſtris, & tu Imperij noſtri gloriam tueri amplificareq́; potueris: & ego vel ſocijs intereà vel beneuolentia coniunctis vſus ſim, dum vitæ curſum expleo, easq́; quas ferre interdum neceſſe eſt, curas ſollicitudinesq́; aut mitigo aut vinco. Poſtremò cum Opus hoc in medio ęrum noſoq́; ac infœlici peregrinationis noſtræ curſu molior: dum alia Hafnię, Hamburgi alia, quędā Coloniæ, Baſileæ pleraque, Patauij multa, plurima hîc Francoforti, idq́; nullo penè librorum, nullo Hiſtoricorum præſidio, nulla ſolatij aut recreationis luce: & quidem id tanta breuitate temporis, tantoq́; ob amiſſam Coniugem pulcherrimā dulciſſimamq́; aut animi luctu aut acerbitate cogitationum, contraho & ſcribo: cum quædam ſubinde vel doloribus diſtracto obrepſiſſe imprudentiùs, vel tractata leniùs, vel oſcitantiùs neglecta prætereitaúe eſſe videri queant:

ant:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ant: equidem vt iuſta hæc ad pondera & iuſtam aliquando ad formam, certioremq́; rerum explicationẽ deducãtur, emendandi mutandiq́;, addendi etiam aut detrahendi, ſi ita neceſſe ſit, facultatem liberam mihi relictam & reſeruatam eſſe volo. In omnibus autem huc profectò ſpectat animus: vt & bonis grata ſint: & eruditis placeant: quibus & ſolis omninò de hiſce noſtris defero pronunciandi iudicandiq́; poteſtatem. Cæterùm toto hoc in ſcripto eam dedi plerunq; operã, vt & nullos læderem, & placerem optimis: & de ſingulis ita etiã mererer, vt cùm rerũ maximarum formã euentusq́; conſiliorũ varios, & multiplicẽ vel voluntatũ humanarum inclinationem: vel actionum diuerſitatẽ complexus ſim: equidem ſine acerbitate orationis, ſineq́; & Regum maximorum, & aliorum omnium inſectatione, quantum illa quidem mihi comperta eſt, veritatẽ aſſero: in cuius expoſitione ita me, etiam hoc ſcribendi genere, verſatum arbitror: vt cum multa ſubinde enarranda explicandaq́; erant, quæ vel aſperiora quibuſdam videri fortaſſe poterant: vel minus grata exiſtimarentur omnibus: equidem hunc ego, ni

quid fortaſſe fallor, cõſeruaui orationis noſtræ curſum: vt cũ veri ratio in ſingulis potiſsimum ſpectata ſit: nullus tamẽ aut iniquius petitum, aut inclementius tractatum, aut fædis deniq; mendaciorũ notis ſeſe deformatum aſperſumúe eſſe, iure queri poſſe videatur. Ad rerum verò in noſtris Regnis geſtarum magnitudinem quod attinet & modum: equidem haud diffiteor non minus æquũ eſſe me apertis hoſtibus, quam benignum meis: quorum vt virtutem celebro extolloq́;: ita nec facta hoſtium fortiſsima extenuo, nec arrodo ſugillationibus: nec quæ ſtrenuè ab illis acta ſunt: (quantum noſtris quidem Muſis attinguntur, impræſentiarum) aut in alios per improbitatem inuidiamq́; transfero, aut Sycophantiæ ſtudijs aliter quàm decet, criminor & pingo. Deniq; non me profiteor odiorum aut diſſenſionis facem: ſed cùm omnes homines, & eos quidem maximè quib. populorũ ſalus mandata eſt diuinitus, tum Reges ipſos, qui hæc Septentrionis latera adminiſtrant, hortor ad colendã ſocietatis, animorũq; & beneuolentiæ coniunctionẽ: quæ profectò (ne quid fortaſſe dicã nunc acerbius) ſine ma-

gno

gno & regnorũ & principum diſpendio, ſineq; iactura fœlicitatis publicæ, nequaquam poteſt violari. Tum verò in multis ſcripti huius locis plurimus mihi reſpectus eſt ad voluntatum ac Cupiditatis moderationem: qua vna re ſi non fœlicitatem Rerũ publicarum ſummam, certè politicam hanc & communem Regum ſubditorumq; incolumitatem definiri poſſe certum eſt. Nihil autem commodius eſt pace, nihil moderatione vtilius exiſtit in humano genere: de qua re in Moralibus Colloquijs noſtris, & ijs quos de re Nautica ſcripſimus libris, pluribus ſanè in locis à nobis diſputatum eſt. Ad hæc, cum illis quos plerunq; aut in gente noſtra claros, aut externa etiam præcipuos excellenteſq; nomino, ea varijs in locis tribuam, quæ verè tribui à me eq; meritis illorum nominari ac referri poſſe ſtatuas: equidem huc noſtra circa eam rem omnino pertinet oratio: vt & noſtræ quoque erga illos beneuolentiæ extet teſtimonium: & qui horum aliquando in locum miniſteriaq; ac dignitates ceu continuatis veſtigijs ſuccedant, ex illorũ ſanè actionibus viuendi petant normam: quæq; in ijs ob virtutẽ com

mendata vident, & humanitate in egenos affli-
ctosq́; , & in principes ac Reges fide ; & in ipſis
deniq; officijs ac cōcreditis muneribus, aſsidui-
tate ac diligētia, æmulari facta velint. Præterea
cùm multos nunc in inclyto Daniæ regno &
Nobilitate ſuperare, & doctrinarum ſtudijs di-
gnaq́ue familijs humanitate florere certum ſit:
quis enim neſcit quæſo, quanta eruditionis lau
de & Bildones Fratres, Steno Iohannesq́; Nico-
lai Filij, ceu præcipua quædam & generis ſui &
Muſarum lumina antecellunt? Cui ignota eſt
liberalis illa & cum primis memoranda Tycho
nis è Brahorum ſtirpe, doctrina varia, & in di-
ſciplinis Mathematicis perfectio? Iam è Krab-
bis quanto vſu quantaq́; dignitate tuetur litera
rum ac doctrinæ eximiæ poſſeſsionem Nico-
laus, Magni filius: cui neque ad diſciplinarum
bonarum notitiam, neq; ad Moderationis ac
Modeſtiæ vſum deſiderari quicquam poſſe pu-
tes? vt nihil eos dicam, quorum ingens pater-
naq́; ad virtutes ac doctrinæ liberalis cultū vel
manifeſta eſt cupiditas, vel à maiorib. amicisq́;
videtur aucta eſſe incitatio: vt Rhudos noſtros
Canutū Iohannēq́;, Ottonis viri maximi, Eyle

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

rum, Georgij: è Goijs Magnum Falconemq́; Falconis; è Stramis, Petri: eq́; Barnekouijs, Martinum & Iohannem fratres, Iohannis Filios, iuuenes mehercle egregios eleganterq́; eruditos omnes; Ne quid & Stenaltinā Biornonis ſobolem, & alios prætercam: quorum vitæ conſiliorumq́; ratio non tantum in perceptione literarum, ſed in regnorū, populorumq́; & morum diuerſorum notitia experientiaq́; ſingulari collocata eſt & conſtituta. Illos igitur, cùm tales ſint, & præclarè literarum ſtudijs exculti, ad horū librorum inuito lectionem: oroq́; vt & ipſi, ſuo quiſq́; loco, vel noſtros hoſce approbando conatus adiuuent; vel moliantur certè aliquid: maioreq́; vel ſtudio quærendi, vel ſcriptionis diligentia perficiant: quod eximium quidem & generi laudem, & patriæ noſtræ adferat confirmetq́; cum vtilitate vera dignitatem.

Etſi autē clariſsima ſemper fuere & cū primis prompta tam ad belli quàm ad pacis artes, noſtrorū hominū ingenia: extentq́; à priſcis etiam temporibus veſtigia doctrinæ atq; eruditionis liberalis, qua ſe Danica hæc natio potuerit exteris gentib. honeſto doctrinarum vſu commen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

dare: qua de re, cùm Hexameron Andreæ præſulis atq; Archiepiſcopi Lundenſis edam, mentionẽ faciam, Deo volente, copioſiorem: tamen vt nunc ditiſsimus in omni gente eſt prouentus literarũ, planè affirmauerim nullo vnquam tempore plures verè Doctos in Inclyto noſtro ac florentiſsimo Daniæ regno extitiſſe: quemcunq; demum aut Nobilitatis maximæ aut honeſtæ plebis gradum ordinẽq; aut dignitatem aſpicias atq; intuearis. Eius Boni cũ multæ cauſæ ſint, tum hæ præcipuæ profectò ac ſingulares, Benignitas Dei: & Maieſtatis Tuæ ſumma liberalitas: qui tanto ſtudio rem literariam & ſalutem Eccleſiæ complexus es: vt cum alia omninò plurima ſummaq; illa etiam perfeceris: equidem quæ ad Eccleſiæ Scholarumq; dignitatem, vſum atq; incolumitatem potiſsimũ pertineãt, & conatu maximo, & ante omnia cùm appetijſſe, tũ perfeciſſe omninò videare. Sed hac de re in Noribergicis noſtris copioſè à nobis explicatũ eſt. Poſtremò opus hoc Sereniſsime Rex, & mandato, & re & inſcriptione tuum, etſi perfectum exhibeatur fortaſſe tardius: placere tamen atq; acceptum tibi eſſe ſinas. Ita labor hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

noſter ſuũ certè & fructum conſequutus eſt: & tu humanitatis opinionẽ, quæ de te iã diu profectò alitur in multorũ hominum pectoribus, vel hoc etiã confirmaris argumento maximè: quòd & mãdare cũ delectu iudicioq; potueris: & quæ tuo perfecta iuſſu, elaborataq́; ſunt mediocri diligentia, equidẽ & amplecti velis, & grata tibi eſſe omnino patiare. Merita in me cũ Maieſt. tuæ ſint ampliſsima: certè eò ſtudijs nitor, eoq́; voluntate etiã contendo: vt cũ reddi aliud à me nequeat, oratione profectò ac ſcriptis illã quæ virtute tibi victorijsq́; ac grata ſinceraq́; erga Deum religione, parta eſt, apud omnes bonos ſtudeã & augere & promouere exiſtimationẽ. Id cũ alijs in locis, tum hoc potiſsimũ in opere à me idq́; nullo aſſentationis ſtudio, ſed honeſta veritatis aſſertione, perfectũ eſſe eruditus Lector omninò depræhẽdet. Opto autẽ vt & diu floreas Pater Patriæ patronusq́; & aſſertor virtutis ac literarum: & fœlicitatem experiaris in Coniugio, quod & ſobole incolumi, & gratia perpetua Filius Dei ornet ac fulciat, Vale. Francoforti ad Mœnum Calendis Ianuarij, Anno. 1574.

Maieſt. Tuæ

Fideliſs:

C. Eraſmus Lætus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM,

LIBER I.

DIC mihi Muſa, thoro fuerit quæ Cauſa iugali,
Quiſue decor tædis, & honeſto Gratia lecto:
Cùm ſe Danorum maieſtas Regia ſacris
Inferret thalamis: Charitasq́ in fœdera ducens
A ugeret patriæ patrios FRIDERICVS honores.
N on ea res tenui confluxit origine: nec ſe
T ranſtulit incerto noſtra hæc in littora curſu.
P lurima fatorum ſeries, & cognita cœlo
I usq́ fidesq́ patri, morumq́ decentia nexus
C opulat, ac animis plauſum coëuntibus addit:
A tq; hæc vota parat. Superi ſententia mundi
C ongruit, ac meritos Hymenæo promouet ignes.
D eniq; quodcunq; eſt, quod fas úe ſacrum úe Deorum
L egibus eſſe putes: ſi quid pulcherrima circum
O ppida verſari, ſtudijsq́ alludere cernis,
L eniter aſpirat. Pontus FRIDERICE procellas
M ollit, & æqua tuis gratatur Dania factis:
I nceptoq́ fauet, pacemq́ è fœdere ſpectat.
E rgò quis Aönijs non hæc monumenta Poëtis
E ſſe canenda putet? Virtus ſua ſemper honori
I nſcribenda fuit. nuſquam langueſcere fas ſit,
Q uòd veras laudes, quòd vera encomia gignat.
A rdua materies obiecta eſt vatibus. aſt hanc
C ùm Venus ingenuo deuincta in fœmora ceſto,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t comitata Dijs, vitamq́; in carmina fundens
P romoueat: nihil externo ceu preſſa rigore
P ierios metuat mens noſtra aſcendere colles:
E t rerum porrecta ſequi faſtigia. cœlo
C elſa iuuante petas: nec te timor auferat, vt non
S udet equus, primasq́; terat tibi victor arenas
E xſuperans. Quòd ſi vlterius fortaſſe volendo
P rogrediare, equidem certantes aurea fulcit
S pesque fidesq́; viros, ducitque per ardua virtus.
E t iam fama diu eſt, tantùm conando potitos
O ptato multos. Vincit fiducia, quæ ſe
I ncitat ac ſocio ſe vincere ſperat Olympo.
A ut quid ego Alcidæ varioſq́ue graueſq́ue labores
C ommemorem? quid Dædaleis præconia ceptis,
C retæi fugit dum vincula carceris, addam?
M ulta equidem multis ita ſucceſſere, quòd auſi
G randia tentârint: ſuperiſq́ue in vota ſecundis
S ic ſint vſi, vt ſidereo plerunque fauore
O biectos vitæ caſusq́ue & triſtia frangant.
H ippomanem curſu victorem audacia fecit,
E t victa eſt Atalanta: ſuo iam victa marito
G ratior, à curſu quòd non ceſſiſſet. Olympo
F ixa manent, quæ te conantem fata ſequantur,
A cceptumq́ue bonis clara ob certamina reddant.
S ed neque Parnaſſi dormitum eſt vertice: nec me
P egaſei vatem fontis liquor imbuit. hoc ſe
F ortè alius magnum vana inter dicta furore
V enditet, ac totam iactet leuis Hypocrenen.
M e cauſis alijs, aliaq́ue è lege Poëtam
N umina decernunt. non me ſopor obijcit actis
I udicijsq́ue virûm, nec inanes ſomnia verſus
P arturiunt. animi vigor eſt, & plurima rerum

Cura

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ura laborq́ue: quibus ſe delectarier, amplo
T eſtantur Muſæ dum reddunt præmia diſco,
E t nihil auerſos tribuunt in carmina vultus.
E rgò age magnanimi thalamoſq́ue & ſeria Regis
O rnamenta, quibus meritò celebretur alatq́ue
P ræſentes inter famamq́ue decuſq́ue Monarchas,
E t ſua venturo ſit gloria prima Nepoti,
D icemus. Tu Chriſte, Deus ſoboleſq́ue parentis
Æ terni: cui ius cœliq́ue ſoliq́ue mariſq́ue
E ſt datum, & æthereos inter regis optimus orbes:
Æ qualisq́ue Patri, de lumine lumen: & omnis
F ons & origo boni: miſeris ſacra anchora, quo ſe
P ræſidio tutam ſæuas Eccleſia gentes
I nter, & immanes inter ſciat eſſe Tyrannos:
H oc deſyderium, quod mentibus acre reſedit,
I mpellitq́ue animos curis: Regumq́ue priorum
F acta: genus, mores, ſtudiumq́ue & fœdera narret,
P erficias. Non me Arctoum leuis aurula vatem
S ic tollit, noſtris vt fidam viribus: aut hoc
P oſſe etiam calamo diducier omnia credam,
Q uæ dicenda forent ſeq́ue hæc in carmina mittant.
C œlo opus eſt, quocunque ferat fortuna, magiſtro,
V t tibi fœlices veniant ad vota Camœnæ.
Q uin alio Reges, illa inclyta lumina mundi,
S unt genio cantanda: miſer quàm Tellus, & Iro
P auperior Varus, Varoq́ue ſimillimus Aſtur.
H is ſatis eſt ſolo miſeros vel nomine: vel ſi
N on etiam ſolo cognoſcas nomine, multa
I lluuie notos fame inter iurgia mittas.
Q uos ſua paupertas afflixit honeſta ſilendo
F ortunæ leges & cæca volumina vincunt,
C ontenti. peperit longos patientia fructus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A tq; aſſueta malis ſuperat: cruce preſſa triumphos
M ens agit, ac animos inter pia funera tollit.
A ſt ea non etiam diuinis charta Monarchis
Æ quali ſub lance coit. res maior & omnes
I mpletura gradus, numeriſqúe ingentibus æuo
M ilitat, ac ſibi ſe variatis caſibus infert:
C ùm mores animi, & vitæ faſtigia voluat.
N on igitur tenui res hæc ampliſsima verſu,
L ittoribúsue fuit primis dicenda. Sed vt ſe
N ubibus alludens ſuperas mox tollit in auras
C ygnus, & æthereo geminas clangore moratur,
Q uas tu diuinis obiectas vocibus, aures.
H aud alia Regum fuerant memoranda poëſi
F acta: dijs ſi cui licuit fortaſſe beatis
V tier, ac votis plauſiſſent ſidera noſtris.
A rdua quapropter cùm ſit calamisq; animiſqúe
M ateries obiecta meis: quæqúe vna fuiſset
A uſonijs & digna viris & digna Poëtis,
V irgilioque meo: qui ceu pulcherrima gentis
M œnia Romuleæ, Latijqúe exordia regni
F ontibus è paruis, paruaque ab origine duxit:
E t poſuit tantas ſecla in redeuntia laudes.
S ic genus & proauos, & quæ vel fecimus ipſi,
V el facienda alijs monſtrauimus inclyta, verſu
Æ terno dixiſſet: & hunc quoq; nactus honorem
V enturos inter columenque & fama Poëtas
S taret, & Arctoo ditatus luderet auro.
A ſt ſua nunc pridem diuino fata Maroni,
E t fatis nomen par conſtitit: omnibus vnum
C elſius: & qua ſe patiantur luce minores
A dduci: rerum ne quæ ſunt grandia tentent,
N ec temerè, vires ſuperantia facta ſequantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ed quò Muſa feror? regi, Rex Chriſte, pioque
M agnanimoque faue. Pietas eſt digna fauore:
M agnanimosque iuuant cœlumque & numina. per te
C eu regnant igitur, iusque & decreta Tyranni,
M ortales rectura viros atq; oppida, condunt:
S ic ſine te vates nec prendunt magna, nec ipſum
Q uod prendunt, dulci pertexere carmine poſſunt.
T u Muſis es vita tuis: te Phœbus Apollo
D iſpenſante, manu ſuſceptos promouet orſus,
E t fronti æternas circùm dat ſerpere Lauros.
T ùm tu Cecropias inter notiſsima gentes,
E t ſtudijs perculta tuis: cui nomen Athenæ
C ùm priſcas inter florerent laudibus vrbes,
P ræcipuè ſacrum poterant tribuiſſe, Minerua
A dſis: atq; animo calamiq; laboribus auge
Q uas noſti vires, quæque hic mihi iuſta probaris.
E ffice, cùm poſsis, cumque hæc mihi ſæpius addas,
V t ſua ſit rebus ſeries: ſint pondera verbis,
T otaque Palladio conſtet mihi linea ductu,
E t victura fluat. Sed enim Venus aurea, cœli
P rogenies: ſuperoque haud inficienda parenti
F ilia, perpetuis ſplendoribus aucta tuisq;
F ulgor, & Aonios inter pars ſumma Poëtas:
T u noſtris vnquam neq; dura nec improba votis:
S ed facilis plerunque & amico lucida vultu
P ieridumque comes multùm indefeſſa, vocanti
S ollicitoq; manum celſa hæc in culmina dextram
S ubijcias, niti vt poſsimus ad ardua. Sed non
H oc etiam tantùm. Pallas donauerit, vt re
N on illaudata conſiſtam, cùm mihi priſcos
M aiorum titulos veterisque inſignia mundi
S uggerat acta, patrumque manus in prælia narret,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D elataſq́ue canat ſceptro ob benefacta Coronas.
H æc ſtudijs coniuncta Dea eſt : nec dura videri
V atibus vna poteſt : quos , ſi fortaſſe laborem
H aud fugiant , animi donarit acumine, rerum
C ognitione beet, tacitoq́ue opplerit honore.
C eu multam certè iam dudum læta iuuentam
A ſſeruit, cultiſq́ue dedit ſplendeſcere Muſis
P ectora , & ingenuas parentibus intulit artes.
N on tamen illa quidem , quamuis ſit maxima , vati
E ſt ſatis : ex alio tibi venerit ordine , quo ſis
M agnus , & æterno conſtent tibi nomina verſu.
S anè equidem ſi quid Veneri fortaſſe litandum
E ſſe putes , firmos iecisti ad maxima nexus,
E t victura paras. Vna eſt Dea , cuius amica
D iuinaq́ue opera , blandiq́ue aſpergine ſucci,
G ratia victuræ cumulatur vera Poëſi.
D efuit iſta quidem multis Dea : Pallade quamuis
Intereà ſint vſi : & non ignobile ſenſu
E diderint carmen, cui res & multus ineſſet
F ortè labor , varioq́ue manus ſudore per omnes
I ntulerit numeros ſolidiſsima pondera. Sed cùm
G ratia nulla ſiet cumulatis mixta libellis,
I ngenioq́ue Venus ſe ſubtrahat æqua moleſto
A udaciq́ue , labat ſtructuræ opus : ipſaq́ue primo
I nijcia à partu iam mox ſua funera poſſunt
S entire , & triſti cepta eſſe exordia fato.
V ſque adeò Cytherea animoſq́ue manuſq́ue Poëtis
F irmat , & in noſtros Charitas adduxerit orſus,
S i viuant. Hanc tute igitur mihi Cypria lucem
I ndulgere velis, operiq́ue illabere noſtro,
V t placeat : meritiſq́ue etiam ſit Gratia rebus :
V enturiq́ue legant hæc mollia ſcripta Nepotes.

Quin

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uin auerſa quidem nihil hîc Venus alma videri
N ec mihi dura velis. Sunt nuptiæ & inclyta Sponſis
F œdera, quæ Idalio ſunt ritè fouenda calore,
E t ſtudijs celebranda meis. tibi talia pridem
P oſſe placere ſcio: nulloqúe libentius igni
S ubijcis æqua faces: quàm quo ſponſalia ritu
C ontrahis, ac licitos ſub pectora ducis amores.
S ponſam igitur ceu tu dilecto blandula ſponſo
C oncilias, & vtrinque caloribus omnia ſoluis
A mplexuqúe foues, & conſuetudine firmas
I uſta tuis. Ita me ſectantem maxima vatem
S uſtenta, & tenui ſit Gratia multa libello,
V t duret: placidiſqúe legantur noſtra Poëtis:
E t ferat haud dubias mihi fama æquiſsima laudes.
P oſtremò cùm te Regem FRIDERICE creatum
F ata beata regant: Aſtriſqúe vtare ſecundis
P ropitioqúe Deo: partem melioris & alti
A uſpicij noſtris indulſeris inclyte rebus,
P oſcentemqúe hæc magna iuua. Tibi numina regnum
F ortunamqúe & opes, & honeſto naſcier ortu,
M agnificumqúe tuis notumqúe laboribus eſſe,
C ùm dederint: animum capias, qui militet orbi
S idereo, magnoſqúe inter ſiet incola diuos,
E t velit æterna populis virtute probari.
E x illo aſpectes noſtra hæc in vota ſerenus
E t conſtans: quantumqúe potes tantum adde Camœnis
L umen. & hoc grandi facilem ſub pondere dextram
S ubijcias mihi: ne preſſos timor anxius artus
S ternat, & haud ſacros in carmina digerat ignes.
E t Deus eſt alios alijs prodeſſe. Vocatus
A dſis: & mihi quos voluiſti ferre labores
P romoueas ſimul, ac chartis illabere noſtris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I am tibi ſidereos inter Pater emicat orbes
I lluſtri pars prima loco, quacunq; petitos
C oncedat fortuna gradus, ſuperique Tonantis
A rbitrio meritum decoret ſors maior alumnum.
H uic Comes haud vlli facto aut virtute ſecundus
A ſsideas plenis vbi vita humana ſub annis
M ortales ponat reditura in ſidera neruos.
H inc tutela tuis ſemper celebrabere: ſemper
T e Lyra, te Cytharæ, te noſtra hæc Muſa ſequatur.
Intereà faciles præbere in carmina ductus
E t proferre velis. iam nunc aſſueſce vocari
V atibus, & ſacris ſis ſpesque & fama Poëtis.
O mnis at hîc tandem mihi iacta ſit alea: ceptum
O rdiar; & Muſis quæ ſit fortuna videbo.
V ndè autem grauibus primordia rebus, & hoc dum
I ngrediar pelagus, factorum exordia ducam?
V ndiq; multiplices conanti magna tenebræ
O bijciunt dubios cæca in compendia vultus:
E t mihi non faciles mittunt in carbaſa ventos.
C umque aliud nihil hîc præter fortuna ſuſurros
E t quasdam ſecli voces ac lubrica vulgi
D icta ferat, quibus hæc tanta in faſtigia nitar:
E t genus hoc Regum ceu prima ab origine pandam:
M ens mihi non vanis terroribus acta labaſcit
P enè etiam, & multis ceu fracta pauoribus ipſo
P rotinus inijcio longos fugit anxia curſus.
C ertè autem cuperet gradibus conſiſtere. ſi quid
V ſpiam opis vel dij tribuant, vel ſecula monſtrent
I ngeniiue labor monumentis eruat. Vni
D efuit hæc Boreæ ſolertia: qua ſibi rerum
P riſcarum fontes, generisque èxordia poſſet
A ſſerere, & ſcriptis populorum geſta tueri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ætera ſollicitis, ſi quam vel bella mereri,
V el ſeruata fides pleriſque in gentibus olim
E t noſtros inter poterat decerpere laudem,
C urârunt numeris: animoſque in prelia verſi
E gregios toto ſtatuebant orbe Triumphos.
H æc eſt maiorum generiſque incuria noſtri,
A tque hominum crudele nefas, Regumque priorum
S egnities: qui cùm ſtudeant ampliſsima factis
N omina & æternam gladijs inducere laudem:
D um bello laſſant populos, lateq; petitas
N unc has nunc illas reuocant ad fœdera gentes:
E t ſibi commiſsi tendunt pomæria regni:
N on etiam Muſas ſacrosúe Heliconis alumnos
D octrinasúe colunt. Vatum ignorata poteſtas
A ut vitata fuit. cùm ſe feciſſe videri
F ortiter optârint, populari maxima famæ
G eſta inſcribebant: totumque audacius orbem
C omplexi, neque ſe chartis neque facta libellis
S ubijciunt: fragili neque credunt magna papyro.
N e tamen & prorſus longinqui temporis vſu
O bliterata ruant: ſolidis inſcribere ſaxis
F actorum monumenta parant: cauteſque per amplas
S parſa legi ſerò mandârunt geſta nepoti.
N on hæc corticibus, ſed cautibus acta ſtupendis
C elantes: ne quid claros obliuio ſternat
H eroum titulos, vmbriſque immerſerit enſes.
S ed quid tempus edax, quid non longiſsima ſecli
A bſumit caries? ſua ſunt quoque funera ſaxo,
E t rigidæ cautes cumulant ſibi clade ruinas.
P erpetui aurarum curſus, pluuiæque procellæque
E t grauis illuuies: tùm ſparſa tonitrua cœlo,
A c tempeſtates iterataque iurgia nymbis,

B Gran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

G rando, niues, & equis bobuſqúe infixa frequenter
V ngula, & atroces iactataqúe fulgura venti:
I pſaqúe materies per ſeſe obnoxia multis
D efluuijs, rerumqúe vices & plurimus angor
T errarum, ac fiſſæ ſua per veſtigia rupes:
C autibus eradunt arteſqúe notaſqúe, profundis
S int licèt inſcriptæ, perductaqúe grammata ſulcis,
C eu nunquam peritura. alijs conſultius iſtud
E st viſum, Rythmis ſi condita facta vigerent
H umanas inter voces, dulciqúe lepore
A ſperſa è grato recrearent pectora cantu.
P lerunque id fieri, veterum vt mox laudibus ipſæ
S e tollant mentes: cumqúe hæc præclara parentum
G eſta vident, flammis ardeſcant protinus, & ſe
E xſtimulent, ne quid priſcis stirps poſtera deſit
M aiorum ſtudijs, aut ſit minor. iſta Quirinum
C æſareos victor qui primus obibat honores,
M ouit imago ducem: Macedum cum prelia Regis
S ollicitis animo curiſqúe & pectore voluit.
I ngenijs ille ardor ineſt: qui prima ſequendo
H oc agit, extremis ne quid conſiſtat: honeſtum
C um luctando ſiet prima ſub ſorte morari.
H æc auido quamuis igitur fortaſsè Nepoti
C uram addat ratio, ne quid maioribus olim
P ercultam, fracta virtutem mente relinquat:
I mbelli tamen est fulcimine nixa: parumqúe
P rofuerit, ſi non alio moueare magistro,
I pſaqúe mens tete rerum ad faſtigia tollat.
Q uin opus omne quod & clarum & ſublime futurum est.
P rima quidem è cœlo capit incrementa: Deumqúe
M otibus humanæ ſubmittit ſemina menti.
I pſe hunc infundit tibi Phœbus Apollo calorem,

Vt quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t quæ magna velis: quantumq́; adnitier auſu
E t ratione queas, tantùm explicuiſſe labores
Q uod ferat æternam benefacta ob publica laudem.
H æc equidem robur tibi maius in ardua virtus
P ectora ſubiecit: quàm ſi concentibus omnes
I mpleri voces, rythmosúe in cornua fundi,
G estaq́; maiorum memorari verſibus audis.
C armina non etenim quo pridem ſcripta calore,
A udiriúe legiúe putes. Vix extulit vnum
S ors hominem melior plura inter ſecula, qui quod
V erſibus expreſſum eſt, vel percipit ipſe, vel vllos
A dmonuiſſe queat. quin ſi non impleat iſte
S piritus auditum, penitusq́; in pectora ſenſus
M ergatur rapiatq́; animos, & fortior ignes
V i quadam ætherea circum præcordia gignat:
L anguida verba quidem recitando ingeſſerit: at te
I nterea nihil iſta mouent. ſi forſitan vllo
I nterdum rapiare ſono: tamen iſte reſedit
I mpetus, & nullos conſtans perdurat in vſus.
T ùm verò multi cupiant cum æquare vetuſtos
M aiorum titulos, aliquoq́; excellere facto,
E t virtute bonos inter cenſerier optent:
N on tamen hæc ſtudijs comprendere culmina poſſunt,
Q uæ priſci multa ſuperârunt laude parentes.
M ulti equidem conando labant: aliudq́; moratur
N unc alios. multis ratio eſt diuerſa ſequendi:
E t quosdam auertunt oſtenſa pericula. languor
I mpedit hos, alios Cytherea tenerrima frangit,
E t luxu cumulata premit. Hij præmia ſpernunt:
H ij rerum neruis ſpoliati viſa relinquunt,
E t quæ iam poterant, tamen haud ſectarier audent.
S ic animis hominum cantu fortaſſe mouendis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N ec virtus, nec pondus ineſt. ſecla ipſa ruinam
M entibus infundunt: alacres è pectore motus
D eturbant: ſemperq; ſequentia victa priorum
S edulitate vides. primis Deus auget honores,
Q uòd primi digniq́ue ſient & proxima cœlo
P rogenies: ſuperi quæ munera larga Tonantis
I udicat, ac Diuis votiua frequentia ſoluit.
O cia poſtremis ceu deterioribus altè
I lludunt. contemptus enim atque ignauia duras
A lternant ſtupidis grata in conamina ſortes,
D eijciuntq; animos, & luſu ſemper inani
P ræcipitant. Interdum aliquid fortaſſe ruendo
T entamus, calidoq́ue extrudimus effera nido
C orpora, & vrgenti ſimiles minitamur. at iſtud
Q uàm prius eſt natum, fato conceſſit: habetq́ue
I mpetus ipſe moram: ſeq́ue in ſua funera mergit.
Q uòd ſi aliquandò etiam progreſſi fecimus hoc, quod
M irêre, atque aliquo dignum patiaris honore:
S i tamen ad veterum referas id facta, pudori
V ita erit hæc noſtra, & medium vix impleat orbem
Q uem noſtri totum pridem impleuêre parentes.
V ſque adeò rebus veſper ſuus ingruit. Etſi
M ulti etiam iam ſe maiorum facta putârint
T ranſgreſſos, aliquid quod tentauiſſe videri
D ignum laude queant: vſu quod proſit, & illos
N on etiam obſcuros patitur. Stultiſſima turba
E t veræ nil laudis habens: vtcunque ſuaui
G natonum voce, & medicati fraude veneni
E xtollant faciles ſtupida ob conamina criſtas.
Q uin deplorandi cùm ſint, nos clara priorum
F acta patrum dignis celebremus laudibus: atque his
E ſſe etiam comites, vtcunque ſequendo velimus.

T ùm ſtudijs imitemur auos, quos prendere ſi non
A ſſequierúe potes, non indignere. Tonante
P ropitio illi equitem & ſuperis cæleſtibus vſi,
F ortunam auxerunt virtutibus: aurea Diuûm
P rogenies, cui non temerè inſultaueris. adde
H os animis frænos, laudemq́ prioribus auge.
Q uid quòd Rythmi etiam vel rupti ſæpè, vel auſu
P rauorum inuerſi, nonnunquam & parte reciſa
T runcati, fido non reddunt tradita ſenſu:
S ed vulgi pro more leues plerunque ſuſurros
A mplexi, certè pro veris falſa reponunt
S omnia, & inſperſo cumulant mendacia fuco.
A st ego quid veteris vel mundi damna, vel iſtos
P erſequor euentus? res non ſarcirier hiſce
L amentis, tolli neque clades plurima poßit,
N ec ſolido redimat ſeſe hæc incuria planctu.
I ngenijs opus eſt præſentibus: vt mihi rerum
M ateries præſto ſiet, & ſit iuſta modeſtis
H îc etiam curis farrago ingeſta. ſequamur
Q uos igitur liceat tanta in faſtigia ductus,
E t gratum mens æqua habeat, quod Phœbus Apollo
B arbaries inter tantas, interq́ue ruinas
S eruat, & ipſe colens noſtra hæc in tempora mittit.
E rgò vbi diluuio tellus confuſa priores,
M andato formas vultusq́ue receptat auitos:
R elliquiæ extemplò generisq́ue exordia noſtri
I mmenſos proferre gradus, numerosq́ue per omnes
A ugeri, & patrios culturæ inducere ritus.
I pſè equidem noſtræ columenq́ue & originis autor
N oah pater gemini cui nota volumina mundi
E t rerum natura fuit perſpecta, ligones
V iſceribus terræ prior intulit: vtq́ue ſubactas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T elluris glebas diruncinat arduus: & iam
P lanando ſeries aruo eſt inducta, virentes
P rotinus infixit ſcrobibus, multoq́; labore
I nſeruit iuſto compoſtas ordine vites.
L ongæ equidem ambages, longa eſt narratio. ſed per
S umma propinqua ferar, rerumq́; hæc ſemina dicam.
N am cum fortè dies maturis auctior vuis
T ranſierat, lætisq́; adeò ventura racemis
I nſtabat placido meſsis gratiſsima vultu:
E xceptos taleis botros ſuccoq́; tumentes,
E t ſua pampineis ſuſpenſa pedanea ramis
I nferri de rure iubet: lectosq́; caniſtris
H inc atq́; hinc virides cumulari in tecta corymbos.
Q uis mihi Gnatorum promptam hæc in munera dextram
A ttentasq́; manus, & vocibus æqua paternis
O bſequia exponat? properant ad iuſſa miniſtri
S uſpenſasq́; legunt permixtis ſordibus vuas.
M ox percolanti ſubiecta eſt vinea prælo,
A tq́; acinis expreſſa fluit ſuccusq́; liquorq́;,
A urea materies, diuisq́; aptiſsimus ipſis
H umor, & à nullo ſuperandus nectare. vaſis
E xceptum fœlix hominum pater abdit. at illud
I nterea ſpumis poſtquam deferbuit. & iam
P otari noua vina queant fæcesq́; reſidunt
I ndulgere iuuat genio: laticisq́; beati
E t genus & vires & qua nouus iſte per artus
S e virtute mouet, quidq́; adferat vtile ſuccus,
E xplorare. animis igitur curaq́; ſolutis
E t vacuis cum Noah bibit, noua protinus ipſum
O ccupat ebrietas: merſoq́; in vincula ſenſu
I udiciumq́; premit, vitamq́; ſoporibus implet.
S alue Dijs primùm monſtrantibus humor, & vnda
P erpetuis fœlix decurſibus: vna Tonantem

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæ te ferre patrem vera virtute probaris.
N on equidem humanis exiſtere viribus: aut re
I nuentoúe potes mortali erumpere. ſacra
M onſtratamq; manu, cultamq; fuiſſe neceſſe eſt,
C um noſtras inter primùm venit edita dextras
E t cœlo percocta rubet. Sapientior illa
M undi ætas, ſuperis quæ proxima, quæq; ſecundo
E t præſente Deo potitur, largiſſima tanti
S emina & oſtenſos accepit muneris vſus,
E xcoluitq; manu, pretiumq; è ceſpite finxit
E t congeſſit opes: quibus haud neq; dulcius vſquam
N ec melius quicquam eſt, Si cum ratione modoq;
H auſeris, & blando conſtet menſura Tyranno.
V ina Deos hominesq; iuuant. ea flamma medullis
V iſceribusq; refert languentem ſæpè calorem,
E t penetrat celeri ceu fulgure vecta, rigensq;
C orpus obit: gratosq; infuderit artubus ignes,
V t caleant: ſacroq; nouas ceu fonte receptent
Q uas vel ſæua prius ſternebant frigora vires,
V el ſubiti poterant vrgendo expellere morbi.
Q uin ſitiat, ſemperq; graui velut areat æſtu,
Q ui meritam vino laudemq; & iuſta negarit
P ræmia. Difficile eſt ſuadere hæc magna proteruis
P umicibus. Sed tu grato capiare Lyæo,
E t veniat menſis hoſpes tibi ſæpius. vnum
I d tamen admoneo, & teſtabor vocibus vnum:
M enſuramq; modumq; colas. non omnibus ille
V enerit accinctus cyathis, vbi grandia mortem
P ocula decernunt, viresq; iuuamina laxant.
S icut enim iuſta cum vinum lege bibatur,
I ngentes peperit fructus, & viua medullis
S emina reſtituit: venisq; tumentibus infert

Sangui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S anguineos halitus & florida corpora reddit:
S ic ſi menſuram ſuperarit, noxia vitæ eſt
M ateries: morboſque graues, longoſque ſuiſque
I nuiſos membris plantataque triſtia gignit.
C eu podagras, interque leuem quæ plurima ſæuit
L ympha cutem, aut colicos ſinuoſo in ventre dolores.
Q uin tremor, & manuum lapſus, oculique tumentes,
D efluuijsque ſuis rutilantia lumina: vocis
I nconcinna lues, & anhelitus oris inepta
I nſulsaue etiam raucedine fœdus: & ipſa
S cabida pellis, hianſque inter mala plurima guttur:
C ùm nihil abſumptis conſtet pulmonibus, vndè
D iductis ſubigant vitales follibus auras,
E t calido infundant rorantia frigora cordi:
E vino ſoboles vitæ eſt, cum Bacchus hianti
S umitur ore, modumque ruens inſania tollit,
E t nihil ad crebros reliqui ſibi fecerit vſus.
V t nihil & morbos animi, deliria, clades
I ngenijs partas: quale eſt obliuio damnum,
E t meminiſſe nihil, nihil ordine dicere. Coruos
S e potiùs (qui quid crocitando inflectere roſtrum
E t proferre ſciunt, rictu & nugantur inani)
Q uàm fortaſſe homines ſe declarare: puteſque
V ocibus impactam iam te tolerare mephytim.
A ut ego quid morum diſpendia: quidue decoræ
S implicitatis ab hac infuſas labe ruinas
C ommemorem? nec enim fœda eſſe canenda Poëtis
I ſta reor: tantum ſceleris, tantumque proterui
M oris ineſt: ſibi cum vel quiſque licere laborat,
Q uod libeat: vel non patientem his commodet aurem
Q ui monitis ſuadere velint meliora, grauique
A ut pœna terrent, aut quæ ſunt optima laudant.

Prob

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P rob ſuperûmq́ hominumq́ fidem. iam ſedibus ipſis
A ſummis Regum maieſtas deſilit: inter
V erſaturq́ canes, interq́ vagata Leones
M iſcetur: famuloſque inter nugata pererrat.
I am nihil eſt regno ſe exemplar ducere. faſces
I mperijq́ue gradus, & celſa palatia Baccho
C eſſit, & arrepta Maieſtas deficit Obba.
P rotinus exoritur contemptus: & improba vulgi
S uſpitio multis de rebus: habentq́ue Tyrannis
M endaci quas ore notas fortaſſis iniurant
D eformentq́. graues alit vna calumnia morſus:
A tq́ occulta diu populorum dicta ſuſurris
I ngerit, ac famam nunc parta licentia vulgat.
R egibus ex illo minor eſt reuerentia. peſtem
C eu fugiant igitur Vino indulgere Monarchæ,
S i ſaluos ſeſe eſſe velint. non ſceptra tueri,
N on ſua iura queunt, & honeſtos iungere mores
I mperio, ſi ſe Bromioq́ cyphiſq́ ſequendo
M ancipia inſcribant, vendantq́ his hoſtibus æuum.
F orſitan exiſtant porci, qui pocula laudent
H ortenturq́ vacare cyphis, ventremq́ Lyæo
F arcire, & dulci nutrire abdomina vino.
A t verò hos, ſi quid Regem iuuet eſſe, cauendos
E ſſe putet. quid enim? quòd Baccho hæc turba frequenti
D electata, nihil præter ſibi pocula dulce
S omniaq́ eſſe ferat. quæ vitam ducere, poclis
D efinit: lucemq́ inter noctiſq́ tenebras
N on niſi de pleno ſtatuit diſcrimina ventre.
Q uod dormit, nox eſt. dubiæ ſunt cætera vitæ:
C ui pretij nihil eſt, miſeram niſi tabe iuuentam
P erdere, & abruptam properare in funera lucem.
P lorandi, ſi quis dignos ploratibus eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H oſce velit: nec iam potius ceu monſtra faceſq;
N aturæ inſimulet, numeroſq; & pondera ſpernat.
A ſt alijs alia eſt potandi meta: quòd ipſi
H os inter cyathos captent ſua lucra, calentes
A tq; alacres regum magna ad compendia mentes
C um ducant: videantq; minus, ſapiantq; Tyranni
I am minus, & rerum ſatis haud ſua commoda penſent.
V ulpibus hæc ratio eſt, Regum qui cladibus eſſe
M agni optant, penſiq; nihil de principe ducunt,
D ummodo ſe firment, prædaq; fruantur opima.
R egibus interea volupe eſt poclisq; quietiq;
I ndulgere, parum curantibus ardua: vel non
S ollicitis rerum quæ vel ſit forma, vel vſus,
V el quæ iactentur cumulato ſcommate voces.
V ſq; adeò vini ſceleratior vſus honeſtis
E ximijsq; nocet, Regumq; palatia ſternit,
E t quæ vitari poterant, mala plurima gignit.
A bſtemios decet eſſe viros, qui publica tractent:
Q ui virtute velint enitier, hæcq; probarint
P ræmia, quæ vitæ ſunt præmia vera. faceſſat
Q ui natos ſtatuit vulgi ad ludibria Reges,
Q uêis licet eſſe bonis, ſi non libet eſſe malignis.
N ec tamen illa Duces tantùm, Comitesúe ſuaq;
N obilitate etiam claros, res improba, perdit
E brietas. hominum cunctos inuaſit, agitq;
R adices: facili nec ſeſe ea peſtis opella
E xtrudi patitur poſſeſſaúe pectora linquit.
Q uin etiam doctos, quid enim? quòd opinio multis
D octrinæ famam tituloſq; indulſit inanes:
C orripuit, patiturq; graues Sapientia motus,
R gulaq; ipſa labat. Dij quid clamoris inepti,
Q uid vanæ exiſtit vocis? nec guttura verbis

Suffici-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ufficiunt. iam ſe vel dicta vetuſta Sophorum:
V el prolata recens ita venditat alea: ne vel
A udiri voces, vel cernier alea poſſit.
H ic mihi quis Simias, vrſoſq; caneſq; ſueſq;
P lagoſoſue Aſinos, ſæuoſq; in bella Leones
R ettulerit? quoſdam contractis viribus agnos
R eddier: hos hircos ſectantes probra, vel vros,
A ut ſe iactantes nimio inturgeſcere ventre
B uffones. Dij quantum inerit ſapientibus artis,
E t ſtudij quantum. iam ſe hic deuoluit & omnes
L ubricat in gyros. alius de trabe pependit
S ubuerſo in terram cerebro, cyathiſq; minatus
A lludit ſocijs. patulis pars altera menſis
I nſilit, hic choreas & læta tripudia ducit,
S erpit humi quidam: quidam bacchantur, & ipſa
S camna etiam feriunt, plauſuq; ingentia iactant
O rgia, & ambabus prenſant carcheſia palmis
D elibantq; Dijs verſuſq; in pocula gignunt.
I nterea quidam mæſtiq; altumq; ſilentes
I mmerſere polo mentemq; animoſqúe cerebrumqúe,
E t de diuinis ſubigunt pia guttura verbis.
H os alij rident: fuſiqúe in gaudia totis
C antibus inſtrepitant, lætiſſima turba: nec eſſe
Q uæ mala turba poteſt. paucos fortaſſe videres
D ormitum ceſſiſſe, altoſqúe aſcendere lectos.
S ed ſimul inſanos vt ſeſe infudit in artus
I gne nocens Bromius, vinoqúe exegit honorem:
A ctutum multi proſtant, ædeſqúe relinquunt:
P rogreſſiqúe adeò per compita publica, perqúe
V icorum ambages, poſitiſque pudoribus errant.
I nfœlix hominum genus, & ſapientia ſtultis
C redita: qui fœdo ſeqúe & ſua more notarint,

„ I nuiſosq́; bonis tanta ob faſtidia reddant.
„ Q uid quòd multi etiam veros imitantur & ore
„ E t clamore canes? ſubtus ſe ſcamna recondunt
„ E t latrant. vlulant alij: quoſdamq́; videres
„ R emigia alarum cubitis ſubnectere, tanquam
„ M ox ſuperas adeant auras, ſociasq́; volucres
„ V iſent, ac facili ſubigant talaria vento.
„ H os inuaſit amor, qui circumquaque ruentes
„ O mnibus alludunt complexibus: oſcula figunt
„ O mnibus, & valde ſtudijs lætantur amicis
„ N unc blandi. ſedenim quidam rixantur. at iſti
„ N il rixati etiam pugnosq́; ac verbera miſcent:
„ E t circum facili glomerant noua prælia dextra:
„ C rinibus innixi palmis, aſarota volutant,
„ C omprenſosq́; trahunt, tractisq́; analecta cibiq́;
„ R elliquias cumulant, Scopisq́; vtuntur amicis:
„ A tque illiſa ſolo ſibi mutua corpora pulſant.
„ H os dirimunt alij. Quò nunc ſapientia ſeſe
„ P roripuit? pudeátne viros ſtudijsq́; bonoq́;
„ I ngenij cultos auidis ita iurgia dextris
„ C eu fatuos miſcere, ferasq́; imitarier auſu,
„ E t crines digitis, & honeſtas vellere barbas?
„ D eſinite ô iuuenes. deceat moderatio doctos,
„ E t noua pro ſtultis veniat concordia rixis.
„ D ixerat hic: ſed vix etiam: cum dicta vomendo
„ S purcat, & immundum dat latè excurrere Bacchum,
„ P recipitemq́; agit, ac cœno latè omnia fœdat.
„ H unc alij exturbant. en qui noua fœdera ſuaſit,
„ V t perſuaſa nouo munitq́; vrgetq́; ſigillo?
„ N e dubites animis ſuadentem, & ventre locutum
„ E ſſe etiam toto: pactum cum pignore firmet,
„ E t pleno & certo. Sedenim iam cætera pubes

Artibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C rtibus interea ſe alijs exercet. at vnum
B elle equidem oblectat, riſumq́ aſtantibus auget.
P eluis erat, cui iam media tenus intulit aluo
S parus aquam: nummum eſt immerſerat Ebulus. hanc vt
I n medium Sparus locat, haud ita multa moratus
I ſta laboris habe, dixit, tibi præmia: ſi cui
O rbibus innixo geminis, palmaq́ prehenſis,
H æc correpta libet ſubducere morſibus æra
E fundo ſublecta: nihil genubusúe alijsúe
P ræſidijs vtare: ſed vno tergore fultus
E xtremisq́ pedum ſerpendo adnitere. lapſu
S i fortaſſe ruas, dabitur nihil. iſta volenti
L ex erit. Vt duro virtus conamine gaudet?
E t duo cum nummis habeat ſibi pocula Victor.
F inierat: cùm ſe expediunt. Sapientia miros
I nduit anfractus: vino fiducia ſurgit,
E t tentare iuuat ſi quid fortaſſe labori
A ſpiret fortuna nouo. fuit omnibus vnus
S tulticia maior: cui cùm ſapientia primas
D etulerat, ſtudijs meritum affectabat honorem.
C umq́ videri aliquid vel vocibus eſſe volebat,
I nſilit in medium: vibrataq́ brachia pandens
O ſtentat magnos diducti corporis artus,
E t primas poſcens geminos citus arripit orbes,
I nſeruitque adeò digitis: ac talia fatur.
L iber & alma Ceres: cui nosque & noſtra dicamus
O mnia, & arrectas plerunque aduertitis aures:
F erte pedem, noſtrosque pedes firmosque lacertos
A ſſerite, & duplices lucro mihi figite palmas.
V ictor aquas voto ſcluam, cereamque micantem
I ntulero veſtris lætiſſima munera templis.
L aus mihi de facto ſatis eſt, & victor ouabo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P lauſibus. hæc dixit: Sed enim neq; vota Lyæus
N ec promiſſa Ceres tanto in certamine, tanto
P ercipiunt fremitu: vox eſt oppreſſa boantum
V ocibus, & tenues diſparſa redibat in auras.
N am cùm porrecto ſe tergore firmat, & altis
I nnixus plantis ſerpendo allabitur, euax,
N ec male ſuccedit primo victoria greſſu.
S tant circum clamore viri bacchoq; calentes
H ortandoq; animum adijciunt, dextroq; labori
G ratantur: pelui cum membra propinquat, & ora,
O ra figurat aquis velut immerſurus: & vt ſe
O rbibus inclinat lucroq; æriq; minatur
S pe victor, paruis luctando impegit, & error
I nijcio tenuis celeres dedit eſſe ruinas
E uertitq; virum magnaq; è ſtrage relinquit.
N amq; ſiniſtra ſuis diſcuſſa à greſsibus: vt cum
H aud rectos proferre gradus motuq; tueri
L inea recta poteſt, paulum variata ſupernæ
C oncedit moli: lapſuq; excuſſa ruentem
P ertrahit, ac ſonitu medias ſubuertit in vndas.
P eluim mala premit, vicinoq; obuia limbo
A duerſas auræ partes ſuſtollit, & omni
L apſantem perfudit aqua, faciemq; genasq;
L uminaq;, & molles numeroſo gurgite veſtes
S pargit, & impariles hoc lenit rore capillos.
A ttollunt riſum, reſonatq; boatibus aura,
E t ſalibus ſubuerſum onerant. Cerealia quin tu
M unera, quin Baccho intuleris. cape grandia dextra
Æ ra, tuis etiam iam parta laboribus: vndè
F rugiferæ Cereri votumq; & præmia ſoluas.
P erſtitit ille, genas mulcens, & vellera ſiccans,
N eſcio quid moto queſtus de dente. Sed altè

Diſsimu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D ißimulat caſum ſuaq; infortunia riſu
D eludit: duo cum poſcens ſibi pocula lætos
R eſtituit vultus, aliosq; hortatur, vt ipſum
V alde etiam tentent. Sed enim nihil omnibus vnus
P erſuadet. Dij, quid non ebrietate malorum,
Q uid non inuiſi moris ſuborier, aut quid
N on ſe inferre putes? alios imitarier audis
O re Catos, alios tauros, & fronte minari
P rælia. quis formas omnes, quis ſtulta loquatur
I ndicia, & varios in aperta pericula caſus?
Q uin gallos alij referunt, manibusq; repente
C omploſis miro teſtantur gaudia cantu,
E t ſignaſſe diem poterint hac voce videri.
O mnibus his nihil eximij eſt, niſi ſola voluptas
S tultitiæq; labor Bromijq; furentis. ab illis
S unt alij quidam, turba improba, cuius ab ore
I uramenta, faces, diræ, periuria, rancor,
A tq; nocendi alijs ſtudium, mendacia, fucus,
E t per amicitiæ ſpeciem fallacia multis
T ecta dolis, magnisq; vſuris vendita: cùm vel
I ngentes ſpargat furibunda in dicta ſuſurros:
V el quæ clauſa alijs fuerant ſecreta reuelat.
A ccidere id plerunq; etenim, vt quæ ſobrius abdit,
E brius effundat. nulla eſt reuerentia: nullus
P enè pudor: nihil obloquijs iam parcitur: omnes
C arpit, & impreſſo rodit pulcherrima dente.
H æc eſt inferni certiſsima portio. Sed quid
I mmoror? abducit non cautos garrula doctos
E brietas: monſtri ſimiles facit, omnibus auget
B landula ſtulticiam: dementat Pallada Bacchus.
E tſi autem non hoc cunctos è more teneri
D ixeris, Aönijs excultos artibus: vt non

Obruier

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bruier vinis Italos Galloſúe, nec omnes
G ermanos etiam ſpectaueris. attamen huius
S i ſecli mores ad prima lycea viroſq;
C ontuleris, quorum virtutibus inclyta pridem
N omina ceſſerunt: deprendes omnibus eſſe
I n cyathos ſtudium maius fortaſſè, deceret
Q uàm qui Muſarum cultusque ac caſtra ſequantur.
Q uanquam neſcio quid videantur regna ſubinde
C eu patrocinij deferre in pocula: cùm vel
T errarum ratio, vel conſuetudo, vel ipſæ
N aturæ vires, potandi ſuaſerit vſum,
I nternumque velit cyathis lenire calorem.
A uſonijs etenim quòd ſit minor impetus iſtuc,
E t minus illa ſequi ſtudeant certamina, cunctis
E x illo certè eſt occaſio prima: quòd æſtu
F erueat immani regio: quem lympha calorem
L eniat, ac medios infundat frigus in artus.
T ùm ſitis hîc minor eſt: quòd non interna caleſcunt
V iſcera tantopere: externo licèt igne moleſtas
P ercipiant flammas, leuibus quæ tollier vmbris
P orticibuſque adeò & remoueri fornice poſſint.
P oſtremò impenſis ibi magnis pocla licere,
S i meliora bibas. gratis haud tibi venerit iſtic
B acchus, & è caro proſtat vindemia cenſu.
I nterea eſt alijs pro conſuetudine, lætis
N onnunquam cyathis & amicis hauſtibus vti:
Q ui non in nummis vitam poſuere: nec eſſe
S ordidiora ſinunt ob viles nomina cultus.
A ccedunt igitur ſe mutuò, honeſta ſecuti
P ocula: quæ nullo violant petulantius igne
P oti etiam. cùm quæ ſibi ſobria turba videri
E ſſe velit, fœdo maculet ſua ſobria ritu:

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H æc noſtris laus eſt & gloria gentibus. augent
I nterdum poclis vſum: ſed moribus augent
S aluis, & ſalua ſeſe pietate frequentant.
H eu quantum. ſed enim iam non ea probra ſuperbis
O bijciam Venetis, neq; ſtringam voce Latinos.
T empus erit, toto cùm candida Muſa vigore
I ſta canat, medioſq; inter fœdiſſima Soles
E xplicet ac cunctis cernenda ea turpia pandat.
H oc opus haud iſto ſubarari crimine iam nunc
I pſe ſinam. puræ veniant ad lumina chartæ
Q uas manus amplecti ſcelerum liberrima poſſit.
S ed quid ego hæc? iuuenum eſt feruens in pocla voluptas
Q uæ, ſacris quoties indulgent ocia Muſis,
S i fortaſſe ſequi videas, iam multa profectò
A ut ridenda vides, aut commiſeranda tueris.
Q uin ſua militibus ratio eſt, ſuus vſus honeſtis
A gricolis. potant etiam: cum potibus addunt
S ic frænos, alios rarò vt quòd læſerit vnquam
D eſignent. curas delata in pocula figunt,
E uacuantq; cyphos vinoq; inſiſtere certant.
Q uòd ſi interdum etiam naſcuntur iurgia, miles
I urgia decidit gladijs: ſe fuſte colonus
V indicat, aut rapta minitatur dura ſecuri.
S unt faciles animi motus: litemq; diremit
S æpè vnum molli perlatum gutture verbum,
D ecoxitq; minas, bilemq; in fœdera vertit.
A pugna nihil inuidiæ eſt. non alter honeſtam
A lterius famam, non facta interrita verbis
S uggillat. ſi quid ſaltandum eſt, fiſtula rythmos
O rdinat, ac molles imitatur tibia flexus.
L ongius intereà ſed prouehor. iſtud at æqui
C enſores faciant: ſi quæ mortalibus eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ernitioſa ſciam, & cunctis turpiſſima, prorſus
I nſectanda putem: doceamq́; cauere Nepotes
E t vitare malum: quod nil niſi mortis acerbæ
F lagitijq́; adeò fontes, molemq́; pericli
A dferat, ac iuſtis immergat cladibus æuum.
F ama eſt non aliter quàm potos ſeria Perſas
T ractauiſſe, ſed hos ea confidentia tandem
P erdidit, ac ſtulto verſa eſt ea gloria facto.
S anè ea res nunquam fructu eſt depenſa modeſto
E ximioq́;. Dijs aduerſa eſt protinus ipſis
A tq́; hominum mentes ſtudio conturbat inani.
E brietas ſæuis eſt beſtia dentibus: his ſe
C onficit, ac merito cultores vulnere ſternit.
E rgò vbi Noah pater iam vina recentia promi
I mperat, ac Baccho iuuat indulgere: bibebat
L iberius fortaſſe Senex, auidoq́; palato
N ectareos ſuccos & dulcia pocula ſumit.
Vina Noachi. Q uin ea vina putes noſtris meliora, nec hiſce
vina nostra Æ qua fuiſſe tuis: quæ iam vel languida botris
I ntulerit tellus, vel opimo lympha meatu
D iluit, ac gelidis recalentia temperat vndis.
I ſta recens tum terra dedit: tùm viuida virtus
A diecit pretium: tùm ſe fragor auxit odore:
E t color eximiè rutulat: qui penè pyropum
E xprimit, ac radijs implet vibrantibus auras.
Q uin bonitas primo ſe prodit amica ſapore
I nuitatq́; animum agricolis, vt grata laborum
M ultiplicisq́; adeò curæ libamina tentent,
P rimitiasq́; Dijs & muſta recentia ponant.
I amq́; manu cupido cyathos admouerat ori
H aud fortaſſe etiam multos: cum victa Lyæo
M embra, velut dulci ſub rore madentia, cernit

Nutantes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N utantes manibus pedibuſq; aduoluere motus,
E t dubios proferre gradus, oculiſq; ſoporem
I nijcere, & totis generare ſub artubus ignes.
C auſa mouet non magna Senes. faciliq; Lyæo
I nduit aſtrictos mens non ſibi conſcia ſenſus.
E t iucunda bonis res eſt ea, cernere quo ſe senum ebriorum mores.
P rima Senum motu, ceu preſſa rigoribus annos,
R eſtituat natura: genis cum inferre calorem
E t membris ſatagit: rutuloq; ita tempora flore
O ccupat, ac hilares inſcribit lumine vultus.
T ùm blandi mores, pueroſq; imitata loquendi
G arrulitas: veteris tum fortia facta iuuentæ,
T ùm belli caſus, tùm multa pericula: tum quo
S ucceſſu fuerint ſtudijſq; & honoribus vſi:
Q uantas luſtrarint terras: quibus alta procellis
Æ quora tranſierint reduces. quo more fideq;
P rincipibus grati: iuuenes quæ denique paſſi
M ulta aduerſa ſient: quo caſtra Duceſq; ſecuti
O fficio, & ſuperent quibus infortunia dextris.
Q uin hominum iſtius moreſq; & plurima ſecli
M unera: qua vitæ curſum integritate pararint
E xplerintq; ſimul. quæ Diſciplina fuiſſet,
Q uis iuuenum pudor: & miſero quàm grata parenti
F ama foret, ſi qua de gnato læta referri
A udierat. quantos tùm terra æquiſſima fructus
E t lucri quantum cultoribus attulit: æuo
H uic planè abſimilis: ſterili cum ſemina culmo
R eddita, ſpe lactant miſeros fallace colonos
I mpenſaſq; vorant, ſortemq; ex fœnore ducunt.
T ùm vina vberius, pecorum fœtura, ſueſq;,
E t quæ multiplici ſeruiret copia menſæ
M aior erat. vili proſtabant ære, fuitq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M erx omnis facili propoſta & vendita nummo.
D eniq; quæ noſtri maiores ſecla ferebant
A urea, ſub noſtris exacta parentibus eſſe
D ixeris. hic verſo prorſus ceu cardine mundus
N utat, & à veterum ſtudio ac virtute recedit.
V na tamen Senibus ſupereſt fiducia: quòd ſe
V icturos non eſſe diu, ſecliq; ſequentis
V iſuros cladem funeſtaq; tempora ducant.
N am quæ cernis adhuc, meliora exiſtere, quàm quæ
S iue odiſſe velis, ſeu non tibi labier optes.
L ongæ æquidem ætatis ſpacium mihi ruga ſenilis
P rodit: & antiquis hæc cum præſentia vera
C omparo lance: boni nihil eſt quòd cætera ſperent
S ecula. deterius ruet in noua vulnera vulgus,
E t grauior noſtros prendet fortuna minores.
C eu venti variant, variant ſic tempora ſortes:
E t plerunq; bonis quæ ſint triſtiſsima reddunt.
S ic fortaſſe Senes inter ſua pocula Baccho
F lammati, veteris referunt præconia mundi:
H ortanturq; ſuos, verbisq; ad maxima firmant,
V t quæ iuſta ſient cœlo duce facta ſequantur.
D igreſsi, placidè componunt membra cubili,
E t ſomno ſibi preſſa leuant, curasq; reſoluunt
S ecuri. Sic Noah pater, cum vina cerebro
S pirituum tenues aduoluunt blandula flammas,
D ormit, & expaſſo conuoluit ſomnia ventre.
P rima quies iam læta aberat: cum ſtragula motu
D iſcutit, ac nudos cernendus procubat artus:
N eglectus fortaſſe ſuis, qui rura ſecuti
N on iam præſentes dominum curare miniſtri.
V tq; iacet: redit ex aruo Cham filius, ille
S iue ætate minor, ſeu mente: patremq; iacentem

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t videt, ac nullis obtectum veſtibus: auſu
S tultus, & immani ſatus ad ludibria ſorte,
I lludit patri: tollensque impune cachinnos
R idet, & haud leuibus miſcet faſtidia ſannis.
S iue animi vitijs oculo & ſceleratus vtroque,
S eu ſermone procax & inepto garrulus ore,
P lurima non ſacro congeſſit ſcommata vultu,
A tq; abit. Heu quanta eſt miſero plerunque parenti
P ræſertimque ſeni, pro gnato cura: quis ardor,
Q uanta etiam anxietas? quæ ſollicitudo? ſed hic quid
P ro tanta reddit ſancto pietate parenti?
S cilicet à Chamo traducta eſt regula blennis
B ucconique fero, meritis qua præmia ſoluat,
M aiorumque fidem cumulato penſet honore.
I mpuri mores igitur, vel inepta ſalacis
P lurima probra animi, curſusque perhennis, & omni
S tulticia peior ſapientia, clamor, & ipſum
P ectoris ingrati, quantum eſt onus: improbitasque
E t furto plerunque comes Venus impigra: quoſuis
L ædere, & à nullo laudem virtute mereri:
H anc, inquam, ſcelerum laruam, vitæque furentis
D ira quis acta canat? labor eſt in carmine, cum ſe
N ata orco ſoboles inuito ſæpe Poëta
I ngerit, ac ſacris obiectat triſtia Muſis.
E t dicenda tamen ſunt monſtra aliquando: velut res
Æ mula naturæ: cum tranſplantata ſecundo
E rrat ab euentu: nec fit quod prima volebant
S emina, & informes reddit membranula fœtus.
V t ſatis eſt Chamo viſum riſiſſe parentem,
E t ſancto illuſiſſe ſeni, quem numine ſciret
P ropitioque Deo lymphis ſuperantibus vſum,
M ultaq; ſub gemino toleraſſe pericula mundo:

M ox abit. Vtq; abijt, fratres adit impiger: excors
S tulticiaq; grauis, ceu diro futilis ore,
A c circum patrem quæ ſunt ſpectacula narrat:
C onſueto pro more. etenim qui ſeria potis
O fficia exhibeat, gratoſúe accommodet vſus:
R arus erit. plures certè in faſtidia mittent,
I lludantq; adeò miſeris: ſannaſq; iocoſq;
I ngerere, & leuibus certant agitare cauillis.
E brietas Orco digna eſt: Letheſq; paludis
E t famæ ſoboles: cui terræ mixtus & auris
A diecit Bromius celeres ferucribus alas,
I ncertoſq; pedes & verba fluentia iunxit.
I llo igitur Sathanas, Acheronq; & tota miniſtro
V titur inferni ſoboles: quem maxima circum
C limata terrarum, circumq; vagarier vrbes
E t populos, Stygiæ rector iubet arcis: & omnes
F allere, & vſura cumulandas ducere ſortes.
Q uos ergo infernus primo nequit acer hiatu
P rendere, & euerſos ardentibus abdere tectis:
H os vino captos blanda ebrietate, malignis
A rtibus incendit, circloq; in naribus acto
A d ſcelerum formas, ad fœda ac improba ducit.
S ic ductis facile exitium eſt: niſi multa bonorum
V el reuocet virtus, vel cladibus arceat: & quæ
E brius haud etiam diſpoſta pericula cernit,
A uertant alij, curſumq; in vulnera tardent.
E tſi igitur crebra nihil ebrietate putandum eſt
T urpius, & vitij eſt culpanda licenta: Si quem
H ac tamen interdum videas fortaſſe parumper
E uerſum, & dulci iam victum membra Lyæo:
H umanum eſt dignumq; Deo rationibus vti
Q uæ miſero proſint: quæ captum mente reducant

Quæq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæq; errata tegant lectoq; locoue bearint.
E t labi facile eſt: & adeſt occaſio, quæ te
P ræcipitet: ni quid melioribus vtier aſtris
E t præſente Deo vitæ in tutamina poſsis.
H anc operam præſtare bonos decet omnibus. vt quid
E ſſe velis igitur duruſue aſperue parenti,
Q uo viuis genitore? Deum eſt læſiſſe, parentem
C ontempſiſſe tuum. Scelus eſt hoc omnibus vnum
M aius: quod vitæ clades præſentis & æui
A uxerit, & Stygio poſt funera torſerit igne.
E rgo tuos animis non tantùm inferre parentes
E t coluiſſe velis: externo opus eſſe putabis
H oc etiam, quo ſe prodat reuerentia, ſigno:
V t pia membra tegas, quæ te texêre: Seneſq;
O re, manu, ſtudijs, cura & pietate iuuabis.
H æc cœlum virtus peperit, nec præmia vitæ
D efuerint. ſanè cumularit gloria laudes
H æcq; tuos melior recrearit fama Nepotes.
Q uin neq; res cæco conuoluitur ordine: ſed quo
T u plerunque tuos tractaris more parentes,
D ignariſue loco, aut feſsis ſolatia præſtas:
H ac tibi lance tui reddent æqualia gnati,
E t ſimiles dent eſſe vices. ingrata minorum
A ffliget te vita Senem: capieſq; quod olim
E s meritus: iuſtoq; redit tibi nauſea diſco.
T um doleas, cùm tu patrem violando doleres
A nte nihil. iuſta eſt ſupero ſententia cœlo:
E t nihil eſt Diuos contemnere. Iuppiter æquo
L umine mortales & eorum facta tuetur,
I nq; ſuos ſeruata dies immota recondit:
V t quod ſis meritus ſimili ſub pondere reddat.
P ropitius ſedenim clemenſq; bonuſq; vocanti

Sis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S is Deus: & miſeræ nihil acta inuiſa iuuentæ
E ſſe mouenda putes. Si quid tibi ſæuiat ira,
D eficimus: cùm multa reos iniuria cœlo
P ræſtet, & ingratæ ſit noxa ampliſsima vitæ.
I nterea fratrem fratres mirantur. & vt rem
C ognoſcunt, properis rapiuntur curſibus. vltro
N il ſe immiſcentes Chami ſermonibus. aſt cum
A cceſſere quidem propius, capit alter & alter
C onſilium, ne quid nudati membra parentis,
Q uæ natura tegit, ſpectare virilia poſſent.
A uerſi ſubeunt igitur: chlamydemq́; decorè
I nijciunt: nec quæ cernenda haud membra fuiſſent,
V lla vident. non Theſaurum cumulare parentes
M aiorem natis, maiora úe lucra, pudore:
Q ui ſi ſolus ineſt, poterint & ineſſe videri
C ætera, & auguſtas in vitam mittere ſortes.
D ij quantum laudis veræ eſt ſobolique patrique,
E ſſe bonos. cœlo venit iſta modeſtia, nec iam
S edibus incertis noſtros ea tranſit in artus.
P ræſertim ſenibus ſi ſeruiat æqua. voluptas
O fficio capitur, cùm mens ſibi conſcia recti
F rondet, & interno gaudent præcordia motu.
I amque Senem nexu ſomnusque quieſque reſoluit,
E t ſibi diſcuſsit reparato vincla cerebro:
C um ſimul & fuerant ſtolido quæ triſtia nato
D eſignata videt: ſiue huic ſuus acta reuelat
S piritus: angelicis ſeu prodita vocibus haurit:
S eu famulis perſpecta, nihil reticenda putarint
Q uæ [illegible] mala non caſto patrarat filius auſu.
E t mirari [illegible] equidem iuſti potes omnia cœli
A rgumenta. ſed [illegible] hoc, libeat ſi vera fateri,
I mprimis moueat: [illegible] quòd quæ ſecreta maligno

Impu-

I Impuroq́; animo potes affectaſſe videri,
A tq; occulta tuis cupias conſortibus eſſe:
H aud occulta ferat ſuperûm ſententia. Sed ceu
P ræſentem ſorex ſe voce ac murmure prodit:
S ic ſcelus infando perfectum more, ſilendo
S eſe aperit: cumq́; haud loquitur, tamen omnia pandit,
E t ſeſe in pœnas quocunque ex indice mittit.
P oſtquam igitur Chami didicit pater acta, dolebat
P rimùm animo: quòd tanta quidem vecordia gnatum
I n tranſuerſa trahat, nihil vt ſe lege moueri
A ut ratione velit: pietatem deſerat, & quæ
E xitio pœnaq́; luat, malefacta ſequatur.
A ch tete natum planè infœlicibus aſtris,
I ntempeſtiuis eductum ſordibus. heu quid,
Q uid Fili iuuat eſſe malum, Stygijq́; draconis
I uſſa ſequi: potius magno quàm pectora cœlo
S ubijcere, & factis æternum inferre Tonantem?
A ch planè aduerſo parientem numine: cum te
A d luctum genitrix & ad omnia dura creatum,
I ngratumq́; dijs tanta eſt enixa labore,
E t tantis fouit ſtudijs, cùm tenerior eſſes
E t natu minimus, ſeræq́; ætatis & æui:
V t quo nunc fœlix gauderet mater alumno
E t tete feſſis ſolatia rebus haberet.
Q uin tibi iuſta etiam maturo plenior æuo
M ilitat annorum ſeries: & multa videndo
E xpertus, poteras alio tua facta tueri,
A tq; alio proferre gradu. te exempla mouerent
E uerſi paulò ante ſoli: quando omnia lymphæ
O mnia pontus erant, ſtragemq́; & funera noſtro
H uic generi iuſta Deus intulit horrida lance.
T um natura dedit conſerti iura pudoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T e ſentire: intuſq; geris quo cuncta tueri
H oſpite recta potes. nec tete vana tuorum
I n ſcelus inuitat fratrum petulantia: nec res
D ifficili poterat conatu hæc improba vinci
Q uorſum igitur Fili raperis? heu quanta minores
S ulticia inuoluet? peccati ea præmia noſtri,
E t pœnam pro labe putes. hos æmula fructus
I n noſtros fudit maiorum audacia natos.
E t tamen haud ſuperis tete impellentibus iſtud
C rimen obis. tua te liberrima penè voluntas
E fficit eſſe malum: flammas Draco ſubijcit. hæ te
P ercellunt cauſæ, teq; ad non ſana perurgent.
H eu fili: heu cur non melioribus vteris auſis:
E t tete cœlo ſtolidum patiare moneri,
V t ſapias? ſed enim quis numina iuſta, Deoſq;
Q uis prohibere poteſt, vt non quæ digna receptes,
E t tua probra luas? ſuperi ſententia cœli
P erſtet, & inſcriptæ durent tibi pectore leges.
S ic Senior magno diſtractus in ardua luctu:
C um ſimul erumpens, cœleſtiq; incitus igne
I ngeminat: magno proles tibi Quarta nepote
S it maledicta: patriſq; luat delicta Canáan,
A duerſumq; habeat factiſq; anniſq; Tonantem
Æ thereum: quod me contemptui habere parentem
S uſtineas, noſtroq; illuſeris improbus æuo.
I s fratres inter ſeruus ſiet. omnibus illum
P ercelli curis, & triſtia ferre neceſſe eſt.
S EM verò fœlix, & libertate potitus
Æ terna viuat: cuius Benedictio firmæ
S it ſubnixa baſi, patrio quam maxima cœlo
E xtulerit diuûm ſoboles, primæua Tonantis
G loria: quæ noſtros à Semo traxerit artus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t Chami ſannas, atq; Orci vincula tollat.
Q uin tua non tantum tete Benedictio iuſtum
S eruarit: Iaphetum etiam pia facta ſecutum
A pprendet. patrijs fortaſſe excedere regnis,
T errarumq; potes colere vlteriora. ſed is te
S aluo ſaluus erit: quæq; eſt tibi gratia fratrem
I lla etiam ſera ſub poſteritate bearit.
I nterea Chamo, qui fortè virilia riſit,
H is veniat membris luctuſq; & plurima vitæ
I lluies: profligato cum fœda pudore
S ectatus pœnam cumulatis ſordibus altè
A uxerit, ac oculis hominum ſua crimina pandat:
D onec & acceptæ fœcundo ex vbere terræ
E xcuſſus pereat malefacta ob grandia: cùm nil
F raternus ſtulto parcatúe aut deferat enſis.
H æc habeas tibi Fili excors à ſobrio, & illo
P atre quidem, quem tu ridebas ebrium. amarit
P oſteritas iuſtum, crimenq; in morte piabit.
S ic dixit. reliquis ſedenim tum fratribus horror
I ncuſsitq; metum, ſubigitque in membra ſtuporem
A ttonitis. tamen hæc cùm ſcirent cœlitus eſſe
P romulgata, probant. patri ſe ſternere: gratoſ
I n cœlum vultus, dextraſque in ſidera tendunt.
S olus at immani tactus feruore parentem
F aſtidit magno Cham filius obrutus igne
I mpietatis: vt indigna tulit aure, futurum
S e reliquis ſeruum: cui pridem maxima patres
D etulerant natu minimo: vt qui prorſus haberet
I mperium, ac alios dominandi iure præiret.
E rgo vbi ſe dicto extremum decernier, & iam
F ratribus in ſeruum, vitæ in ludibria mitti
A udierat, flammis ſuccenſus pectora ſeſe
P rotinus abſcindit communi à fœdere: ceu qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I pſe ſuis deinceps iam rebus conſulat: ac quam
D eligat ingenio formam vitæúe lociúe,
E t tutas quas quærat opes, ſine clade ſequatur.
V lteriora quidem fratrum commercia non ſe
P oſſe pati: nec ſe geuitori hîc amplius æquum
P ræbere at tacitas meditari in pectora lites,
D elirumq́ ſenem totis odiſſe medullis.
Q uin illud ſeruire, animos & pectora toto
C ardine depulerat. graue conuerſatio Chamo
I nijcit iſta iugum: nec ſe capere amplius illo
S piritus igne poteſt. Quin iam manifeſta pateſcit
C auſa abitus. ſed enim tacitas ſibi decoquit iras
E t premit inductos alto ſub corde dolores.
I nterdum tamen hæc ſecum, méne omnibus vnum
P oſt habitum? quin ipſo etiam genitore repulſum
I mperio, & veluti ſeruitum fratribus ire?
S ed Senis haud ego verba moror. iuuat omnibus eſſe
F ratribus inuiſum? dum meme vlciſcar, & omnes
L æſerim, & optatis violato iure fruamur.
A ſperius tamen in patrem nil mouero. ſeſe
C onficit ipſa ætas, ſtolidoq́ fatiſcit. at iſte
S emus, in immenſum quem tollit gloria, Si quid
M e mea fata ferant, præuiſaq́ regna ſecundent
S entiet haud noſtrum maledicto impune petitum
E ſſe caput. dabit hic cœlo mihi vindice pœnas:
S i quæ conſilio, ſucceſſu aut enſibus vlla eſt
I ntemerata fides, & dextram fata ſequuntur.
H æc ſecum tacito Chamus ſub pectore. Sed nec
A uſu erat ille minor, quàm pectore. protinus illam
Q uæ Semo patris conſenſu obuenerat oram
T errarum, & primis Euphratem curſibus ambit,
O ccupat, ac latè dominatum promouet, auſtrum

Nil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N il etiam accedens: quanquam dominarier auſtris
I uſſus erat, medioſq; inter ſe condere Soles,
A frorumq; iugis ſalebroſos figere greſſus.
H anc igitur Semo poſtquàm interuertit humumq;
E t patriam magno confiſus robòre ſortem:
P ræſidijs ſeſe actutum confirmat, & vrbem
M olitus celſa diduxit mœnia turri,
A ptauitq; trabes, iunxitq; bitumine muros
G raſſatus, belloq; furens: & dogmata veris
P lanè aduerſa ſerens. fratriq; hominiq; Deoq;
E x æquo inuiſus: fonsq; impietatis, & omnis
C auſa mali: quo vel virtus, vel maxima cœli
C ura abit, ac mores violenta licentia perdit.
A st vbi Noah pater ſcelerati plurima Chami
F acta videt: ſtudijsq; nihil ſupereſſe, quod vllam
P romittat vitæ formam melioris & vſus:
C umq; etiam ſoboli maiòrem increſcere cernit
S tulticiam: & patrios amplectier vndiq; ritus,
C ontemptoq; Deo cœliq; mariſq; potente
I dolum ſtabilire, animiſq; inferre profanos
C ultus, & recto vitam non ducere greſſu.
P ræterea cùm linguarum confuſio mentes
D iſtrahat, ac ſciſſo concordia diffluat vſu:
I nuadatq; metus cunctos, vbi tanta Tyranno
N imrotho ceſſit rerum prouincia: nec ſe
I am tutum Senior dira inter monſtra ferebat
O biurgatorem, cùm verba minantia pœnas
S iue ægrè admittant, ſeu planè audire recuſent:
C umq; etiam tendi Semo plerunq; videret
I nſidias, gladioſq; vrgerier vndiq;, ceu iam
S ordibus excludi fraterno milite: ceſſit
N oah pater ſtultis Chami feruoribus. & ſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E x Oriente mouens (Iapheto forſitan ipſo
A dmonitus: cuperet tuta qui ſede parentem
D egere, & èxorti vitare pericula regni)
H eſperias quocunq; modo, quocunq; miniſtro,
E t quacunq; via terras adit, Itala rura,
O enotriosq; viros: Latij qui prædia regni
N on ita cepiſſent dudum exercere, boumq;
O bſequijs teneros ſub aratro vertere ſulcos.
H os apud èxtremam tum vitam Noah latendo
E xegit, Latiumq; vocat: quia tutus in iſtis
S ecurusq; manens ætatem finijt oris:
H icq; adeò, infœlix vbi nunc eſt Roma, quieuit.

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER II.

INTEREA ſeſe Iaphet dilatat, & omnem
Explicat in Boream, lateriq; Aquilonibus altè
Subiecto inſiſtit: ceu pridem lege parentis
Acceptas Boreæ regiones occupat, acri
C ontentus terra geminas quæ ſpectat in Arctos.
I ngens eſt tractus, lateq; oppoſita rigenti
T erra polo: quà frigoribus ſubiecta ſtupendis

Climata

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C limata læta fides: niuibusq; albeſcere montes,
A rua tegi tolliq; vias, protendier vmbras,
E t viridi pinus frondere cacumine cernis.
H ic igitur ſobolem poſtquam acccipit angulus ipſi
I apheto, numeris excreſcit protinus & ſe
M ultiplicat: primisq; implet ſubarata colonis
E t campis habitacla locans, & pellibus vtens.
L onga equidem eſt ſeries: ſed rerum huc omnibus vna
S umma redit. Genus hoc hominum ex Oriente per omnes
A rctoi lateris ſeſe effudiſſe meatus,
E t Scythicas tenuiſſe plagas, circumq; paludem
C onſediſſe diu noſtras Mæotida gentes.
I llic Cimmerios Gomero patre creatos:
G etheroq; ſatos fixiſſe palatia Gotthos,
A ſcaniamq; adeò ſobolem, Daosq; Henetosq;
T um ſibi communes iunxiſſe in robora dextras
C ertum eſt, & mixtas numeris auxiſſe phalanges.
E x illis progreſſi igitur regionibus omnem
Q uà patet in celebres iter & proſpectus Iberos,
I mpleuêre locum: Celtasq; Italosq; Britannosq;
E t quæ Germanis ſunt prima exordia regnis,
C onſtituêre. nihil dubites quin priſca propago
E t ſeries hominum, Arctoi ſit copia mundi,
Q uæ ſimul Europæ Borealia littora certis
G entibus oppleuit: ſparſasq; hinc poſtea latè
I mperium mouiſſe, proculq; vrſiſſe nepotes,
I apheti ſobolem & genitoris ſemina iuſti.
G otthorum res prima fuit. Heu quanta vetuſtos
I nuoluit caligo patres, dum nulla ſuperſunt
H îc monumenta: quibus quod verum eſt dicere, lucem
E t tenebris inferre queas. res omnis inani
C eu coniectura dubioq; | ex lumine pendet:

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t numero ex toto conſtet nihil: vnde priorum
S it notum genus, & patria, & progreſſio, mores,
A tq; iter, & primæ tanta ad faſtigia cauſæ.
Q uod cuiq; arriſit, verum eſt. proh plurima damni
I ncrementa, feræ quæ paſſim plurima gentes
E t funeſta dabant: cum læſis vndiq; Muſis
B ibliothecas; arreptoſq; tyrannide libros
I gnibus abſumunt, flammiſq; inuoluere certant.
A ut ego quid Phario congeſta volumina Regi
I mmani flagraſſe rogo, penituſq; fauillis
I ncinerata querar? fuit hoc Philadelphus honore
P ræcipuos inter ceu lucida ſtella Monarchas:
Q uòd nihil impenſis & opimo duxerit æri
P arcendum, claris dum ſcripta diſerta Pelaſgis
A ut Solymis conferta viris: aut vllius arte
I ngenioúe, licèt Phario procul abſit ab orbe,
P rodita, & Aönijs pars ſint & lumina Muſis:
C ontrahat, ac numero ſcriptorum diuite regnet.
Q uin ſit Alexandro nomenq; & gloria, primus
Q uòd tantam poſitis fundarit mœnibus vrbem,
E q; ſua intulerit ſolertes gente colonos.
A t verò decus hoc Philadelpho ceſſerit: vnus
Q uòd rerum ſatagens doctrinas publica mundi
C ommoda promoueat, pretijſq; ac ære redemptos
I nferat authores, narrataq; ſeria ſtipet.
H oc monumentum igitur graſſanti prorſus ab igne
V aſtatum, toti iacturam dixeris orbi
P ræcipuam. quid enim? quamuis fortaſſe ſilendo
C ætera prætereas, fuerint quæ maxima: nónne
H umani generis ſeriem, quæ prima per omnes
E st mundi tractus & primas ſparſa per vrbes:
V el planè abſumptam, vel cæcis deinde tenebris

Ceu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C eu merſam ſupereſſe putes? nihil ignis & vnda
P arcit: alunt certam vulgata incendia mortem.
E t tamen vna ſalus ſcelerato deniq; mundo
H æc ſupereſt, coniecturis ad maxima ſeſe
T ollere, & è dubio ſibi fingere priſca relatu:
E rroris iuſta mercede. Iouemúe Tonantem
A ccuſes? ſed enim magni diuina voluntas
E ſt Iouis, vt pacem & fuerint quæ pacis honeſtè
Q uiſque colat. ſi tanta homini fortaſſe voluptas
T antaq; cura foret ſacris vigilaſſe Camœnis,
S tulticiæ quanta eſt & belli flamma, valerent
R ectius, & generi conſtarent proſpera noſtro.
N unc quidam vani captent cùm nominis vmbram;
E t ſibi neſcio quæ ſpondentes magna ſequantur:
E uenit, vt medio factorum gurgite perdant
N omina, & obſcuros immittant rebus honores.
H oc vitæ pretium eſt & famæ lapſus, honeſtis
C ùm nihil ingenijs, cùm doctæ nulla Mineruæ
P ræmia detuleris: cui ſoli eſt plurima Diuæ
R elligio, & ſeris inſcripta Nepotibus ætas.
S unt animo quidam inſipido furijsq; venuſtè
I nflati, qui ſi gladios fortaſsè vel arma,
A ut clypeos, aut loricas, aut bellica leni
N eſcio quo tandem tractarint ſpicula caſu.
Q uas non hij voces? quæ non ſtratagemata ſæuis
R ictibus oſtentant: quæ non tibi funera, quas non
I nterdum ſtrages funeſtaq; prælia narrant?
H ìc tibi Maſſagetum virtus, pulcherrima virtus
M aſſagetum, Lybies calor, aut Hiſpania Gotthis
S ubdita: Celtarum vaſtatos milite fines,
A ut varia pridem mulctatos cæde Britannos.
Q uid verò Danos toties, totiesq; petitos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t fuſos? ſed enim Ruſſorum cladibus auctos
E gregiè titulos: nunc Itala rura feroſq;
S auromatas: vel quos fluitatem iunxit ad Iſtrum
P ugnaces fortuna viros: & quicquid acerbi
E ſt generis ſermonum: vbi nec moderatio, nec res
I udicijq; modus ridendi terminat oris
E luuiem, & nullo ſeſe pudor attrahit vſu.
H æc cùm multi equidem citroq; vltroq; volutent
C onſtanteſq; nihil cumulent in guttura voces:
M irum eſt hæc plauſu tamen accipi: & eſſe remuncta
N on aliquem naris qui verba procacia bellè
A rguat, ac leuibus ſtringat mendacia ſannis.
Intereà gentis neq; conſtat origo: nec annis
E ſt inſcripta fides, laribus qua luce paternis
E xierit, ferroq; vias patefecerit & ſe
I ntulerit populis, perigrinaq; culmina ſternat.
O mnis in obſcuro poſita eſt lux. & tamen orbi
N eſcio quid tandem affulſit, cum priſc areferri
S criptorum monumenta vides: ſed languet id ipſum
A tq; alijs tegitur, ceu res incerta volucris.
Q uantæ autem rixæ? quanta eſt contentio? quidam
E Notijs mundi regionibus ardua Gotthis
A gmina traducunt, ſeptemq; in regna Trioni
S ubdita tranſportant Sueonumq; in littora mergunt.
A ſt alij è Borea, dij quanta voce profectos
E ſſe tonant. ceu cum ſe examina laxa repente
D iſpergunt, variaſq; implent ſubeuntia corbes
E t grauibus vicina premunt aluearia bombis.
S ic Gotthos facto memorant velut agmine cunctas
O ppleuiſſe etiam terras: aut plurima multis
D amna dediſſe locis: donec vel regna, vel vrbes
C ondiderint: partamq; adeò virtute quietem

Intule-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Intulerint populis ſeq; in ſua commoda firment.
His ego quid tandem rixis, vel ineſſe putarim
Veri, vel noſtris ceu certa inducere Muſis
Et proferre queam? res vna eſt, vera: profectos
Ex Oriente diu circum Mæotida lætis
Inſediſſe locis. qua cum regione potiti
Eſſent, ac numeris ſoboles iam creuerit: inde
Tecta mouet, totiſq; iter eſt aggreſſa maniplis
Heſperios petitura. at non ſucceſſit eunti
Protinus hoc. multis res intercepta viarum
Flexibus, ac varijs fortunæ ambagibus errat
Obiectatq; moram: ne quod fatalia Regnum
Sidera promittunt, & honeſtos inter Iberos
Oſtentant, primo liceat ceu prendere curſu
Et ſubitos inferre pedes regionibus: hîc qua
Pòſt tellure graui totos regnabitur annos
Tercentum, & feſſo ſtatuentur mœnia Gottho.
Nam tranſgreſſa breues gens hæc Mæotidis vndas,
Cùm ſimul Europæ latus attigit ardua, ſeſe
Agminibus dirimit, duplicíq; ex ordine terras
Occupat. Euxinum pars accolit altera pontum,
Altera ſub Boream diſceſſit: habetq; vetuſtas
Hîc ſedes, vbi nunc vaſtiſſima Scandia regnis
Floret, & eximio turgeſcit iugera cultu.
Scandia diues opum ſtudijſq; aſperrima belli
Dum fortuna fuit: pretioq; & honore virebat
Virtus, & patria quæſita eſt gloria laude.
Nunc varij mores, variæq; in prædia gentes
Inductæ, multa ceu laxant vincula priſcæ
Ætatis fideiq; manu, propriaſq; ſecutæ
Aut ſordes vitæ, aut rerum compendia florem
Decutiunt, tenui & ſe libertate tuentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæq́; olim toto ceu prædas egit ab orbe,
N unc verſa ſeſe prædas vice præſtat, onusq́;
E tſi non ſentit, ſentit tamen. omnibus vna
F rugibus exundans, quacunque acceſſerit agris
C ultura, ac preſſo tellus concedat aratro.
A ut ego quid ſyluas, quid montes ære grauiq́;
A rgento lætas, quid flumina, quidúe ſecundos
N auigijs portus, & opimas piſcibus vndas
F æcundosq́; lacus, aut ferri dura rigentis
P ondera, quidúe feras, quid equos, vrſosq́; luposq́;
E t Martis genus ac maculoſæ tergora Lyncis,
C ui pretium res eſſe dedit: quid deniq́; fœtos
R angiferos memorem & denſatas pellibus Alces?
T erra apprima ferax rerumq́; vberrima, ſeu ſe
O bijciat curis hominum, cedatq́; colonis:
S eu certè in Boream mundiq́; ſub vltima tendat
C limata, & obſcuris mergat ſua lucra tenebris.
Q uid gentis mores humanaq́; pectora dicam?
E ſt quibus officio nil dulcius: iſtud honeſtè
S i tamen exquiras virtuteq́; iuſta ſequaris.
D apſilis eſt plenaq́; nihil tibi lance negarit:
A pponitq́; libens quòd vel fortaſſe facultas
P ræbeat, aut tute poſsis cum laude mereri.
Q uin illam nuſquam cumulandis ſordida nummis
C ura premit, rutuloq́; nihil ſe ſubijcit auro.
Q uo ſeſe reliqui populorum more fatigant,
S ollicitisq́; animos opplere laboribus: vt ſub
A rtibus iniuſtis etiam ſua plurima ſtipent
C ommoda, & è turpi denſent marſupia lucro.
N on his opplerit ſe Scandia ſordibus. acri
S uſcitat ingenium virtute, & honeſta paterna
S ub ratione colit, priſcisq́; ita moribus inſtat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t minimè facili concedat lege vetuſtos
M aiorum ritus ſolitumq́; parentibus vſum
T ollier, aut leuibus conſueta euertier auſis.
C eu fit, cum reliquas vel inepta licentia gentes,
V el triſtes animo furiæ, morumq́; ruina
P ræcipitat, veteresq́; nouo premit igne tabellas.
A ut ego quid veſtes memorem, cum forma plicæq́;
I ſta antiqua manet? planè argumenta ſuperſunt
H æc etiam vitæ, & ſecli rudimenta prioris,
S implicibus digeſta modis habituq́; modeſto
E t plano: cui non funeſta ſuperbia limbos
A ddidit, aut ſtrumis detorſit inanibus oras.
V eſtibus hîc vti videas habituq́; colonos,
E t varias ſe ferre nurus, iuueneſq́; ſeneſq́;,
I nnuptasq́; adeò, quæ captant læta, puellas
I ndulgere: quibus veterum ſpectatur auorum
S implicitas: & adhuc teneri veſtigia mundi
D eprendiſſe potes. ſtricta eſt, & quatuor vſque
P artibus hinc atq́; hinc, totidemq́; ita iuncta per oras
V t nihil emineat, proſtetúe fluatúe, redundetúe,
E t noua ſe prodat ſtolido dementia luxu.
V ix equidem curuum geminas admiſit in orbem
C ommiſſura plicas, facili qua proxima nexu
O ra coit, preſſatq́; leui confinia labro.
C ætera ſuppoſitis æquata eſt artubus, ipſis
L ata etiam manicis: quæ ſi dimiſſa ſub imas
P endeat arcta nates, iccircò haud protinus atram
L ambit humum cauda, neq́; ſyrmate verrit inani.
O mnibus vna quidem ratio eſt forma. tametſi
Q ui ſeſe ingenuis nunc eſſe parentibus ortos
O ſtentare volunt, alios imitentur amictus
E t ſibi vicinis è gentibus obuia ſumant

D amna: quibus ſolui veterum ſacra vincula morum
P oſſe, vel induci loculis diſpendia cernunt.
Q uanquam propterea haud ſapiant: cum penè ſcientes
P rendentesq́; etiam pereant: vbi plurima duros
S æpè quidem ignaris ſtruit imprudentia nexus.
A ut quæ ſtulticia eſt impenſis corpora tantis
D iffluere, ac pretijs viles onerarier artus?
Q uid quæſo eximij eſt: ſi quæ fortaſſe relicta
E patrijs venêre bonis, violata profundas
E t peſſum protrita dabis? quidúe inde venuſti
Q uidúe decori inerit: vario ſi mixta colore
A ut ſi ſciſſa feras, mæandrisúe obſita? vel ſi
S idereas Iunonis aues imitêre, vel vtri
A ſsimulatus eas diſtento fœmora ſacco,
A c tenues volitent circum tibi ſtragula ſuras?
S ed tenue eſt quo ſe furor & dementia prodat,
L uxurians. fragili ſunt hæc ſua præmia mundo
S tulticiæq́; lues: maiorum vt moribus atri
N eſcio quid ſemper cumulatis ſordibus addat
P oſteritas: quæ Barbariem cum geſtiat omni
P roſligare manu, ciuiliaq́; acta tueri:
H ei vereor ne Barbariem magis attrahat Orbi,
A c veteres inter ſit ſordida beſtia ritus.
C iuile eſt Virtutis opus. Si fortè parentes
C rudeli ſæuire animo, ſtudijſq́; malignis,
E t nimis inſulſo torquebant verba palato:
H anc emendaris prudensq́; ſagaxq́; proterui
I ngenij labem: miteſq́; reponere leges
E t ſacros firmare velis in pectore mores.
S cilicet hæc veram ſtudia ob contraria laudem
C onſuetudo parit. nulla eſt, quæ gloria vanis
C aptatur ſtudijs, & re ſe firmat inani.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E ſſera Lerneæ cum monſtra paludis & Orci,
O pprimit Alcides, hominum ſermonibus altè
E uehitur, primosq́ inter gratiſſima diuos
N omina ſortitus multo celebratur honore,
T hurigerasq́ ſuis ſtatuit virtutibus aras.
A t non par ratio eſt, ſi quæ ſunt optima turbes
C orrumpasúe. inerat priſcis ſua gratia rebus,
V tilitasq́ inerat fœlixq́ modeſtia, quas tum
Q uas natura etiam vera ſub lance probauit.
H anc ſtrauiſſe, Deos violare eſt: Numina quorum
S i non tam celeres, certas tamen æmula pœnas
R eddunt, ac iuſto penſant violata furore.
A ut nunc Europæ quæ ſeræ piamina gentes
A ffligunt? opus eſt non me monitore, docebunt
R es ipſæ: ſi cui fortaſsè aduertere mentem
E t ſpectare libet, ſtudiumq́ & facta tueri.
N on ego iam interni quæ ſunt mala pectoris, altè
E xagero: quanquam fontemq́ & prima malorum
S emina concluſo proſiciſci è pectore dicas
E t tacitos ſibi ferre gradus, dum praua voluntas
N aturæque lues, vitæque licentia quiduis
T entet, & externos animum producat in actus.
S int ea ſecretis velut artubus abdita: nec iam
A ut menti excuſſus pudor, aut reuerentia fracto
L apſa genu, flammæúe libidinis, atq́ proteruum
I nuidiæ ſcelus, & patienti auerſa Deo mens:
I ra, odium, cupidæque manus ad prælia, rancor,
E t quæ ſola animum funeſta ſuperbia fœdat:
H æc mihi Carminibus non ſint farrago. laterent,
A tq́ vtinam ſolis lateant authoribus. Vt qui,
Q uæ mala ſunt foueat, quæ ſunt mala ſolus habendo
E t patiendo luat, pœnasque in pectore geſtet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ublica ſed quæ ſunt, & quæ ſunt cognita vulgò
C rimina, & externos ſeſe effudêre ſub actus:
H æc feriant oculos, animumq́; ad ſeria ducant.
L onga autem ſeries atq; Ilias ampla malorum
S urgeret: hanc ſi cui rerum fortaſſe liberet
V ertere ſentinam, numeriſq́; intexere cunctas
Q uæ peſtes populos ſupremaq́; & infima turbant:
N os tamen iſta mouent, quæ ſi laudanda putares,
I am nil luxuries, iam nil diſſentio, nil iam
E brietas vitij, nec haberet inertia crimen.
A ut quæ prima querar? diraſúe ac effera dicam
I uramenta, quibus terramq́; & ſidera miſcet
I mprobitas, cœloq́; velut ſua bella minatur
I rritans. Proh quanta Deos violentia cæci
P ectoris oppugnat? nihil eſt elementa, ſalumq́;
A tq; ſolum horrenda ceu voce laceſſere: nec iam
S olus in ore Sathan, Hecateúe aut fulmina, vel Styx
V el Lemures, cæcæ vel inania ſomnia noctis,
A ut Acheron, Plutonis opes, ditiſsima regna
I nferni, peſtes, & ſæua tonitrua. longè
D epulſa eſt ea turba loco, nec idonea noſtris
S ufficienſúe malis ſcabie velut obſita languet,
E t vaſto ſcelerum paſsim eſt exacta theatro.
S ed Chriſtus, generis Saluator, & vnica noſtri
P ortus & aura boni: quo nobis vindice nomen
C reuit, & expulſis Lux eſt patefacta tenebris:
I lle, Deûm ſoboles hominumq́; Redemptor, & vnus
O mnis origo boni, & placati cauſa Parentis:
D irarum formis ſeruire procacibus vnus
C ogitur, ac ſolo conſtant periuria Chriſto.
H eu ſtirpem inuiſam ſuperis. quæ vulnera, mortem
S igmata, lora, ſitim, fuſumq́; in cæde cruorem

juramenta

Per

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P er quæ ſeruata eſt ſtygios conuertit in vſus:
E t ceu rem nihili ridere procaciter audet.
I llàne Baptiſmo impietas eſt pacta? reditne hæc
G ratia pro meritis, cùm te Seruator Ieſus
C hriſtus ab æthereis excuſſum ſedibus vnus
R eſtituit, captoq́ dabat tete hoſte reuerti
I n patriam, & ſuperis deinceps clementibus vti?
A n tantæ vindex te libertatis & æui
P ropterea aſſeruit: reddas vt iniqua, merenti
O ptima? & hinc ſcelerum ſit parta licentia, vitæ
A uthorem vt violes contemptaq́ numina ſpernas?
E ia age, vel pudeat tete hîc conſiſtere: vel ſi
C onſiſtas, alijs pudeat non moribus vti,
E t tam deformes in ſidera tollere vultus.
S it tibi mors Chriſti pretio: ſint vulnera: grati
S int tibi vibices, ſint ſtigmata ſancta. faceſſat
P roluuies morum, dirisq́ abſiſte. Tonanti
N on res æthereo viſa eſt leuis: vt tibi Gnatum,
V tq́ ſibi æqualem pro te tibi mitteret. adde
P ropterea diris frænum: tibi temperet ora
R elligio, virtus, pietas, moderamen, Olympus.
H oc tibi nocturnis ſtudium curisq́ diurnis
V num atq́ acre ſiet. ſi iuramenta voluptas
A pprobat, es ſtygio pars verè obnoxia regno. hactenus de iuramentis:
S ed ceſſo. Luxum qui veſtibus incidit, & quo luxus vestium.
I lle etiam ſeſe genioq́ & acumine paſſim
V enditat, ac crimen plerisq́ Cyclopibus auget:
V t culpare quidem facile eſt, ſic verſibus omnes
C omplecti formas diuerſaq́ monſtra referre,
H aud procliue etiam fuerit. Scelus omnibus iſtud
E xſuperat numeris, neq́ ſtringi limite poſsit.
R es eſt, & vano non prodita fabula dicto,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N ortuagicis comperta viris, & gentibus orbe
Q uæ ſeſe toto noſtra hæc ad littora vertunt:
I nſcriptos templo populos, & imagine veſtes
Marestrantum. E xpreſſas, vbi nunc Mareſtrantum nobile rupes
I nter & æquoreos ſubtendit mœnia fluctus.
H îc igitur portus ſtatioq́; optanda carinis
C ùm ſiet, ac profugos admittat ab æquore nautas:
I ngenti veniunt numero, qui plurima mundi
R egna habitant: ratibusq́; Orientis & alitis Auſtri
H eſperiasq́; plagas Arctoo aut ſubdita cœlo
C limata diſquirunt. furit Æolus ipſe procellis
S æpius, excuſſasq́; vijs in littora puppes
C ogit, & immani ſubigit freta cærula vento.
H îc portum tenuiſſe ſalus atq́; anchora claſſi
D ucitur, ac miſeras recreant prymneſia gentes.
E rgò vbi Nortuagico perfuncti turbine Ponti
I n tutum ſubiêre locum, Mareſtrantica viſunt
T empla duces: variaq́; manu, ſignisq́; vetuſtis
I nſcribunt latera ac variato emblemate pingunt.
C eu fit, diuerſos ſua conſuetudo vel vſus
C ùm rapit: vt læto fallant ſibi tædia geſtu,
E xpellantq́; animis curas ac pectore vellant.
N amque ingrata mora eſt, & valde incommoda nautis,
D eſtitui vento qui iuſta ad carbaſa dexter
S piret, & optato promouerit embola curſu.
I antereà feßis induſtria creuerit. aut quis
Nautarum oblectamenta in portubus. O mnia comprendat quibus ocia tollere certant
P ræſidia? hi pingunt: alij luctantur: at iſte
C urſat, & arrectos vocat in certamina fratres.
Q uidam lignatum cùm ſit progreſſus, eundo
C antibus indulget. quidam quòd ludere norint
A lueolis, equidem poſitis ſibi plurima nummis

Lucra

L ucra petunt, dubioq; ſequuntur fœnora talo.
H ic dormit rerum ſecurus: at alter Olympo
V ota preceſq; dicat, properaſq; & euntibus auras
P oſcit. at hunc curis inuoluit & vxor, & æuo
I am tener ac patrio ſpes filius vnica lucro.
H æc grauis eſt animo & conceptis ſarcina curis:
Q uæ quacunque premit ſtimulis onerarit acerbis
P ectora, & è tacito laſſat præcordia planctu.
P ræcipuè coniunx ſi fortè iuuencula tantos
A bſtruſoſq; animis gemitus commouerit, vni
C ui metuit. ſtultus qui quod metuiſſe volebat,
A ttrahit, ac pœnas ſibi ſponte adſciſcit inanes.
A ſt mercatorum cura eſt ea maxima: nautas
N on ita ſollicitos diſtrinxerit. Illa ſub æquo
T urba quidem rerum diſcrimina collocat aſſe,
N ec ſeſe vario patitur rumore moueri
V t doleat. quoſdam videas ſarcire ruinas
P uppibus, & tenui noua damna obducere ligno.
Q uoſdam errare vijs, lateq; excurrere. cunctos
H uc ſua cura rapit, triſtem quæ tædia gignit
D elinire moram, longaſq; ita fallere noctes.
S ic alijs alij dum ſeſe rebus & vſu
E xſtimulant, quidam diducto grammate ſignat
E uropæ gentes: patrijſq; è ritibus aptat
T ergora, & aſſuetos pictis circundat amictus.
H iſpanis chlamydem, braccatis fœmora Gallis
I talicisq; togam, laxamq; & ſyrmate longam
H ungaricis: ſtrictam atque enodem fortibus addit
S armaticis: qua ſe Mœſusq; & Bulgarus, & ſe
R uſſus, & ad Tanaim gens eſt quæcunque vel Ortum
E uxinoq; colit confinia littora ponto,
F orma etiam munit, rigidoſq; obuelat in artus.

N e Græcos certè memorem, celebresúe Britannos
A ut Gotthos: vſi patrio qui ſemper amictu
S implicibus ſtabant æquiſſima corpora formis.
A ſt vbi Germanis habitum pictura manusq;
A dderet artificis, certasq; inferre lacernas,
E re commentum vera molitus, honeſtè
I ndulgetq; iocis, & ſeria luſibus ornat.
F orficis inſeruit capulum atq; manubria dextræ,
A lludens. lææ formatum linea pannum
A ddidit, ac multo ſinuat velamina limbo.
S ic pictum membris linquit ſine veſte. rogatus
H unc nudis tantùm cur deſerat artubus, & nil
V eſtibus obuelet? faceto protinus ore
R ettulit. hic noſtris non paret legibus. eſt vir
G ermanus: cui quid placeat, quidúe inde placebit
H aud noſtra definit ope. ſtat liber: eiq;
A rbitrium formas cùm ſæpius innouet: hoc nunc
E panno veſtem ſibi quæ ſit grata pararit,
E t varijs ludat circum ſibi tergora formis.
S ic factum veteres narrant. cernuntur in iſto
H æ templo facies, & imagine luſus honeſta
A fficit, ac blandos fert in præcordia riſus.
E tſi autem tali res ludicra venit ab arte,
C onfinis vero tamen eſt. Sanè omnibus vna
P enè quidem populis in amictus forma paternos
S ic placuit: nihil vt temerè vel natio mutet
V el probet. aſt nobis animi ſententia longè
D iſpar: & ſi quod res eſt impune liceret
D icere, non etiam prorſus rectiſſima, prauos
E x vſu mores, ritusq; afflauit inanes.
E t tamen hæc priſco vix nota licentia mundo
A ut delecta fuit. Si quid rationibus hîc ſit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F as vti: certè tantas Maxemiliano
P rincipe ſciſſuras regna in Germanica vel tum
A rbitror inuectas, vel vitæ moribus auctas
F irmataſq; vſu primos cùm fortis honores
E grege contractis legeſq; & iura ſacraret
M ilitibus: iuſsitq; vagas certo ordine turbas,
E t certa conſtare manu. grex iſte coibat
G entibus è varijs. varios quapropter amictus
I ntulit in numerum. diuerſos addidit vſus
I nde modos, creuitq; auſis fiducia: donec
S tulticia è ſeruis, dominorum moribus omnem
A ffricat labem, morboſq; in culmina vulgat.
N ec tamen hîc vitio formas damus: vt nihil hiſce
P oſſe licere velim. gens eſt fortiſſima bellis,
A tq; animi bonitate valet: non cogitur. optat
M undiciem, lætiſq; inducit veſtibus artes
N unc has, nunc alias, variatq; ad vota colores.
A t verò luxum & formas, quæ prorſus auerno
S unt monumenta Duci, nec iam fortaſſe decerent
H os qui militiæ ſub Chriſto ſancta dediſſent
N omina, culpamus: iuſtumq; vocamus ad vſum
Q uæ ſunt corporibus velamina tradita noſtris.
V tq; nihil meritò reprendas, hoc tamen vnum
Q uis non damnarit, pueros quòd inepta parentum
L uxuries vitæq; adeò indulgentia perdat
D um diſciplinam conceſſa licentia tollit?
S anè equidem, dictu quod penè eſt turpe, videres
T antillos, habitu ceu claros ſæpè Monarchas
D iffluere. & ſi quæ magnis conceſſa Tyrannis
P rincipibuſq; viris (quibus eſt Reſpublica curæ
I ncumbitq; labos, libertatemq; tuentur:)
O b Maieſtatem poterint miranda videri,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I n pueros tranſlata queror. iam vilis agaſo,
I am lixæ, & ſæui Gnatones omnibus inſtant
A rticulis, ne quid commnui veſte tegantur,
C ommuniúe etiam circundent fœmora panno.
H æc ratio eſt culpanda viris, qui iusq; bonumq;
E t quæ ſancta colunt. nihil eſt obtendere morbis
P harmaca falſa. Deo res iudice conſtat: & vni
P eccatur, cum quod peccatur ab omnibus, vni
D etrahit, ac pœnas in publica crimina reddit.
C ertè equidem optandum votis communibus eſſet
V t ſaperent, alijs qui vel virtute, vel vſu
A nte quidem cellunt, & honorum culmine præſtant.
R omuleæ veluti præſtantes vrbis alumnos,
A ut Venetos memorant ſectantes æquora turbas
V eſtiri: quibus hæc nil ſors moderatius vſquam
F inxit. habet laudem ſapientes inter honeſta
S implicitas. durat lucrumq; modeſtia reddit.
Ebrietas. *S edres ſarciri nequit hæc ploratibus. vna eſt*
E brietas, medio Stygiæ quam lubricus aulæ
R ector ab inferno miſerum transfudit in orbem
H unc noſtrum, & pleno dedit vbere toxica ſpargi.
H oc ſeſe imperio promouit & arte venenum
S ic quoque: vt Europæ multas inuaſerit vrbes,
E t populos plerunque omnes demerſerit, omni
V t iam ſe Ebrietas inter ferat omnia damno.
H eu priſcos hominum mores: heu ſobria quondam
P ectora: vt è medio ceſsit modus? iſta veneno
V ipera luxuriat, blandosq; in vulnera rictus
P andit, & euerſo regnum ſibi firmat honeſto.
H æc paſsim graſſata lues primosq; Monarchas
E xtremosq; etiam ſeruos ita corripit: vt nil
I am ſibi dulce putent præter ſpumantia Baccho

Pocula,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ocula, & in cyathos miſeras demergere vitas.
H æc equidem ſumma eſt ſcelerum via. militat æuum
S ponte malo, Bromijq; calet feruoribus: huic ſe
V enter & ora Deo, menſq; & ſpes vna ſacrauit.
S obria quin veluti nunc pectora rara ſuperſunt:
E bria ſic ſunt conſilia. & quæ tute ſequare,
T uta nec eſſe vides, factis nec idonea cernis.
D eniq; quis tantæ fructusq; & præmia labis
O ſtendat? miſeræ labor eſt & plena ruinæ
P roluuies, longosq; plicans in crimina nodos
M ultiplicat ſcelus & fœdos ſibi parturit ignes.
A ut quis adulteria ac ſcortis indulta proteruis
A cta nefasq; refert? quis cædes, iurgia, rixas
I gnorat? certè leuis eſt occaſio Potos
Q uæ mouet: vt rupto ceu fœdere protinus enſes
S tringant, ac gelido rimentur viſcera ferro.
D eniq; non opus eſt numeris crudele referre
E brietatis opus. Lerneæ eſt ipſa paludis
B eſtia: tot vitijs, tot monſtris, totq; redundans
F lagitijs: toti cauſa vt ſit idonea mundo,
Q ui pereat. leuia iſta putes, ſi cætera vero
I udicio expendas. Quid enim? blaſphemia, diuos
Q uo plerunque malo violat cœlumq; laceſsit
E brietas, vna eſt quæ terras miſceat aſtris
A dducatq; æuo pœnas: in tartara potos
M ergat, & immani ſuccendat corda furore.
H eu quid flagitij eſt, media inter pocla Tonantem
I rritare Deum? dum vel cœleſtia ſannis
C onturbas, ſuperosq; vocas ad crimina teſtes:
V el certè grauibus delaſſas pectora diris,
E t iuramento dicta ad ſcurrilia tendis.
R es leuis iſta quidem poterit fortaſſe videri:

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ed tu gauſapa ſanguineis velut oblita guttis
E t conſperſa vide. res eſt notiſſima, cœlo
H unc equidem effuſum menſam infeciſſe cruorem
E t multas liquiſſe notas: cum fortè madentes
O bſcæniq́ mero, Sic Chriſti vulnera ſæuis
D entibus appeterent: vt verè horreſcere cœlum
S it viſum, ac ſubito compleri tecta fragore.
P ublica fama quidem tam duræ ſeria rei
F acta canit, nec narratu coaleſcit inani.
F orſitan Æthiopum terras, & inhoſpita Syrtis
L ittora, & atroci Naſamones cæde furentes
A fficeret: nos iſta mouent nihil. Vtq́ mouerent
F orte etiam: tamen authores ſceleriſq́ maliq́
T antùm èxecramur: noſtris ſua libera vitis
M anſerit improbitas ſtudijq́ licentia, quo nos
P ræſtemus cœloq́ reos, prorſuſq́ Tonanti
I ngratos. adeò iurandi peſſima cunctos
C onſuetudo tenet, blaſphemaq́ pectora ſpurcat.
H inc ſua ſuccedunt cumulo mala. deſpice quo ſe
P romouit ſtolidas inter diſſentio gentes,
E t quantum dammi dederit? dilectio prorſus
E xulat, aut iam iam ruit: inſidijs geritur res,
E t laruam ſceleri pietas obtendit. iterq́
R apimis patet omne: nec vſquam forſitan eſſe
S ecuris liceat: pacem damnoſa reſcindunt
L ucra, & qui violant tutelam è crimine ducunt.
H ij ſunt Europæ morbi: ſed qualia cœlum
P harmaca diſpenſat, qualiq́ piamine tantos
A ggerat exceſſus, pœnaſq́ ſacomate reddit,
I pſa quidem loquitur rerum experientia. morbos
M orborumq́ genus varium, crudele, nouumq́
A tq́ tumens, fallax, penè incurabile: vel quid

Imma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I mmanes forma peſtes, quid bella, quid enſes
C ommemorem? ſcelerum nouitas noua funera gignit:
E t meritis fato reſpondent præmia noſtris.
S implicitas, rectiq; amor, & reuerentia cœlo
D ebita, relligio, pietas, dilectio, quæ non
A ſperius miſero durißima vincula fratri
T endat, & vſuris mordentibus opprimat, & nil
F raudibus inſcribat rerum commercia: non ſe
V indicet, ac magnos ob parua accenderit ignes:
A ut certè euerſa eſt, aut ſi iam languida nutat
H aud procul interitu cernes conſiſtere. fato
M ergitur orbis, & hoc itidem luit orbis. habendo
D eficit, ac medijs inſunt ſua funera vitis.
I nterea ſi quid reliqui eſt virtutis & vſus
A ntiqui, ſolis velut inſita munera Gotthis
E ſſe ſuper videas. non ſe verſutia, non ſe
L uxus, & inuiſo conſperſa licentia fuco
V enditat. eſt genti, ceu notum eſt omnibus æqua
S implicitas morum: ſtudium benè velle mereri
E t nihil effræni miſcere paterna tumultu.
V eſtibus, à primis manet vna parentibus orta
I ntegritas, rectumq; colit, priſcisq; quieſcit
M oribus, & Regum quæ ſunt mandata, veretur.
G ens ſanè ad dandum promptißima. cuius abuti
I nterdum videas aliosq; aliosq; benigua
P rælargaq; manu, claris cum damna malumq;
P ro meritis præſtant, odiumq; in præmia reddunt.
E t tamen eximijs ſuperantq; valentq; coloni
D iuitijs. argento equidem poſſeßio prima
C onſtat, vt armentis res proxima venerit: indè
F rugibus eſt locus, aſt villoſis pellibus aurum
R edditur: ac reliquis ſunt vltima lucra metallis.

H is ſe terra bonis iam Scandia promouet. vt nil
F ortia facta canam. gens eſt aſperrima bellis,
A rmorumq́; ſagax: cui ſi fortaſſe quietem
T urbaris, minimè ceſſantem ad prælia cernes,
N ec detrectantem rigido decernere ferro,
S i pro fortè voces: libeatq́; exquirere quantum
F ortibus vtantur pugnæ in certamina dextris.
S ed quo Muſa vehor? delati huc deniq; Gotthi
C onſedere: diuq́; animis coaleſcere, bellis
N il domiti: donec ſubiectas vndique terras
O pplerint populis: & ab hac ſe Natio gente
O mnis in Arctoum quæ littora promouet orbem
A gnoſcat faciles penè accepiſſe colonos.
I ntereà numeris creſcunt ſobolemq́; genusq́;
M ultiplicant: neq; iam bellorum dura vicesq́;
D efugiunt, æquo vel aratrum Marte vel enſes
S ectati: vario cùm ſe gens vndique motu
S uſcitat: atque alijs alijsq́; aſperrima cauſis
B ella mouet, tenuiq́; ſerit fera iurgia riuo.
N unc ipſi Gotthi: nunc ſeſe Vandala pubes,
N unc Dani, nunc Nortuagicis gens edita cliuis
E ſt oniæúe manus, aut culta Britannia: latè
E rrantes Moſchi, Germanaúe robora: vaſtans
S armata, & æquorea confiſus puppe Sicamber
C ommouet: alteriusq́; infeſtant littora, cum vel
P rædatum veniunt, vel belli iure ſequuntur
A ffliguntq́; adeò populos: violenter in omnes
G raſſati, quos interdum virtutis & vſus
E xperiundi etiam cauſa petijſſe feruntur.
I ſtius pro more & conſuetudine ſecli
G loria quo bellis ſtabat: nihiliq́; putabant
E ſſe virum: qui lecta domi velut ocia ducens

Horruit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H orruit ĕxternas in prælia ſciſcere gentes.
E tſi autem belli varia eſt fortuna, luuntq́;
S tulticiam partes, æquoq́; è iure Gradiuus
A lternat ſortem: nuncq́; hos, nunc euehit illos
I ncertoq́; premens graditur victoria paſſu:
N on tamen abſiſtit quin ſe vicinia multo
S uſcitet impulſu, vt quæ ſunt tranquilla, ſubinde
M ouerit: ac fines aut proferat, aut tueatur:
E t metam imperijs haſta decernat & enſe.
H is equidem cauſis contentio plurima Gotthos
E t Danos inter ſemper fuit. illius acres
S uecia gnara manus: hunc virtus æmula iuuit
F irmauitq́; animis populum: ne ſubderet hoſti
C olla fero. at potiùs domitum ſub vincla ſtuderet
M ittere, & in nĕxus ſuperatam cogere gentem.
E t res iſta quidem è voto ſucceſſit, agitq́;
D ania victrices in Gotthica rura Phalanges.
S ed nihil in rebus ſtabile eſt mortalibus. iſtud
V t Dani proferre iugum & diſtendere certant:
S ic Sueci excutiunt, & libertate tueri
S eq́; ſuosq́; ſtudent. conantibus addit honorem
S ucceſſus, patrioq́; viret gens inclyta regno.
I am verò numeris Gotthi valuêre, domosq́;
I mplerant omnes: atq́; omnia prædia turbis
L uxuriant, cùm vix habitantes rura colonos,
N ec caperent patrias ſubſtricta mapalia gentes:
A uſonias autem iam tum Theodoſius arces
L iquerat exemptus fatis: gnatosq́; potiri
C ontigit Imperio, ſceptrisq́; præeſſe paternis:
A rcadius Thraces cepit: ſed Honorius vrbes
H eſperiæq́; plagas. huic Stillico perfidus acres Stillico
C ùm ſtruit inſidias regnumq́; euertere certat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F raudibus, ingenio deterrimus omnium, & vnus
O fficij ſpecie rectos qui fallit, habentq́;
G uttura blanda dolos, pietas habet effera mortes:
P rincipium à Gotthis, quæ tum Gens militat æri
A uſonio, & Latijs ſtipendia Regibus auget,
S umendum ratus (hanc quòd moribus eſſe ferocem
S ciret, & haud miti perferre incommoda vultu.)
C æſaris huc equidem traducit pectora: ne quid
V lterius Gotthis mercedem ſoluat. at ipſum
Q uod ſuaſit, fieri cum iuſsit Honorius: actum
P rotinus eſt, mouitq́; leues iniuria Gotthos.
Q ui cum deſtitui ſolito ſeſe ære viderent,
I nijciunt curas animis, ſeq́; eſſe putabant
I nuiſos: meritisq́; nihil ſupereſſe: quòd acrem
I am pridem Eugenium Theodoſij Cæſaris hoſtem
S trauiſſent: populiq́; ſalutem ac vrbis honorem
A uſoniæ, duris obiecti caſibus æuum
A uxiſſent. iam ſe contemni prorſus. at ille
H aud impune feret, qui cùm nos eſſe quietos
N on ſinit, Auſonias inter graſſarier vrbes
C ernet, & Italicos bellis torquere penates.
E t pariter gens mota creat ſibi Gotthica Regem
C æſareamq́; fidem conſuetaq́; fœdera linquit,
I taliam ſpectans. Sed enim labor arduus, & res
D ifficilis viſa eſt: priſcis quòd plurima bellis
P ars abſumpta foret: ac fracta potentia Gotthis
S it minor, & vaſtans alios vaſtauerit ipſam
S e quoq́;, vt acciſis iam langueat aſpera neruis.
H oc igitur ſolers, velut ipſo à tempore captat
C onſilium. Boreæ iam pridem regna tenentes
E t fama claros, miſſo Oratore vocabat
I n fœdus Gotthos: generis commune vetuſti

Præſi-

P ræſidium, ac patria ſocias ab origine gentes:
E xponiq; iubet: quantum iam verſet honeſto
P ropoſito facimus: quanta ad faſtigia tendat
I am regni melioris, opeſq; aſpiret ad amplas
I taliæ, ac Orbis dominatum prendere certet.
C æſaris ingrato ſe animoq; manuq; moueri:
V t ſibi conſpecto quamuis diſcrimine, dextra
C onſulat, ac ſaluo fortunam Marte ſequatur.
I n pretio vixiſſe, ſacras Theodoſius arces
C um tenet, ac rerum frænos moderatur. at hoc ſe
P rincipe iam cogi, ne quid ſibi forſitan ipſi
D efuerint, cum præcipuè lacerarier omnem
I mperij formam, & ſtudijs plerunque ſiniſtris
V exari, ac multis cumulari funera cernant.
I nterea Latij deſerta palatia regni
N egligier. tantam ſtultum eſſe relinquere prædam,
N ec captare Deo quod monſtratore ſequaris.
F rigora ſi Boreis igitur contermina regnis
Æ ſperiuſq; ſolum libeat mutare: faceſſat
O mnis vbiq; mora: egreſſiq; penatibus huc ſe
I intulerint, ſociaſq; manus ac robora iungant.
S e Duce concipiant animis pulcherrima. vel quis
V beris Italiæ pecus atq; legumina, fruges,
V ina, ſolum ſegetes, rutulumq; colore metallum
E xplicet, ac claris viduatis ciuibus vrbes?
H uc iter eſt. miti fruitur res Itala cœlo:
E t redeunt diti congeſta impendia lance.
H oc equidem Sueonum quis rupibus anteferenda
E ſſe neget? terræ Paradyſum dixeris eſſe
I taliam: cui quod poterat natura per omnes
A mplecti numeros, cultiſq; aſpergere regnis,
Æ qua dedit, latoq; ſolum veſtiuit honore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H uc voco. Romani metuas nil Principis arma,
Q uæ vel fracta vides: vel non iam tanta, reſcindant
V t quos noſtra graues ſubtendit copia neruos.
D iſtracto imperio minor eſt in prælia virtus:
E t prædæ fuerint, qui prædas ante per omnes
E gerunt terras, ſpolijſq; onerantur opimis.
V ix ea dicta dabat, cum ſeſe millia iunctis
P enè ducenta mouent Radagiſo Principe dextris
E xternoſq; petunt. hæc ſunt ea millia (Si quid
E x coniectura fas ſit decernere:) noſtris
Q uos pridem annales memorant regionibus eſſe
E greſſos. Poſtquam inuitati ad maxima ſeſe
S edibus è patrijs monſtrata ad lucra mouebant,
E t tranſiſtranis iungunt noua robora Gotthis:
M ox ſeſe effundunt Italaſq; feruntur in vrbes,
F ortunaq; vſi varia graſſantur. at ipſis
P rotinus ex animo non cedunt omnia. res eſt
L ubrica, bellorum euentus: varijſq; procellis
I actatur. nec quæ cupimus ſunt omnia noſtris
S ubdita conſilijs. fato res noſtra magiſtro
P endet, & incertas mouet ad iuga mollia lances.
E tſi ingens etenim roburq; & copia Gotthis
E ſſet, & egregio numeroq; vſuq; valebant:
R omanæ congreſſa tamen gens aduena pubi
I nſolitum eſt experta hoſtem: cui plurimus eſſet
S ub virtute animus: tum labi neſcia virtus
P rælia committat patrijs ſpectanda ſub oris.
Q uæ monumenta quidem ſunt maxima, poſſit vt æquo
R es ceu Marte geri. ignotis qui montibus errat
N ec perſpecta tenet: ſanè hunc trepidare neceſſe eſt
E t planè ante necem, mortem ſibi fingere. ni quid
I nterdum fortaſſe leuet fortuna ruentem

Confirmetq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onfirmetq; animos, & ſpe ſuſtentet. habere
P ræſentes ad quæque manus, & fidere diuis,
I n bellis eſt ſola ſalus. res vnica Gotthos
P erdidit, atra fames vario multum aucta labore,
E t contracta ſitis. ita fractos Stillico terret
A gminibus: deletq; alios, at diſsipat iſtos
P erculſosq; fugat. Radagiſo poſtea capto
N il parcit. Feſulas manus hæc illuſtrat, habentq;
H oc etiam bello viuum inter funera nomen.
A t non propterea tam duram Stillico gentem
F unditus euertit. coëunt noua rurſus in arma
R elliquiæ: belloq; manus & cædibus aptant
P rogreſſæ. ſedenim fortaſsè prioribus armis
G otthorum vires expertus: & illa fugata
A ut laſſata quidem, ſed non deleta paueſcit
R obora. ne rurſus fortunam prouocet, arte
D ucit, & ad magnos Alaricum inuitat honores,
F œderibuſq; capit. Gallorum ad prædia mittit,
E t regno vſurum ſpondet. Rex optimus iſtis,
N on etiam pactis ſe ſubtrahit. Vtq; mearet
G allica iam petiturus, adeſt Dux agminis huc quem
S tillico, Vandalicæ proles iuſtiſsima gentis,
M iſit: vt Alpinis exceptum faucibus agmen
O pprimat ac Gotthos ſtudijſq; exſcindat & enſe.
H æc illa eſt ſimulata dolis coniunctio. Sed nil
I nſidiæ proſunt Nebulonibus. arbiter æui
C hriſtus, & æterno genitus de Patre bonoq;
E t iuſto: Italiæ qui regna Duceſq; viroſq;
A ffligi voluit Gotthorum motibus. eſſent
S anguinis vt fuſi pœnæ: quem vaſta Tyrannis
H auſerat, oppreſſo dum ſæuijt agmine: quod ſe
S ubdiderat Chriſto, & fidei monumenta gerebat:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I s certè Gotthis anguſta in valle petitis
V incere dat: fortiq; manu defenſa tueri
Æ gmina, & inſtantem gladijs prohibere Tyrannum.
Q uin Alpes læti ſuperant: Galloq; volenti
C onſedere. ruunt mortalia cuncta ſuperbis
I nſidiſq; adeò quæ condita nexibus hærent
C onſerta, & meritæ veniunt ſua præmia fraudi.
C æſar enim rerum ſatagens: (quia Regibus iſtud
H aud datur, vt primos videant ſua lucra per annos:)
N uncq; adeò agnoſcens quid ſit molitus & optet
S tillico: nil ceſſat. iuſto ſed protinus enſe
H unc ferit, ac peſtem patria ſemouit ab vrbe.
T ardius id fortaſſe. Sed ô ſi imitentur & iſtud
Q uantumuis tardum, pro libertate Tyranni.
N unc & ineſcati obiecto ceu melle videntes
C ùm pereant: neq; fata vident, neq; poſſe perire
S eq; ſuosq; putant. res eſt miſeranda, Monarcha
Q ui nihil ipſe ſapit: peregrino at lumine fiſus
C æcutit, ſtolidoq; videt ſibi credita vultu.
V t cecidit regni peſtiſq; luesq; Latini
S tillico, Gallorum terras Alaricus & arua
L inquit, & Italicas iterum proſpectat in vrbes.
D efenſore etenim ſpoliatos eſſe Quirites
C um videt, ac nullo Auſoniam iam Rege teneri:
H uc redit, ac Romam rectà petit impiger. hîc nil
S æuitum eſt, parciq; iubet ſubeuntibus ædes
D iuinas. miles prædando diripit vrbem,
E t pro more furit. pòſt latius integra duxit
A gmina. at obiectas Siculis regionibus oras
C um tenet, exacto vitæ Rēx Gotthicus æuo
D iſcedit, fatumq; explet. vir maximus vſu
A rmorum, & clara nulli virtute ſecundus.

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t verò inferijs factum ſatis eſſet, Adolphum
P rotinus inſtituunt Alarici è ſanguine Regem
Q ui genti præſit bellumq́; ac arma miniſtret.
H ic ſimul Imperio ac potitur, commiſſa reduxit
A gmina, vt Auſoniam victor graſſetur in vrbem
Æ quaritq́; ſolo Romam: quam funditus eſſe
D eletam multi conducere poſſe putabant
G otthorum rebus. quòd ſi ſubuerſa fuiſſet
H æc baſis Imperij, quaſſataq́; culmina flammis
E ſſent, ac ſparſos premeret victoria Ciues:
C æſaribus minor inde foret vel cura, vel vſus
I taliæ: ac Gotthis libertas parta quietem
A dferat, ac Latij potiantur culmine regni.
C oniugis at Placidæ ſuaſu perfecit Adolphus
I ſta nihil. Romam intactam ſartamq́; relinquit
I n Gallos progreſſus. at huc cum venit, honeſtè
P erſuaſo lætas monſtrat Conſtantius vrbes
H eſperiæ: ac pretium magnæ ſibi prorſus opellæ
F acturum, ſi ſe huc immittat victor: & inde
V andalicosq́; greges, & Alanos exigat: eſſe
I mbellem hanc gentem, quæ pelli poſſit: eoq́;
E uentu fœdus cum Gotthis eſſe futurum
C æſaribus. ſe etiam Gotthorum clara probare
F acta: nec auerſam proferre ad fœdera mentem.
H oc tandem Gotthos ſibi firma palatia regno
F igere poſſe: nihil feſſis prodeſſe vagari
A mplius, ac Latios in ſe mouiſſe Quirites,
C æſareasq́; manus bello inflammare cruento.
Q uin quæ damna ſient varias accepta per oras
C ogitet. & quamuis non victus vincere poſſet
E t turbare bonos: tamen haud res tuta ſequetur
V ictorem, & ſpondet firmum nihil alea Martem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O cia ſunt optanda viris, qui ſæpè diuq́;
L aſſati, dubia velut æui ſorte feruntur:
E t procul à laribus captant incerta paternis.
A ut quid profuerit toties mutare ſequendo
F ortunam? nihil eſt ſperare ingentia ſi non
Q uæ ſperes, etiam te prendere poſſe putabis,
S ecureq́; frui. Sed enim non pauca morantur
C onſilium, & certæ ſunt vota ad cæca ruinæ.
M ortalis cùm ſis, metam tibi fige. probandum
F œlicemq́; virum quæ ſunt mediocria reddunt.
S ic ſe ſuadendo Conſtantius intulit. At Rex
I htereà vires Gallorum & maxima cernens
R obora militiæ, non tantùm verba ferentem
A udijt. aſt, ſi nil hortanti cederet, arma
O ppoſiturum etiam ſtatuens Conſtantium, & hinc ſe
V i turbaturum: placidè diſcedit, & vrbes
G allorum nihil infeſtat: ſuperatq́; rigentem
P yrenen, vrgetq́; vias: Hiſpanica rura
C um ſubit, ac fortes caſtris metitur Iberos.
V andalicos bello congreſſus fregit, eosq́;
H eſperijs exegit agris: atq; Africa tandem
C ompulit arua ſequi, Lybicasq́; capeſcere arenas.
E t ſedem extremos inter ſibi figere Mauros.
I nterea regnum Hiſpanis exorſus in oris
F irmat Adolphus: iterq́; ſuis iam longius ipſe
D iſſuadet Gotthis: potius ſed parta tueri
M andat, & humanos ad pacem flectere mores.
S ic quod prouiſum duris ab origine Gotthis
D ecretumq́; fuit: regno complectier iſtud
H eſperiæ latus, extremasq́; efferre ſub oras
E uropæ, imperium & ſceptris regnare paternis,
N unc tandem aſſequier fato duce cernis: & hanc, quæ

Tanto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Tantoperè refugit concludi ſedibus, arctè
Comprenſam ducunt regni ad faſtigia ſortem.
Hic fuit errorum finiſq; ac meta, vagando
Quam tandem capiunt: ſedes vbi fata quietas
Conſtanteſq; dabant, & penè ea ſceptra per annos
Ter centum ingenuo populorum iure tueri.
Hunc habuit res iſta modum: ſic arma quierunt
Gotthica, & Hiſpanis clara eſt gens aduena regnis.

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER III.

VT VERò res eſt de Gotthis prodita, Cimbros
Adijce Muſa tuos: veteriſq; volumina mundi,
Et quæ certa ſient noſtris da ferre libellis.
Non ea gens dubijs errando ſedibus orbem
Peruolitat, temereúe ruit: quo proxima damnet
Semper, & à longè quæ ſunt ſpectata, ſequatur.
Ceu Burgundiacos, quæcunque eſt turba, gregeſq;
Vandalicos, atq; hanc, de qua nunc diximus, omnem
Gotthorum ſobolem, atq; incertæ gentis Alanos,
Erraviſſe ferunt: & merſos cladibus orbem
Confudiſſe vijs, odiumq; auxiſſe cruore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H inc Aſiæ tellus, Mœotis, & illa vetuſti
L imitis vnda ſuo Tanais iam cognitus alueo,
E t Scythicis loca vaſta plagis. hic Tyras & Iſter,
H ic Thraces, Mœſiq; leues, & Bulgura rura
S armaticæq; viæ, Arctooq; obnoxia mundo
S candia: multorum vagina, vberq; vagantum
F ons hominum, incertis numero qui ſedibus errant,
C eu prædatores populorum, & plurima gentis
C olluies: cui nec cœlum, neq; maxima terræ
P ars ſatis eſſe poteſt. quid enim? iam rurſus in Auſtrum
P ingitur exceſſus: ſteriles repetuntur arenæ,
E t Scythicas tentamus aquas, Pontiq; furentis
L ittora tranſimus. iam nunc inuiſa Gepidis
N omina: iam Pruſsis Samogitthia iuncta procellis
T ranſmiſſumq; iter, & Germania victa: fluensq;
D annubius. quin nunc Aſia eſt repetita, grauiq;
P ugnatum euentu. quid Amaſonas? Orithyam,
Q uid Troiæ campos euerſaq; Pergama dicam?
H oc demum & noſtrum eſt. mox ſunt ſua tædia laſsis,
N ec ſatis eſt Medos acremq; vrſiſſe Darium,
A tq; Aſiæ regno vincla inieciſſe potenti.
A ltius ire iuuat. nouus eſt contermnius Iſtro
I am locus, ac Thraces etiam patet inter acerbos.
H uc iter eſt, plenisq; redit gens Barbara velis
E xtruditq; alios, aliosq; in vulnera mittit.
H inc illa antiquis iactata tonitrua chartis,
A uguſtiq; pauor. iam Domitianus, & illo
T raianus maior meliorq;. hinc omnibus vnus
C ertè hoc euentu Decius minor. inde Probusq;
A tq; alij magnum quotquot geſſere Tyranni
F ortè aliquid: nomenq; ſibi laudemq; parabant,
E t bello inuiſas mergunt in funera gentes.

Intereà

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ntereà ad Tanaim, interdum ad Mæotida. namq; huc
O mnibus eſt reditus populis. hæc vnda paluſq;
S uſcipit vna vagos: qui ſi patriamq; locumq;
H aud alium monſtrent, iam ſe Mæotidis vndis
C euſobolem extulerint. inde eſt tranſcurſus, vt huc nunc
N unc illuc, quo facta ferant: quoúe impetus iras
M ouerit, aut bellis aſſuetos dirigat enſes.
T ùm Biſantinæ ſedes: tum Pannonis ora,
A tque iterum Mœſi, vaſtataq; Dacia: rurſus
T ranſitos Iſtri fluuios. nunc ære Latinis
A ccepto ſtuduiſſe, atq; his expleſſe ſecundam
M ilitiam. rupto mox deniq; fœdere bellis
D iſſenſiſſe: auctos ſocijs rectà Itala rura
A uſonioſq; petiſſe lares. nunc Gallia prædam,
N unc ſe Roma dabit. quin vel Campania, vel res
A ppuliæ, aut Siculis contermina Brutia regnis:
I taliamq; iterum repetitam. Gallia rurſus
T entata. at tandem ſuperatis montibus inter
H iſpanos aliquam regno firmaſſe quietem.
D enique mille viæ, & tranſcurſus mille: nec vſquam
F actum operæpretium: nuſquam vagando moratos,
I nuiſos ſemper, ſemper ſua damna ferentes,
E t ſibi perpetuò cumulaſſe pericula motu.
H æc eſt Hiſtorijs farrago incerta: ſuiſq;
S ic abducta etiam tenebris vt prendere nuſquam
Q uod verè affirmes, quod verò ex ordine, vel quod
E iuſta ſerie transferre in ſeria poſſis.
E t tamen externos, internos neſcio Reges
Q uos ſibi non fingunt quidam: qui cognita mundi
R egna volunt iſta populi ceu nube vagantis
A c curſu oppleri, terreri, horreſcere. ceu res
H æc quoque clara foret, ſtolidum ſeſe omnibus hoſtem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bijcere, & ſæuos cunctis profiterier enſes.
A ut quid magnificis inſcribas laudibus, armis
I ncautos preſſiſſe: quibus nihil iſta furentûm
C ognita turba fuit? ſubitis incurſibus aut hos,
A ut hos turbari: & contra nil tendere poſſe
P erculſos, quantum eſt quod quis miretur? honeſtum eſt
C onditione vti: quam vel natura, vel æui
S ors dedit: ac patrijs contentum ſedibus, his ſe
Q uemque fouere: nihilq; incautos Marte cruento
I nfeſtare viros: qui nil iam bella timentes
O cia tuta colunt, certisq; penatibus hærent
S ecuri, & lædunt nullo vicina tumultu.
Q uin aliena etiam appetere, atq; furenter in omnes
E x æquo graſſari: aliud quid quæſo putandum eſt,
Q uàm ſe prædones hominumq; Deûmq; fateri,
Q uorum iura quidem violant, qui limite certo
D iſtinctum inuadunt: aliaq; haud lege mouentur
A ut cauſa: niſi quod cunctis malè velle, ſimulq;
P oſſe nocere ferant præ ſe: nec moribus vllis,
Q uo minus in cunctos impune ferantur, haberi?
Q uod ſi fortè neceſſe ſiet vel vertere tete
E t mutare ſolum: vel belli iure ſequaris
A ut hos, aut illos: ne te res improba primùm
M ouerit, vt vitæ quæ ſunt tibi firma reſcindas
I mmutesq; tuæ. certum tibi pone, quod vſu
Q uodq; animo prendas: quo accepto deinde quieſcas,
N ec lædas vllos, ne quid lædaris ab illis.
I d Scythicis equidem ſtatuas penè omnibus vnum
E ſſe datum: vt peregrina petant, longeq; vagentur
C urſantes: belloq; homines atq; oppida vaſtent:
I ntactumq; nihil, quod perdant cæde, relinquant.
Q uid Tamberlanem, Caſſanum, aut cætera dicam

Tarta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T artarici fera monſtra ſoli? res ipſa doceret
E rronum nihil eſſe boni: quocunque ferantur
C onſilio aut ſpecie, nec habent immania laudem.
N on ſic Germani: qui quos petiêre, tenebant
E t coluêre lares. Francos res Gallica mouit:
Q uæ quos mouiſſet, conſtantes vſque. nec vſquam
D igreſſos regni tandem ad faſtigia vexit,
L aſſatiſq; diu ſolidam dedit eſſe quietem.
Q uid de Saxonibus? quos cùm fortuna benignæ
A lbionum terræ & lætas duxiſſet in vrbes,
I mplicuit populis, ſedemq; ac rura tueri
E t proferre dedit. ſunt indita protinus Anglis
N omina, & hoc geminæ coaleſcunt pignore gentes.
V el quid Phocenſes memorem: prouincia quos nunc
M aſsilijs habet ampla locis? manus iſta per vndas
Æ quoris interni ratibus veniſſe Pelaſgis
D icitur, ab primos ſtruxiſſe colonia muros.
N on Italis, nec Iberis eſt diuerſa, nec vlli
M igranti ratio: certas cuicunque vel vrbes
V el terras curæ eſt, & honeſtam auxiſſe quietem
M oribus, ac cultos inter dare nomina ciues.
C erti aliquid comprenſum animo, rem perficit. erro
E rrat: & ingrato cùm peruolet omnia curſu,
N il capit, ac ſtudio prorſus laſſatur inani.
A ut quid ego Heluetios patrijs regionibus olim
E greſſos, noſtriſq; adeò iunctiſsima Cimbris
P ectora commemorem? verum eſt rigidamq; ſuiſq;
H orridulam ſaxis, & acutas rupibus oras
I ncolere, & forti terram verſare iuuenco:
A ſt non propterea quòd montibus horreat, iſtam
E ſſe relinquendam nouus incola cenſijt. inſtat
Q uin potius duratq; manus, operumq; labori

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ſſueſcit: ne quid fortaſſe coactus ineptè
D eſerat hoc, magna quod partum eſt anteà laude,
S eq; adeò inuiſum, dum peruolat omnia, reddat.
D eniq; quis neſcit præclaram ſæpè diuq;
M ilitiam amplecti, & conductos ære Monarchis
G ermanos ſtuduiſſe viros, belloq; miniſtros
P ro patria ſeſe, pro libertate Tyrannis
E xhibuiſſe, manu promptos, ſtudioq; fideles,
Æ qua magnanimos nece, victoresq; pudicos?
Q uid Francos, aut quid Venetos gentemq; ſuperbam
M ultaq; conantem, quid cultos deniq; dicam
I taliæ populos, quid honeſtos moribus Anglos?
M ens quibus eſt ſemper bello inclareſcere: cum ſe
M ilitiæ dedunt, ſtipendiaq; ampla ſequuntur.
H aud Scythicis ſimiles: qui nec ſtipendia, nec rem
P ro vita capiunt. gratis hij moriuntur, habentq;
E vita pretium, atq; è conſuetudine mortem.
A t neq; Germani, neq; nobilis illa feraxq;
G allorum ſoboles, nec honeſtæ legibus vrbes
M ilitiam fruſtra ſubeunt. fas eſſe putarint
A ccepta mercede domos patriamq; genusq;
L inquere, & aſſueto ſe duci in prælia ritu,
E t pugnare manu, dominosq; & iura tueri.
D imiſſi à bello, iam non ſcelerata vagantur
B arbaries. patriam repetunt: poſitisq; ſariſſis
R ura ligone colunt, & agros rimantur aratro.
A t quæ pars vrbes & ciuica mœnia captant,
O rnantur plerunque loco: gradibusq; ſecundis
E uecti, ſummis potiuntur honoribus: vt quos
M uneribus, fuerint quæ publica munera, dignos
C eu magis expertos, aut curia iudicat, aut res
I pſa probat. Patriam rarò, generisúe relinquunt

Cognati

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ognati ſedem: neq; turpi more vagantur
E rrones. aliquando tamen fortaſſè coire
E ueniat quoſdam, turmaſq; auxiſſe. ſed hos vel
N on prorſus nullo congeſtos Principe: vel mox
D ilabi videas, patrioſq; petiſſe penates.
Q uod ſi fortè manus ſeſe improba iungat: & hîc nil
S uccedit miſeris. pœna afficiuntur & æquo
S upplicio. curæ eſt, haud quenquam impune vagari,
P ublica qui turbet, placidas vel læſerit vrbes.
H æc mihi propterea non ſunt ita dicta, quòd vllam
I nſecter gentem. nec enim ſeritur, metiturúe
R es mihi: nec rapiant animo hæc quo dicta, morabor.
H oc verè affirmo, ſi ſic geſtam eſſe putabis,
H iſtorijs velut eſt impacta: fuiſſe leueſq;
A tq; animo elatos, incertos, multa ſequentes
P rendenteſq; nihil. qui paſſim tela ferendo,
P errumpunt aliena. nec aucti fœdere fœdus
S eruant: & temerè quò mens fert cæca, vagantur.
Q uin fortes Gotthi, vel habent ceu ſcripta, feroces
A tq; indefeſſi fuerint: cultuq; Deorum
B arbarico magni. Sed enim Conſtantia gentem
Q uamlibet extulerit, pietaſq; haud ficta coronat.
T um neq; militia laudem neq; Marte mereri
T ete poſſe putes, ni ſint ea iuſta. Deorum
I udicio lanx eſt cœlo ſuſpenſa: cui quod
C ongruit, ac æquo ſint æqua ſacomate: iuſta
D ixeris, ac ſarto fugientia iure ſequaris.
Q uæ variant, ſi quid ſapias, nihil eſſe mouenda
A ut tentanda putes. vnum eſt quod celſa probarint
S idera, & euentu cumulant non diſpare: ſi te
L egibus adiungas ſuperis: & talia captes,
Q uæ captare quidem fas ſit, Diuiq; probarint.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Unde nostri Cimbri.

C imbrorum ſedenim ratioq; viæq; modusq;
E t quæ præterea eſt genti fiducia fonte
E x alio cauſaq; venit. leuitatis in illis
E ſt nihil: atq; vltrò non ſeſe à ſedibus agmen
I ſtud agit. Bellis Scythicaq; tyrannide preſſum
P ellitur ex Aſiæ terris, vbi Boſphorus arctat
C immerius pontum, mediaſq; volutat arenas:
E uropamq; petunt: circumq; fluentia magni
O ſtia Dannubij primas ſibi figere ſedes,
E t primos inhibere gradus: ſi forſitan illic
S ecuram ſtatuant erectis mœnibus vrbem.
S ed neq; duranti, neq; ſeſe huc inde ferenti
O cia concedit Scythicus furor. æmula rurſus
G ens ea proturbat Cimbroſq; laceſſit. at iſtud
F ortè etiam mirare, Scythas non tuta cuiquam
L inquere tecta: fugæ cauſam præbere: proculq;
N unc hos, nunc illos patrijs è ſedibus actos
P ellere, & optatam multis violare quietem.
I d verò cur ſit, cauſamq; modumq; docebo.
V aſta equidem eſt Scythiæ regio, lateq; iacentem
T endit humum, ac amplis ſub finibus extima claudit.
Q uicquid enim Tanai, multumq; fluentibus Iſtri
G urgitibus: Boream quà reſpicit iſte, ſed Auſtro
H ic ſeſe obiectat, notijſq; alludit arenis.
Q uicquid & Euxino rutulum tendente ſub ortum,
A tq; Melanchchlenis zephiras prendentibus vrbes,
C ingitur: aucta locis vbi ſe diſtantia munit
Q uadrato, ac laterum ſpacijs æqualibus ambit:
H oc Scythicæ patria eſt antiquaq; manſio genti.
E tſi autem campis tellus patet iſta ſuperbis
N obilibuſq;, tamen ſeritur nihil: & nihil vlli
C ulturæ cedit. non quòd bonitate ſoloq;

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N on præſtet, facileſq; admittat in arua ligones.
S ed vetus hæc genti eſt vel conſuetudo, vel æui
I nſulſi feritas: vt nec ſibi mœnibus vrbes
C onſtituant, nec agris culturam inferre laborent
E t certas habitare domos, propriumúe tueri.
I n plauſtris vitamq; fouent, circumq; ferebant,
D iſparſi: pecorum ſtudijs curæq; vacantes,
D um noua pro gregibus captantq; & paſcua mutant
S olliciti. morum quo vana licentia ritu
V tier hiſce dedit, ſtolidoq; ac diſpare cultu
I nuiſi cunctis, crudeles: lumina captis
Q ui effodiunt probroq; adhibent, genitalia flatu
D um malè ſollicitant, & equabus turgida reddunt
V bera. dum cunctos ſcelerata ac perfida terret
C olluuies hominum: rapiuntq; aliena, nec vſquam
C onſiſtunt firmi pacemúe è iure frequentant.
P auperie ſed enim cùm conflictentur inani,
I nſidijsq; manuque graues ſunt omnibus, & ſe
V icinis inferre ſciunt: quos deniq; bellis
N on miſſo præcone agitant, ſeu ſedibus arcent,
S eu pro more necant. ingenti exercitus æſtu
P eruolat, ac denſa iaculatur ſpicula nube,
I nuoluens turbaque ſolum teliſque liquentem
Ä era: & immani ſternens oppoſta ruina.
N on virtute quidem vincens, ceu Græcia vicit,
C eu Romana hoſtes vicitque vrſitque iuuentus.
S ed cùm ſint multi, celeres, agilique valentes
D exteritate, graues incumbunt hoſtibus: in quos
I gnaros ſeſe infundunt: qui bella priuſquam
T entari fortaſſe ſciant, iam vulnere ſeſe
A tq; cruore peti, famamque in funere cernunt.
S ic pugnant vincuntque Scythæ. Si forſitan illos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T u quoque Marte petas, belloq́ laceſſere tentes:
I am procul in Boream carroſq́ & plauſtra pecuſq́
[redacted]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P enſi etiam ducat peregrinam inuadere terram
E t turbare bonos, Scythiciſq; furoribus actos
S edibus eijcere, & fundis expellere victos,
N on monitos: hæc improbitas, & barbara prorſus
E ſt animi ratio: cui nec ſuperiúe hominesúe
D etulerint. tanta eſt iniuria, tanta maligni
P ectoris, & nullis rabies memoranda Camœnis.
H orum igitur ſtudijs patrias cùm ſæpius vrbes
L inquere Cimmerij, atque aliudq; aliudq; coacti
S int mutare ſolum, tacitoſq; mouere penates:
C onſilium tandem capiunt è tempore: ne quid
H æc diuturna velint diſcrimina ferre: patiq;
I nfidamq; leuemq; manum: quæ funera cunctis
M oliri, & placidis ſatagit dare triſtia rebus.
I ngrata eſt plerunq; bonis vicinia: quæ nil
V el virtutis alit veræ: vel in ocia pacto
M utua conſpirat, ſtudijſq; inſiſtit honeſtis:
V t gratos hominum plauſus virtute mereri
P oſsit, & ex æqua vicinis laude probari.
E rgo vbi Cimmerij tribubus ſuffragia iuſtis
E xquirunt, ſolidè huc ventum eſt: vt cedere tectis,
E t procul inde velint Scythicos vitare furores.
N ec mora, cum raptis ſeſe gens inclyta rebus
A ccingitq; viæ, patrioq; excedit ab orbe
S armaticas ingreſſa plagas: Iſtrumq; fluentem
E t gelidas inter mediam ſe paſsibus Arctos
I nſinuans: donec prætenſos Iſtula fluctus
O bijcit, ac geminas hinc atq; hinc reſpicit vrbes.
H eu damni quantum, quantumq; doloris & alti
I nterdum gemitus, quanta infortunia gignit,
V icinis habitare malis: vbi ſubdola nullo
O fficio capitur, nec mens impura quieſcit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S cilicèt inferni ſoboles Acheronte parente
E dita. cui pretium virtutis ſordet, & atros
E furijs rictus volupe eſt immittere, qua te
L æſerit, ac fato quæ ſint tibi mollia culpet.
N ec tamen id tantùm. ſecuris ocia rumpit,
T ranquillos turbat. cladem quocunq; malumq;
M ouerit artifice: vt fortunæ ſortibus vſum
O pprimat, ac placidum ſtudio ſuggillet inani.
Q uin ſi fortè nihil per ſeſe incommodet: iſtos
E xcitat, occultò tibi qui inſidientur: & illud
Intereà ficto virtutis lumine damnum
P erficiant. at tu ſapias: quodq; eſſe malorum
T u ſtudium noris, ne noueris eſſe, parumper
D iſsimules: & ferre ſcias, ſi vincere certes.
A ſt vbi ſe tacito ſperata occaſio rerum
O fferat, ac triſti liceat diſcedere tecto:
T olle moram, ſemper nocuit differre paratis:
E t quocunque ferat cœlum & fortuna, ſequare.
S emper enim quo te gremio comprendat euntem
E t tueatur, habet magni Pater orbis: in illum
S pes tibi firma Deum velut inclinata recumbat.
C ætera fortunæ tibi ſint commiſſa: locumq;
I uppiter oſtendet, quo tete in proſpera mittat.

C immerijs igitur res eſt ita geſta. profecti
C ùm patrium liquere ſolum, rectà arua petebant
S armatica. ac vbi nunc robuſta Polonia campos
T endit, & ad celebres dirimit confinia Pruſſos:
H aciter explebant, Plotiæq; ad littora ducunt.
T um ratibus fluuium ſuperant. mox Balthica ſpectant
Æ quora. progreſsiq; nihil vel lædere quenquam,
V el turbare. iter eſt coniunctis omnibus vnum,

Vna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V na fides: animusq; aliqua regione morari
Q uam fortuna daret cœlumq; & Numina monſtrent.
H actenus at Ponto cùm gens vicina fuiſſet:
E t lucrum ſciret quod gignunt æquora, noſtro
D electata mari circumſpicit: hacne quietem
O ptatam tellure petat? cum protinus huc ſe
I mmittunt: notijs vbi Cherſoneſus ab oris
P romouet in Boream duplicataq; littora pandit.
H uc ingreſſi igitur regnumq; locoq; vetuſtum
N omen, & ingenua Cimbros è ſtirpe relinquunt.
Q uanquam autem dubijs ſententia vera ſub vmbris
F luctuet, ac varijs lateat ceu merſa tenebris,
M ultipliciq; via torqueri ad friuola poſſit:
C eu fit, vbi haud liquido ſpectantur Sole remotis
S parſa locis: oculoq; infert ſe plurima noſtro
E ffigies, quæ obſcura ferens ad lumina formas,
N unc hoc nunc illud voce haud conſtante meretur
D icier: atque quod eſt, vix vnus & alter inani
C eu coniectura, & varia ſub imagine prendit.
S ic mihi de Cimbris (poſtquam argumenta ſuperſint
I ntegra nulla, quibus quæ res ſit vera probaris,)
C enſendum fortaſſe ſiet: cùm prorſus ineptè
D icier iſta negem: Veniſſe huc denique, quo res
M edorum verſa eſt Cyro ſub principe: cuius
I ntulit in Perſas ſolidum clementia regnum.
T ùm Lydos Crœſus dominatu exercuit. at res
S eruius Auſonias ornatus pace gubernat
D ilatatq; vrbem. Iudæis annus in annos
E xit, & aſpirant vetera ad ſua rura reuerti.
A tque hoc iſta modo cùm ſint mihi dicta, quieſcant.
    D ania fluctiſono quæ ſcinditur æquore multas
I nterea terras & plurima littora Ponto

Occupat

O ccupat ac medio dirimit portoria fluctu.
N on autem ratio terrarum eſt vna: nec vna
F orma ſolo, mores veluti non prorſus ijdem,
N on animi ſtudium, non æui robur: & acri
N on vna ingenio faciliúe induſtria vitæ.
H is aliudq́; aliudq́; placet, cùm diſplicet iſtis
P rorſus idem. variant menſæq́; cibiq́; habitusq́;
E t modus, aut ferclis pretium quo induxeris: aut te
V eſtibus exornes. at ineſt & honeſta voluntas
O mnibus: & vera tete virtute mereri
C onantur, lætisq́; ferunt tibi pocula dextris.
M oribus eſt aliquid dandum, quocunque venires
T errarura, & latè populorum iura ſequaris.
O mnibus haud eadem vel conſuetudo, vel orbis
C onditio ſuaſit. cumq́; has nunc iſta per vrbes
E ſſe recepta vident: alijs nunc illa ſub oris
N equicquam patrio cernunt è more probari.
C ecropidæ flauum: nigrum acceptare Lacones:
Æ gyptus ſalſis, Italiq́; recentibus vſi
E uariant. Iſti piſces, hij denique carnes
P rætulerint: crudis alij, ſed cætera coctis
G ens delectatur. iam lac, iam vina prementem
E xpleuēre ſitim, lymphæúe bibentibus arcent.
P oſtremò his ſimplex tantùm placet vſus: at iſtis
L autior arriſit cœnæ modus. omnibus vnum
I d ſtudium eſt, patria nil conſuetudine maius
D ucere, & hac cunctis demum virtute referri.
N on cunctis dat cuncta Deus. ſunt vina Falernis, conf. Virg. Georg. lib. p. m. 54. 55.
S unt Dano fruges: tum fœta Polonia tauros
M ittit, & in tenues ſe promouet Anglia lanas.
H eſperijs Oleum eſt. at pinguia noſtra butyro
L uxuriant. alibi veniunt fœlicius vuæ,

Vngari-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V ngaricisq; manu fodiunt è montibus aurum.
D ij, quo diuerſis prouiſum eſt gentibus vſu
N aturæq; bono? cum nulla habet omnia tellus,
I ungimur hoc rerum defectu: & fœdera cauſat
P auperies: cùm quæ noſtris hîc vſibus abſint,
I nde petenda ſient. rerum commercia terras
A diungunt terris: & copulat vrbibus vrbes,
C um peregrina capis, cum tute domeſtica reddis.
Intereà patrios hominum tolerare patiq;
E t mores perferre decet. nihil vſus habebit
I ngrati, ſi tu, cùm ſis bonus, omnia dextrè
Æ ccipere, & populis ita condeſcendere poſsis:
V t tibi quæ cupias, eadem præſtaris & illis.
E t tamen hoc totum non vna eſt Inſula regnum:
N ec lauat Oceanus diuulſas vndique partes,
Æ mbituq; terit. geminis ceu nexibus orbi
Æ ſſeritur firmo, & iunctis radicibus exit.
Q uod qua re fiat paucis, aduerte, monebo.
S candia quæ magni eſt ſobolesq; & plurima mundi
P ortio, non vni, cùm ſit vaſtiſsima, paret
A ut ſe ſubdit hero. triplici ceu iure, pariq;
P enè etiam ſpacio diuiſa eſt Regibus. etſi
P riſca tamen plures ceu fama eſt, ſecla Tyrannos
H îc regnaſſe ferant: paruis mortalia regnis
C ùm contenta forent, nec ſe violentia tanto
O brueret ſcelere, & diro fas ſterneret auſu.
B iarmia, Botnenſes, Helſingiaq; aſpera, Lappi,
E t quæ prætereà eſt Arcto gens ſubdita, Reges
P oſſedêre ſuos: varijsq; tumultibus acti
M utua vulneribus cumulabant vulnera: cum vel
E nſe laceſſentes turbant vicina: vel inde
P rædatum ſubigunt finesq; inuadere certant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Et populari vrbes, clademq; inducere bellis.
Heu quantum eſt actum ſtragis, quantoq; cruore
Penſatur raptus. quid enim? plerunque puellas
Propter, & inductam peregrina in fœdera ſponſam,
Materies bello creuit: cum forſitan vni
Deſponſa, alterius tamen arſerit igne: cui ſe
Aut raptu certè, aut patria nece iungier optat:
Ingratos ne quid thalamos inuita ſequatur.
Tali igitur cauſa, aut multum leuiore ſubinde
Bella cruenta legis. glaciem ſuper arma viroſq;
Expediunt, pugniſq; gemit reſonabilis æther,
Et fragor & triſtis complet caua nubila planctus.
Hæ Sueco gentes etiam ceſſere. Proinde
Huic terræ maior iam portio militat. inde
Nortuagijs eſt terra plagis, quæ ſubdita Regi
Antiquas poſſedit opes: interq; fluentis
Oceani ripas hinc atq; hinc ardua vaſtos
Diuidit anfractus: vbi Promontoria longis
Rupibus excurrunt: aut ſeſe rurſus in arctum
Contrahit ac limes varios aſtringit hiatus.
Aſpera terra quidem eſt, ſed multis obuia rerum
Diuitijs: vno fœlix, ſi Rege fruatur
Qui multum accedat, præſenſq; ea commoda ſpectet:
Quæ proprio veniant Regi vel certa: vel ipſos
Promoueant ciues, vel agant in lucra colonos.
Terra antiqua viris, fidei & conſtantis honeſto
Vſu: quos inter virtutis prima vigebant
Semina: quo virtus mortalia tempore facta
Rexit, & antiquos inter lex ſtabat honores.
Hoc equidem nihil externo ſe limite regnum
Confundit: nihil affectat: Nortuegia certis
Clauditur, & patrias incingit finibus vrbes.

E querno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E querno veluti formamq́ & littora ducens
E xcurrit folio. Sueonum, baſis exit in oras,
C uſpis habet gelidi circumflua littora ponti
H eſperiosq́ petit, quà Lindeſneſia ſeſe
R oſtra mari immittunt, lateq́ per æquora regnant.
C ætera pars, vſu quæ pars eſt optima, Dano
C eſsit. is acceptam veteri pro iure tuetur
D efenſamq́ colit: triplici quæ nomine ſeſe
V enditat, ac multo ſtipat ſibi commoda fructu.
S cania prima quidem eſt rerum vbertate bonarum,
E t populi ſtudijs, ſegetum & prouentibus. inde
S unt Hallandenſes: priſcis vbi clara fuerunt
O ppida temporibus: vel adhuc fortaſsè fuiſſent,
S i nihil hoſtiles turbaſſent mœnia curſus
O ppreſſaſúe etiam ſtrauiſſent fraudibus vrbes.
S anè ego Vardburgum portuq́ ac gente vetuſtæ
D iuitijsq́ etiam, ac populorum moribus inter
P ræcipuas Europæ vrbes numeraro: quibus res
P ublica concinnè eſt vel legibus aucta, vel vſu
C ommendata bonis. vbi formæ multa venuſtas
E t grati mores, & honeſtæ plurima vitæ
G loria, fœmineos auxiſſe feruntur honores:
E t laudem cumulaſſe. tamen nihil iſta morantur
I mpediuntúe manus Sueonum. Vi mœnia latè
C um quatit, haud etiam vi mœnia deijcit. vt Mars
F eruet adhuc, dubioq́ errat victoria greſſu,
Q uorundam tutela labat: quibus vna miniſtris
C redita porta fuit: (ſic paſsim fama ferebat
P ublica.) & hàc rerum facta inclinatio ſtragem
I ntulit, ac hoſtes mediam mittuntur in vrbem.
E t quanquam irato ſatis eſt nihil: attamen hîc ſe
H umanum Suecus: (nec enim benè facta, malignè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O btrectare meum eſt,) hoſtem præſtare: iubetq;
M atronis parci, parcitq; augetq; puellis
E ffugium, & prohibet violari milite. quas cùm
S eruarint, gentem certè laudauero: cuius
S it virtus ſero nihil inficienda nepoti.
V ltima de noſtris llupereſt Blekingia, pingui
F ertilis aruina: qua ſeſe paſcua læto
G ramine perfundunt, gregibusq; aptiſsima præſtant
P abula, & haud macros reddunt in præmia Tauros.
C ætera Scanenſi ſimilisq; ac plurima regno
Æ mula, ſed melior fortaſsis portubus. vna,
V na recens cladem Sueco quæ ex hoſte luebat,
I ncenſis latè pagis, atq; vrbe vetuſta
R odnitio excisa penitus, verſoq; perinde
L yckouio. ſedenim pax eſt pulcherrima rerum
Q uas homini nouiſſe datum eſt. Si publica ſcirent
T riſtia mortales, quæ motis attrahit armis
S ulticia, & miſeris condit ſubeunda colonis:
F ortaſsis ſtudio pacem maiore pararent:
E t minus atroci flagrarent culmina bello.
S ortibus at cæcis agimur: bellumq; putamus
S ic ſucceſſurum, velut hoc ſub imagine læti
P ingimus, ac nullis includimus arma tenebris.
C onſilijs etiam multorum impellimur: vt quæ
T uta ſient, tutis liceat nihil vtier. inde eſt
V t quæ damna quidem fuerint, non damna putamus:
I ſta futura tamen. ludit mens cæca, ſibiq;
B landitur: donec iacto fiducia talo
C onſtat, & in damnum poſitis res ſortibus exit.
P òſt ſapimus. Sedenim rigido velut impigra Sueco,
S eq; ſuosq; etiam connectit Scania fines
H aud vſquam diuulſa loco: ſic Cimbrica ſeſe

Cherſone-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C herſoneſus aquas inter porrecta marinas,
E magna profert Germania: humumq́; baſimq́;
S axonicis iungit populis, & finibus hæret
C ontinuis: vbi nunc Albim Vageneſia fronte
P roſpicit, ac ſolido ſubſtrictum copulat Iſthmum.
H æc eſt Imperij pars prima ac optima noſtri,
I nclyta Cimbrorum ſedes: gens libera, quantum
N unc libertatem, mundi ſub fine tueri
E t retinere poteſt. notum eſt iam vertier orbis
S cenam: ac nunc alio delabi ſecula curſu
Q uàm pridem: egregio cum ſtabant cuncta vigore,
V irtutumq́; fuit ratioq́; & cura Tyrannis.
L anguet vbique quod eſt rectum: iuriſq́; ſeneſcit
G loria primæui, creſcitq́; moleſtia regnis
E t populis: parili cum ſeſe iniuria lance
V indicat, ac duplici redeunt impendia damno.
H æc orbi eſt toti facies iam verſa, ruinam
Q uæ præit, ac lapſo minitatur dura theatro.
V t nihil hîc mirum fuerit, ſi forſitan hiſce
G ens etiam humani quiddam patiatur in oris,
F ortunæq́; malum communi ex fœdere guſtet.
N on vitæ ratio eſt eadem, quæ ætate parentum
M aiorumq́; fuit. ſtudio peccatur & vſu
M ultiplici, creſcitq́; malis fiducia: qua quæ
A rriſere animis nullo prohibente ſequantur.
V tq́; etiam prohibere velis, nihil egeris. æui
C onditio eſt noſtri, nihil vt ſe lege teneri,
A ut monitis opus eſſe putet. delinquitur ergo
I mpune: & ſcelerum vitæq́; licentia pœnas
A ttrahit, ac meritis auget cruciatibus ignes.
A ut quis bellorum clades, quisúe annua diræ
I ncrementa famis, peſteſq́; aut frigora narret,

I nſolitosúe ferat breuia in compendia morbos?
O mnia temporibus numeriſq́; exempta vetuſtis
L ibera damna ruunt. ſæuit Mars enſe luemq́;
P eſtiferam Phœbus, peſtiq́; accommoda ſpargit
T empora, & immani graſſatur feruidus igne.
T ùm quæ futilitas linguæ eſt? mendacia, fucus,
A tque impoſturæ, rectiq́; calumnia, diræ,
F urta, doli, fraudes, periuria, raptus: & illa
O mnis origo mali, & ſcelerum ſentina parensq́;
E brietas: qua nil miſerando triſtius orbi
I rati afflarunt ſuperi: ſeu labe nefanda
A ſperſos cernas euerſaq́; pectora, mores:
S eu vitæ noxam, & ſubeuntia crimina damnes.
Q uid ſpretos memorem Diuos? quid inhoſpita dicam
P ectora? iam veræ cultus pietatis, & illa
A ntiquis laudata fides, dilectio, candor
E xceſſere animis hominum: retroq́; feruntur
L apſa, nec è priſco virtus nitet amplius auro.
F errea ſuccedunt, atque effera crimina. nullo
P enè Magiſtratum dignamur honore. viciſsim
I lle ſuos odio inſequitur. ſunt ciuibus artes,
E t ſunt Agricolis: magno quibus vtraque damno
P ars ſeſe affligat. iam qui fortaſſe paterna
N obilitate tument, opibusq́; excellere certant
E t præſtare loco, qua ſe ratione quibusq́;
C onſilijs produnt? res eſt non merſa tenebris,
N on obſcura. ſuos turba hæc premit, æmula magni
N ominis: vtcunque haud quæ nomine digna, ſequatur,
I ncertumq́; adeò qua conſtet origine linquat.
F allere, mentiri, iurare, profundere, poclis
F eruere: & ob leporem totas confundere porcas,
F lorenteſq́; etiam ſegetes, Cereremq́; beatam

Obtere-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bterere, & lætas canibus proſternere ariſtas.
D enique quis luxum culpet ſatis? omnia tantis
R egna malis oppreſſa vides. moderatio ceſſit
O mnis, & his ſtudijs ſubnixa licentia regnat.
H os igitur cum faſciculos compingimus, enſes
L imat & arma Deus: quibus hanc diſſoluere molem
P oſſit, & in lucem reuolutas pñadere merces:
V t pretium pœnis, & pœnas mercibus æquet.
H inc igitur toti ſunt infortunia mundo,
S unt cædes, belliq; metus., violentia, rixæ,
A n̄xietas, preſſura, dolor, qua Iuppiter vrna
I ntingit gladios, hominumq; in viſcera mergit.
N am non ſimplicibus veniunt mala paſſibus. enſi
A nxietas iuncta eſt: quæ quanquam haud enſe perires,
I lla tamen ſola eſt vel maxima pœna: nihilq;
H ac maius cœlum vindictæ in præmia mittit.
P oſt quam igitur ſceleri pœna eſt æquata ſuisq;
O mnia regna gemunt immerſa tumultibus: haud tu
M irére, & noſtris ſua tandem vulnera terris
D ucier, ac meritas delicto exiſtere ſortes.
E t tamen vt nunc eſt fortunæ captus, honeſtè
D egimus: atque aliqua eſt libertas gentibus, his quæ
E veteri ſedem retinent & nomina Cimbro. Cimbrorum laus.
Q uin aliud penè eſt vitæ genus. vtq; benigni
C iuilesq; adeò mores ceu floribus ornant
P ræcipuis: aliud populis ita robur, & audax
I n gladios animus: & ſpes non fracta, quouſque
S pes ſupereſſe poteſt. certant benè velle, ſimulq;
E t facere, his noſtras peregrè qui forſan ad vrbes
A ccedunt. nulli officium neque tecta negarint:
N ec duram ſeſe gens hæc venientibus offert.
M enſis oppiparè vtuntur. Cereuiſia nuſquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Conficitur melius. panem dant eſſe nitentem
Et mundum: ac pleno diſpenſant fercula diſco.
Veſtibus at populo cura eſt & ſplendor, eoq;
Exſuperat. non quo regni plebs cætera more
Quoq; habitu plerunque rudi, minimumq; polito
Spectatur: ſed enim pretioq; & deniq; forma
Longè alia: cui ſumptus ineſt, cui grata venuſtas
Neſcio quid laudis tacitæ parit. haud tamen iſtud
Vrbibus eſt ſolis ſtudium. res ornat opimos
Vna etiam Agricolas: vſuq; ita temperat, vt ſit
His ſua mundicies, & honeſtæ plurima veſtis
Gratia. iam vultus hominum pulcherrima certè
Corpora, & egregijs æquata ſub artubus: vt quæ
Harmonico excellant inter vicina decoro
Et ſpecie vincant, non promptum eſt dicere. quid ſi
Virgineas etiam formas, & ſumma puellis
Ornamenta, oculos ſanè caſtosq; pudicosq;
Et ſua fœmineis encomia cœtibus addam?
Colloquijs certè & lepidis narratibus omne
Abſtulerint punctum. nihil his formoſius, aut quod
Maiore excellat rerum ſolertia. honeſti
Affatus, dictisq; fides, & ſedula curis
Dextera, iam pridem gratas has eſſe puellas
Optandasq; dabat. præſtant aliæq; alijsq;
Vt tamen eſt captus, videas ſtuduiſſe decori
Omnes, & patria laudem virtute mereri.
At verò Agricolas quæ induſtria promouet, ipſa
Re conſtat: iuſto redeunt quibus annua fructu
Semina, & æquato perſtant impendia lucro.
Quin terræ mira eſt ſiue indulgentia, ſiue
Fertilitas. nuſquam eſt armentis maior alendis
Commoditas: ita vel ſyluæ, vel paſcua totum

Plena

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P lena ſolum velant: pingueſq; leueſq; Myricas
E ximio bobus paſtuq; ac fœnore ſpargunt.
H îc caper, hîc tauri pernixq; vagatur equinum
E t ſolenne pecus. quid Ceruos, quiduè ſalaces
G allinas memorem? ſunt hæc loca plena ferarum
D iuerſiq; gregis: quibus hæc ſunt paſcua multo
L æta vſu, plenoq; fluunt tibi cymbia lacte.
H æc tibi terra boues nutritq;, & multa quotannis
M illia trans Albim, Rheniq; ad flumina mittit.
Q uos ſimul in Tungros, Batauoſq; acreſq; Sicambros,
I n Phriſos, Geldroſq; atq; amplas mœnibus vrbes,
E t Celtas Flandroſq;, & in oppida clara proculq;
D iſsita transductos, precijſq; inſcribit & aucto
M ercator lucro rutulumq; exponit in aurum.
N ec minor eſt pecori cura & prouentus equino:
Q uam Cherſoneſi gregibuſq; & robore lætam
P ræcipuo ſobolem latè partitur agaſo:
E t varios circum populos cum diſtrahit, auro
I nfercit loculos augetq; ex ære crumenam.
G ermanis ſiquidem Galliſq; probarier hoſce
E fficit vſus equos: celeri quòd plurima curſu
E xpediant ſpacia: atque agili plerunque rotatu
P areat in frænos, animoq; excellat, & omnem
P ertulerit, deſint niſi pabula iuſta, laborem
I dq; diu: quin curando ſi ritè fouetur,
I n decimum geminet firmis ſe viribus annum:
E t nihil à priſco cedat depreſsior vſu.
P oſtremò, portus atque oppida culta ſuiſq;
F luminibus quis iuncta canat? planè arbitror vna
H ac Cherſoneſum multas re vincere terras
E t gentes ſuperare. velut ſeſe Italis ora
P romouet, extremis & terram mœnibus ambit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H inc atque hinc, geminoq́; vrbes è littore pandit:
C imbrica non aliter partitis oppida ripis
A mplexa eſt tellus: vbi penè æqualibus altæ
S e ſpacijs turres certoq́; è limite ſpectant.
H eſperio maior lateri eſt diſtantia: at Ortum
Q ua videt, ac primo ſubdit caua littora Soli,
S ic iter æquauit ſpacijs natura diurnis:
V t tibi diſtantes miliaria quatuor vrbes
I ungant, ac parili venias ad mœnia greſſu.
H æc eſt commoditas inſignis. at omnibus iſtud
A ccedit, Ponto quòd ſint vicina: ſimulq́;
L abentem iuxta fluuium, piſcesq́; ferentem
E t ſeſe diti voluentem gurgite cernant.
H æc illa eſt Cimbro tellus decreta Deorum
L egibus: Euxinis cùm fortè profectus ab oris
A ppulit huc, patriasq́; plagas Scythicosq́; furores
L iquit, ab iniuſti turbatus acumine belli.
E rgo vbi progreſſus vicina hæc littora ponto
O ccupat, ingreditur terram, quæ bracchij ad inſtar
E magna pendet Germania: & hiſce redundat
P enè etiam, vitæ quibus eſt opus. arua colono
P arent, ac decuplam reddunt pia ſemina meſſem.
V t venêre igitur, quingentos amplius annos
E xercentq́; ſolum, varijsq́; laboribus æuo
P roſpiciunt. nunc rura manu domitoq́; iuuenco
S ubijciunt: nunc regna nouis Neptunia paſſim
R etibus explorant. Nunc denique mœnia condunt
A mplificantq́;, & opes pecorum prouentibus augent.
S iue autem terras coluit gens vlla iacentes
H aſce prius: ſeu non aliquo proſciſſa colono
H orruit, ac grauibus ſquallebat ſentibus: iſtud
H aud certò affirmem: niſi quòd fortaſſe putarim

Hactenus Cimbricæ laus.

Magno-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M agnoperè haud cultam. aut ſi quid fortaſſe fuiſſet
C ulta: tamen clari nihil hanc habuiſſe, nec vlli
S ubiectam, ſibi quæ firmaſſet prædia genti.
V nica res illis curæ fuit: omnibus altam
C um populis pacem, & communia iura tueri:
T ranquilloſq; habitare lares, atque ocia quouis
S ectari officio, & manifeſto fœdere niti.
H aud equidem turbis, nec inani claſſico & armis
G otthorum ſeſe gens hæc eſt paſſa moueri,
I mpelliue leuem: temerè vt violenta quietem
R umpat, & emotos turbet ſcelerata penates.
M ulti autem velut automata impelluntur, & eſſe
N on ſine clade queunt, motuq; agitantur inani.
C umq; foris nihil eſt quod turbent Marte, profectò
S ollicitant proprios ad iurgia dura Nepotes:
V iciniſq; nocent, pacemq; è finibus arcent.
A t nihil iſta quidem Cimbros res tetra mouebat,
Q ui pacem rixis, qui bellis ocia longè
A nteferunt, temereq; nihil ſe in iurgia miſcent:
N ec cauſas è fraude petunt, vt certa reſcindant
F œdera: & obductum reuocent in vulnera callum.
I pſa ſuis gens æqua inſtat, partaq; quiete
G audet, & è veteri ſapienter more gubernat
T antiſper, Regem ſibi dum creat: omnibus vnus
Q ui præſit populis, nullaq; Tyrannide regnet.
V tq; diu res eſt communi expenſa bilance
C onſilioq; graui: patriæ quem rebus & armis
P ræficerent: equidem ſocias adiungere dextras
C um Danis ſtatuunt: communemq; eſſe Monarcham
H iſq; ſibiq; volunt: genti qui iura miniſtret
S edulus, atque æqua diſpenſet iuſta bilance.
S ic multos vno populos coaleſcere nexu.

Iterum laus Cimbrorum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F ata dabant, vniq; vides parere Tyranno.
H inc Regnum creuit iunctis è gentibus. aſt quo
T empore, quo Dano tandem ſub principe geſta
I ſta putem: niſi quòd me coniectura Poëtam
D iſtrahat, ac dubijs conturbet ſeria rebus:
H aud definitis me dicere poſſe tabellis
C onfiteor. premit antiquos obſcura Monarchas
F ama, nec è liquido ſpectant nos priſca relatu.
M iſſa ſed hæc faciam. neque enim mihi cuncta neceſſe eſt
A d viuum reſecare: vetusq; ita pandere gentis
I nijcium, ac varias in carmina mittere voces.
Q uæ ſunt vera ſequar: quantumq; annalibus orbis
E ruta proponi ac numerari ex ordine poſſint:
H æc dicam. non me fabellis ducier, aut re
P erplexaq; leuiq; capi ſtudioſa loquatur
P oſteritas: vani damno mendacia vulgi,
E t fictis nihil accedunt mihi pectora rebus.
S icut at Auſonijs populoq; excelſa Quirino (Italia)
O mnia debemus: quorum ſolertia lucem
I ntulit Europæ, pulſisq; ex orbe tenebris
C iuiles docuit præferre palatia mores:
S ic rerum monumenta etiam, & quæ geſta quibusq;
T emporibus fuerint, Latij quo principe Regni,
Q uoq; adeò euentu: quo denique iure, quibusve
A uxilijs: & quo magnos diſcrimine motus
B arbara tentarunt placidis infundere regnis, (Rerum gestarum cognitio ex Romanis.)
D ixerunt. Roma certè fortuna magiſtro
C onſtat, & ad ſeros venit delata nepotes.
Q uæ ſi ſola quidem ſcripto abſtinuiſſet, vt armis
A bſtinuit: niſi cum pacem violata tuendo
F irmat, & obtruſi pellit fera robora belli:
M ulta equidem nobis nihil explorata, laterent

Prorſus,

P rorſus, & inductis veluti ſubmerſa tenebris
D eficerent. neq; enim qui res geſſere grauesq́;
E ximiaſq́;, etiam rerum monumenta ſtyloq́;
A rtificiq́; manu & ſacris digeſta Camœnis
E xpediunt: dubiæ mandarunt publica famæ,
E t quæ facta forent vulgi ſermonibus abdunt.
Q uisue Auares, Gotthosq́; feros, quis Vandala gentis
A ſpera bella, quis immanem ſub cædibus Hunnum
S ciret, ab Auſonijs ſi non ſeruata venirent
I n noſtras tam priſca manus. gens Itala rerum
M agnarum, vt ſtudioſa fuit, ſemperq́; futura eſt:
S ic quæ geſta ſient Latijs complexa Camœnis
S eruat, & interitu diſtrictos liberat enſes.
R omanis igitur narrantibus inclyta rerum
C ognitio emergit præclaraq́; facta, ſimulq́;
E t tempus, populiq́; manus ac prælia conſtant.
C ætera barbaries ſic occupat: vt ſua quamuis
V el multi documenta ferant, vel tradita narrent:
N il tamen eſt certi, nil quæ fortaſſe ſequare
T utus, & in ſeros mittas credenda nepotes.
P ræcipuè ſpectas ſi quæ iam fabula gentes
E rrantes canit: vt nullos ſibi turba relinquit
F irma gradus: ſed ſemper agens ſemperq́; penates
M utans incertis complet populatibus orbem.
H æc quantum vires Latio collidere certat
I mperio, tantum nota eſt: tantumq́; reponit
C erti aliquid, quod quis verè affirmauerit eſſe
S ic geſtum. Si quæ diuerſo ſcripta relatu
I n vulgus manant, ſic parta habeantur, vt eſſe
P lurima ficta putes. Sola eſt Eccleſia veras
Q uæ rerum formas, & nil dubitabile narrat.
D e Græcis nihil hîc addo. plerunque vetuſtas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M endacem dixit. Sed non eſt Græcia mendax
T ota: nec è cæcis digeſta relatibus auget,
I ncertasúe trahit monumenta in publica famas.
M ulta illis ſunt certa. at rurſus multa labaſcunt
N on conſtante fide. corrupit fabula verum:
E t nihil explorata, velut rectiſſima pandit.
E t tamen inſiſtit fictis narratio. falſis
F alſa ſtruit: dubioq́; lacus è fonte profundit.
H as multi cauſas, atq; hæc exordia nacti,
M irum, quas gentes, quas ſedes quæque retexunt
C limata, & errando tranſlata mapalia narrant.
D e quibus hac pridem multos ratione locutos
E ſſe putes: multò vt ſis nunc incertior, ac cùm
N il ſolos præter ſcirent mortalia fontes.
S ed tamen in medium nos iſta relinquimus. eſſet
S anè operæpretium conſtringi Barbara multis
P ectora: & hos laudis ſtimulos ſubuerſaq́; cæci
P ondera iudicij, mentisq́; exoſa ſuperbæ
A rgumenta graui quaſſata includere neruo,
V t ſaperent: rebusq́; adeò circumdare metas
S cirent, atq; intra fortunam ſceptra locarent.
A ſt latè factus veri eſt exceſſus. honeſta
G loria, quæ dubijs non fingit nomina rebus:
N ec quæ pertineant nihil ad tua iura, ſequatur.
I ntereà Cimbris genus & ſua plurima creſcit
A ugeturq́; etiam ſoboles: terramq́; colendo
E xercet ſubigitq́; ſolum, pariterq́; iuuencos
E domat, ac preſſo fruges molitur aratro:
C um nouus ingenium ſubitò calor occupat: has vt
C ontinuò ſedes, patrijq́; palatia regni
M utent, ac alio motos transferre penates
I ncipiant: toto migrent ſeu germine, ſeu pars

Altera Cimbrorum migratio post annos quingentos.

Sub-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ubſiſtat, ſeruetq́; domos, longeq́; profectos
O pperiatur, & hac paulùm tellure quieſcat:
C ompoſitis agmen donec ſibi rebus honeſtè
C onſulat, ac alio mox tectum figat in orbe.
E tſi autem tanti ſeceſſus fida vetuſtas
N unc has, nunc illas diuerſo ex ordine cauſas
A ſſerat: haud certo rerum tamen omnia pandit
I ndicio monemta: nec hanc quæ vera fuiſſet,
E xpreſſere: graui quamuis ſententia dicto
E dita ſit, famam ſeros quæ miſit in annos.
N am quòd ab Oceano latè increſcente coactos
E ſſe ferunt, patrijs vt ſeſe è ſedibus vltro
E xigerent: vertantq́; ſolum, & iam ſueta relinquant
H oſpitia, haud veros diducta eſt fama per orſus,
E t nihil artis habet. quid enim? liquiſſe penates,
Q uos iam quingentos hæc gens poſſederat annos,
Æ ſtubus Oceani lymphiſq́; tumentibus altè
P erculſam? ac ſi iam miſeris nouus eſſet ab vndis
T error, & inſolito luxata domeſtica pulſu
C orruerent, cauſaſq́; nouas in funera ferrent.
N on ita vicini ſunt nota pericula ponti
A tq; procellarum fremitus, æſtuſq́; tumeſcens
I mpellenſq́; miniſq́; etiam atq; horroribus altas
C oncutiens ripas obuerſaq́; lumina terrens:
V t poſt annorum longiſſima ſecula, primùm
I am ſeſe oſtendat fremebundos accola fluctus
P ermetuiſſe: mariſq́; adeò incrementa peroſus
D eſerat exculti fundum laris: actaq́; pridem
D amnet, & aſſuetos cupiat liquiſſe penates.
N on ea, non hominum fuit horum vera meandi
C auſa aliò. iuuet altius ire, ipſiſq́; petitam
E rebus cauſam noſtris inferre Camœnis:

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t nihil incertos maiorum huc voluere luſus.
P rimùm igitur verum eſſe putes: quòd rura volente
C imbrica ſint electa animo: qua ſede quieſcant
I ntereà patrijs dum extorres finibus inde
H uc ſua Cimmerij tranſlata mapalia cogunt.
A duectis forma imperij ſic conſtitit: vt res
A rbitrijs ſemper meliorum tradita gratæ
P roxima virtuti factisq; decentibus eſſet.
Q uo quàm iure diu & patrijs ſunt moribus vſi,
F œlices vitam fama eſt egiſſe: nec vnquam
E xterni ſenſiſſe iugum domitoris, & armis
C onceßiſſe hoſti. Quæ multo parta labore,
S olertiq; manu quæſita vſuq; fuiſſent:
F ortiter hæc magnisq; etiam retinenda putarint
V iribus, & pacem præferre tumultibus. aſt cùm
S eſe adiunxiſſent Danorum in fœdera, planè
S axonicis compulſi armis, iniuria & acri
V icinorum odio, qui vel prærepta dolebant
R ura prius: vel nunc ſperatas creſcere Cimbris
D iuitias, ægrè & ſubacerba mente ferebant:
M ox vnde auxilium rebus ſperare: ruinas
E xperiuntur. habent fatales culmina lapſus: γνώμη.
E t quæ firma diu fuerant, conuerſa ſubinde
Cauſa migrationis E t motus ſentire graues, & vulnera cernis.
S axonicas etenim quamuis virtute relidunt
D eijciuntq; manus: ſeq; & ſua iura tuentur,
F œderibusq; valent inimicaq; tela repellunt:
E x alio velut orbe tamen ſenſere malignæ
T riſtia fortunæ, rerumq; pericula plorant.
Q ui libertatem ſpe lucri diuite vendunt,
C ùm ſiet euentus non certò cognitus: ipſo
D eſipiunt vſu, ſeq; ob noua fœdera fallunt

Præcipites.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Præcipites. Ceu res etiam hæc euenit, vt auſus
Saxonicis fregêre viris & dura repellunt
Agmina: continuò ſocias in bella Phalanges
Gotthica miſerunt: cùm Rex ea Danicus arma
Expediat, factus fortaſſe ſuperbior iſto
Acceſſu: deinceps vti quòd milite Cimbro
Poſſet, & hæc patriæ nunc iungeret arma coronæ.
Siue odij veteris furor atque ſuperbia Sueco
Mouerit ingenij bilem: cum ſceptra peroſus
Danica, perpetuo vexanda ea Marte putarit
Culmina: & immiſsis has eſſe pauoribus vrbes
Terrendas. adeò doluit, ſemperq; dolebit
Fortia cum Danis veniſſe in fœdera Cimbros.
Quin verò antiquum Gotthis Scythicæq; iuuenta
In Cimbros odium eſt. res priſcis nota minores
Admonet, ac ſtudijs comperta recentibus ardet.
Tum maiora odij creuêre incendia: donec
Huc res pertracta eſt animi feruoribus: vt nil
Fraternum prorſus vicina ea regna tueri
Aut ſapuiſſe queant. Stultè ſibi mutua fingunt
Prælia, & occultis inducunt funera cauſis.
Intereà Cimbros animi cruciatus & ingens
Percellit dolor: hæc in ſe quòd crebra viderent
Arma agier, cùm quod cæco gens vtraque motu
Digerit in flammas atque in diſpendia mittit:
Cimbrorum plerunque manu, plerunque periclis
Conficier: quanq; hoc Sueones conamine telam
Ordiri videas, noſtris pertexier armis
Accidat, ac multo Cimbrorum funere tolli.
Forſitan aduerſa nonnunquam & parte moleſtam
Saxo manum afflictos Cimbrorum obiecit in enſes,
Hac vſus cauſa: quod vel procul ædibus eſſet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

G ens ea: vel triſti rem geſtam fama Gradiuo
S pargeret, ac Sueticis ceſſiſſe tripudia regnis.
H îc etenim ſibi nil reliqui feciſſe ſuperbos
S axones, ad ſubitos in Cimbrica prædia motus:
V t prædas agere, & miſeris illudere poſſent
R elliquijs: mæſtasq́ domos & culmina turbent.
H æc eſt quæ Cimbros manifeſta iniuria mouit,
V t mutare ſolum terrasq́ relinquere certent,
Q uas dudum inuaſere, dijs monſtrantibus. illos
H aud æſtus maris, haud ſteriles in ſemina campi
F regerunt: nihil vt ſibi pòſt retinenda putarint
R ura, quibus pridem mœſti aſſueuêre coloni:
E t procul adductos fato immerſere penates.
E rgo vbi conſilijs res eſt firmata: valentem
I udicio legere virum: cui protinus agmen
P areat, ac vni ſit ſubdita turba Magiſtro.
I lle poteſtatem nactus: cùm præſtet agendi
S uadendiq́ bono: ſolersq́ inſiſtat habenis
I mperij, & primo ventura exquirat ab orſu:
C ontrahit actutum ſummos, capita inclyta gentis,
E ximiosq́ vocat miſſo præcone: fluentes
Q ua vento impellit dirimens Eydora procellas,
E t populi cultas hinc atq́ hinc reſpicit vrbes.
V t venêre, citis equidem conatibus ora
S oluit, & arrectas ſic implet vocibus aures.
P roxima ſunt plerunque, Viri, quæ ſiue moleſta
S eu iucunda mouent animos, & pectora miro
A fficiunt ſtudio: dum vel lætiſſima firmant,
V el quæ aduerſa ſient mentem in contraria vertunt.
N ec tam gratum etiam veteris meminiſſe bonorum
V ſus: præſenti fuerit quàm clade moueri
A ſperum: vbi antiquos vitæ hæc iniuria luſus

Obruit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bruit, ac triſtes infert ſub lumina curas.
N ec iam priſca queror maiorum incommoda, quæ nos
E uxino tulimus vicina colonia ponto:
C um Scythicis compulſi armis patrioſq; penates
L iquimus: ac gratas conceſſimus hoſtibus vrbes.
H æc fortuna fuit rebus ſæuiſſima noſtris,
E t funeſta lues, quæ deploranda coëgit
B althica deſertis nos quærere littora regnis.
C auſa fugæ, ſperata quies: vbi figere tutò
C ulmina maiores, vitamq; educere poſſent.
E t venêre quidem magnis tum partibus orbis
E menſis: ſuperantq; vias, penetrantq; ſub ipſos
C herſoneſi aditus, lateq; domeſtica figunt
T ecta ſolo: terraſq; implent atq; oppida condunt
L egibus, & facili vicinos pace merentur.
N ec dubijs traducta quies eſt motibus. aſt quid
H æc ego maiorum fuerint quæ grata reuoluo?
Q uidúe antiqua ſequor? poterit fortaſſe dolorem
A ugere, & triſtes reuocare in pectora luctus.
A fflictis ſedenim quæ ſunt præſentia rebus,
I ngratum eſt meminiſſe. fuit non inuida quondam
L ibertas nobis: cùm nullis fœdera pacti
H inc bello Danos, hinc iuſtis Saxones armis
R eppulimus: pacemq; manu tulit æmula virtus.
H æc ſi manſiſſet rerum conſtantia: iam nil
H as quererer ſortes, nec tu tua fata doleres.
S ed dubio fortuna pede & tranſcurſibus errat
I ncertis. tenui fœlicem Numina filo
E t miſerum dirimunt: nec, quæ ſperata fuiſſent,
P rotinus eueniunt. & habent mortalia caſus:
V t qua præſidium ſperes, tibi damna pararis.
Q uiſúe etiam hæc nobis olim euentura putaſſet:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t quæ conſilio ac animi virtute fuiſſent
R ectè expenſa: aliquando grauem conuerſa dolorem
M entibus inferrent: ac quæ ſapienter haberes
C eu perfecta, minus ſapienter facta probaret
E uentus: meritumq́; gerat prudentia crimen?
S ed miſera eſt hominum, quæcunque eſt denique vitæ
C onditio. & cùm ſis mortalis, ſæpè neceſſe eſt
E rrare, & varios æuo miſcere tumultus.
Q ualis & hæc nobis res accidit. arbitror eſſe
I d nobis fato, noſtriſq́; parentibus olim
D onatum, vt miſerè iactati aliena ſequamur
H oſpitia: & quæ ſint animis rectiſſima noſtris
C ondita, non etiam noſtris ſint optima regnis.
C edendum ſuperis tamen eſt: quodq́; vtile rebus
D ecernunt, nobis etiam feciſſe neceſſe eſt.
M agna autem Diuûm & ſuperi clementia cœli eſt,
P oſſe aliquando viros ſapere: & cùm plurima prorſus
T riſtia ſint, meliora animo & quæ proſpera ducant,
C oncipere ac alio fortunam operirier orbe.
E t nunc communi quæ ſunt decreta bonorum
A rbitrio, magnis equidem ſententia dictis
N oſtra probat. Saltem Dij quæ decreta bonorum
A rbitrio fuerint, cumulata lege ſecundent:
E uentuſq́; regant, cœlumq́; in fœdera præſtent.
N ec prædatores erimus: nec culmina cuiquam
D eijciemus. habet certas migratio cauſas:
Q uas nullus turpi fœdatas more queretur.
R ectà autem Italiam Romanaq́; regna petamus
A uſonioſq́; viros: qui cùm virtutibus omnes
E xſuperent gentes, laudemq́; decuſq́; requirunt
O fficijs: veramq́; adeò præſtare ſalutem
H is plerunq́; ſolent: quos vel violentia, vel res

Aduerſæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A duerſæ varijs percellunt luctibus: acri
C umfamam ſtudio, & virtutes laude ſequuntur.
A rbitror & noſtris motos fatisq́; querelisq́;
H aud deſerturos nos eſſe, ita regna petentes
E xtra: vt haud cuiquam ſimus veniendo futuri
S iue vſu, ſeu lege graues. erit inclyta virtus
F ortunæ comes, ac iter vna beauerit. orbi
P rodita fama refert, conſtantes pacta tueri
R omanos: neque quos dignata eſt curia muris
T utelæq́; bono, temerè abieciſſe, colentes
S eruantesq́; fidem promiſſaq́; firma tenentes.
E t nos præſtemus terraúe, aut fœdere dignos
A uſonio: quantumq́; inerit bonitasq́; fidesq́;
R omuleis: tantum nobis erit acre merendi
O bſequium: vt ſolidis coëant hæc pectora cauſis,
S i tamen & coëant, nec & auerſentur honeſta
S ectantes. Equidem ſuperos ego teſtor & omnis
F ortunæ autorem ſanctiſſima Numina cœlum:
I nuitos tandem patrio nos orbe moueri:
M aiorumq́; genus paruosq́; relinquere natos,
A tque externa ſequi. Sed enim quem non iniuria facto
F identem faciat? poterant habuiſſe colonos
H æc loca nos: ſi culturæ licuiſſet & aruis
I ndulſiſſe. aſt nunc ſæuiſſima Suecia pacem
I nuidet, & gratam turbat vicina quietem.
C redo ego tranſmiſſis ſuperem ſi fluctibus omnes
O ceani ripas aliumq́; euecter in orbem,
A que ignota viris èxquiram climata: non nos
H ic Scythicus tamen & nimium cœloq́; bonisq́;
I nuiſus furor: atque odij vetus iſta relinquat
E t ſcelerata lues: pontum tranſgreſſa ſequetur
I nnocuos, facilesq́; premet fera Gotthia Cimbros.

Cedendum tamen eſt, & quò fortuna meantes
Duxerit, auſpicijs cæleſtibus ibimus. vnum
Quod ſperata putas tibi commoda poſſe morari,
Haud metuiſſe velis. neque enim te fœderis iſta
Forma antiqua tenet duris ita nexibus: vt non
Libera cedendi ratio tibi conſtet: & iſtud
Si libeat nullo conſtrictus iure relinquas.
Id noſtri ſiquidem maiores ritè cauebant,
Cùm ſociam primùm ſe offerret Dania: ne quid
Fraudi eſſet, ſero ſi fortè aliquando nepoti
Cedere fœderibus, pactiſq; exire liberet,
Et diuerſa ſequi, priſcoſq; tuerier auſus.
Dummodo Saxonibus non ſe coniungat, eoq;
Pernitiem Danis & acerbos mouerit enſes.
Quæ cùm nota quidem noſtro ſint priſca Tyranno:
Etſi diſceſſum grauiter ferat: haud tamen iſtud
Conſilioue manuue iter aut ratione Tyrannus
Impedit, aſtutè neque nos remoratur euntes.
Non exire vetat: potiùs ſed ſuadet: vt hoc nos
Conſilio vtamur ſic denique, ne quid honeſtos
Noſtrorum mores & prima hæc tecta parentum
Abijciamus: erit tempus fortaſſe, doleret
Mutatas quando eſſe domos, rurisq; relicti
Pœniteat. Regis monitusq; ac dicta benigni
Haud aſpernamur: verùm ſententia mentem
Fixa agit, externos abitu tentare penates,
Explorare locos, vbi nos fortuna quietos
Commodior rerum culturæ ac legibus addat.
Et tamen hac Regi cedamus parte: nec omnes
Omnibus è numeris ſimul abducamus. abibunt
Corporibus firmi, atque ætas quibus æqua ferendis
Eſt armis: hoſtemq; quibus ſpectare ſaluti

Non

N on terrori etiam fuerit: qua luſtra bilance
S ic finita putes: latè vt qui vicerit octo,
A ut duo non etiam penitus geminauerit: haſce
Intereà ſedes excultaq; rura colendo
P oßideant: nomen ſeruent, generiq; vetuſto
S ufficiant ſobolem, noſtriſq; laboribus inſtent.
C ætera turba meet. quod Dij benè denique vertant
F ortunamq; profecturis ſtabilemq; piamq;,
E t noua quæ miſeris ſtatuat ſolatia, cernant.
R elliquias ſedenim generis Deus aſſerat. & Rex
H as ſibi cùm curæ fore ſpondeat, illius armis
I llius imperio ſic denique linquimus: vt quod
F ata has ferre velint, tali ſub principe vincant.
N ec tete luctu afficiat diſſeßio: cùm ſe
R elliquias hîc eſſe probent. iniuria facto
N ulla ſubeſt, nulliſq; redit tibi cura querelis.
A t verò cum me populi ſuffragia tantis
D uctorem agminibus, rerumq; ad ſumma graduſq;
I nſtituunt: non me cupidum priuata voluntas
A bſtulerit: minus vt quæ ſint tibi publica tractem
C ommoda, & è totis tibi viribus optima firmem.
V num oro: ſiquidem fas ſit mihi vocibus vnum
O mnibus id medios inter contendere cætus
P ræcipuoſq; viros (mihi quos fortuna Deuſq;
I mperio ſocios & honeſtas iunxit ad artes
M ilitiæ:) ne quis parendi legibus vllam
O bijciat remoram: neque fœda proteruia quenquam
S ic agitet, noſtris vt vincula iußibus auſu
I nijciat. tali quiſquis me lege ſequatur:
E uentu meritum nunquam fruſtrante ſequetur.
I uppiter omnipotens, & qui face ſidera lambis
P hœbe pater, quæq; æthereo moderaris ab vſu

Pallas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P allas amica faue. vobis authoribus oras
H aſce aliquando genus petijt nec debile, nec re
I nfœlix: qua nos duramus origine, quos nunc
C eu veteres pridem, patrijs iniuria regnis
E xigit. impulſi fatis ſimiliq; coacti
F ortuna rerum, vobis autoribus hinc nunc
M igremus, cœloq; vias monſtrante legemus.
H anc ſaltem placido rerum Pater optime vultu
D iſceſſus cauſam vitæq; pericula cernas:
N osq;, quòd improbitas non ſit magni æmula facti,
A ſſere: & euentu fœlicia ſidera ſponde.
Q uod nos cunque ſolum capiat, tibi vota Tonanti
P lurima ſoluemus. Pietas comitetur euntes,
E t recti ſtudium nos inter proſpera mittat.
S ic ſanè dixit. dicentem voce ſecuta eſt
I nclyta turba virum: patuitq; aſſenſus, & ipſos
S ideris ætherei peruaſit clamor in orbes:
T eſtatusq; Deos ſeſe obligat. inde volentes
I n ſortem veniunt. alios minor eximit ætas:
H os ſenium excuſat. cunctos ita mutuus vrget
E t deuincit amor: parili vt ſub lance reponant
S iue abeant, ſeu fortè domos ac culmina ſeruent.
H oc res acta modo eſt, progreſſi protinus Albim
E xſuperant, Phryſosq; petunt, & Veſtphala rura
V rgentes, ſociosq; inter dant vela Sicambros:
E t tumido vicina legunt caua littora Rheno.
I ntereà quacunque iter arreptasq; meando
E xpleuêre vias: quacunque educere tantos
M ilitiæ neruos & robora tanta laborant:
C onfluit actutum numeroſo plurima cætu
T urba hominum: quibus vt ſubiti eſt occaſio facti
E xplorata, patetq; iter, & quo fine ſequatur

Externos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xternos gens noſtra lares: mora nulla, relictis
I lli etiam domibus, patrijs excedere tectis
C onſtituunt, ſociantq́ manus: communia poſcunt
F œdera, & in quoſuis comitatum iungere caſus.
H inc igitur gelidum latè qui tractus ad Albim
P orrectum ſubtendit iter, ripasq́ tumentes
C ircuit, ac varios inter ſe diuidit amnes:
P erculſos populorum animos, & idonea bellis
E xcitat arma: citis donec gens plurima telis
C onuolet, ac numero contracta ea robora vincant.
C ontractis lex vna fuit, vitamúe necemúe
Æ quata ſub ſorte pati: ferroq́ ſalutem
Q uærere, & hoc ipſo quod partum eſt enſe tueri
T antiſper. pateat donec locus hanc vbi gentem
C ollocet, ac placido virtus adiungat honori.
S ic iter arreptum eſt: Rhenumq́ emenſa iuuentus
G eldrica peruaſit vicinaq́ regna, nec vſquam
C eſſarunt: donec perſuaſis rura colonis
G allica tranſgreſsi primam tentare quietem
C epêre, & rigidos inter petere ocia Celtas.
A mpla quidem eſt ſeries & luſtro extracta: ſed altum
R umpam opus, & rerum fuerint quæ maxima dicam.
P oſtquam igitur Romam perlata eſt fama, beatas
G allorum terras peregrina à gente teneri:
H acq́ etiam tanta, vt cladem Prouincia poſſet
S entire, aut tumidos metuiſſe in funera motus.
O bſtupuit primis animum narratibus: vt iam
I n mentem reuocat Syllanos ſaucia faſces,
N ec ſatis obductum diducit vulnus. & inde
V enerit è Borea, qui noſq́ & noſtra laceſſet
R egna etiam? an Latios temnit quoque Barbarus enſes?
E rgóne perdomui nullo te Perſea lucro,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t Mithridatem fruſtra eſt fregiſſe? quid acrem
Æ gypti Regem, Scyros quid, & aſpera dicam
P rælia Maurorum? iam ſe Carthago ſub auras
E fferat, atq; nouas è funere traxerit iras?
S i ſolis ſupereſt euerti Aquilonibus, vt quid
P rofuerit reliquos merſiſſe in vincla Tyrannos,
E t totum domuiſſe orbem? ceu cætera nil iam
B ella ſient, nulloq; queat Mars iure teneri,
S ic agimur. Boreæné minas patiamur inulti:
A rctoasq; ferant Romana palatia flammas?
S cilicet imperij cunctis hanc gentibus arcem
O biecit fortuna: velut qua cote iacentes
E xcitet ignicolos, tacitasq; exaſperet iras:
E t populos in bella trahat, ne viuida virtus
L angueat, ac ſtudio ſqualorem ducat inani.
S ed nihil eximij perfectum eſt hoſtibus: & nil
I ſti etiam magni efficient, ſi Iuppiter vrbem
S eruat, & Auſonios firmat concordia ciues.
I nterea ne quid forſan Prouincia cladis,
N oſtra ferat, veterum deceat nos laude moueri:
Q ui, ne quas Latio turbas res barbara gignat,
P rouidere: ducumq; opera & communibus vſi
P ræſidijs bello fregerunt bella, ſimulq;
E re difficili claros petiêre triumphos.
H oc decus à ſæuis gens nata Aquilonibus, & re
P ertenui delata premet? nec viribus vtar
S ic tamen, vt motum me non virtute queratur.
H anc igitur veteri rationem more fideq;
P erficiam, ne quid fortaſſe negauerit eſſe
P rædictum, & noſtra non ſe virtute repelli.
C onſtiterit ſanè, Auſoniæ quæ publica gentis
G loria ſit, quaq; hoſtiles face Roma tumultus

Sedat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S edat, & externas quo frangit acumine vires.
M ittam Oratores, qui quas ſex Barbara cauſas
S iue ſecuta ſiet, ſeu iam fortaſſe recentes
F ingit: in has tanto cur venerit agmine terras,
E t ſua tranſmiſſo quæ ſit fiducia Rheno
E xquirant: gentiſq́ vias & robora diſcant.
N ec tamen hæc etiam concredam munera ſolis
L egatis: totus ſanè vnà exercitus ibit,
A rmatoſq́ ferat monitus: pugnamq́ ſuperbis
O ſtendat, ſi non collectum protinus agmen
F inibus à noſtris noſtroq́ à rure reducant.
N on Maieſtatem populi ſanctiq́ Senatus
R omani ferre: vt ſcelerata impune iuuentus
C oierit: Auſonias ſi quid graſſetur in vrbes,
C ommittatúe etiam, vt certo prouincia damno
A ffectam ſeſe, aut vexatam clade queratur.
S ic ſe exercebat taciturnis Roma loquelis:
I mmaniq́ tumet circum præcordia bile.
C eu fit, cum Regnis vel non ſperata, vel ipſo
P enè indigna auſu ſubitiſq́ incognita factis
T errorem incutiunt: & quæ tranquilla fuiſſent
A nteà, iam magnis infeſtant mœnia bellis.
N ec mora contracto cum protinus agmine turmas
O rdinat, officijſq́ duces & idonea iungit
N omina diſtribuens. mox ſeſe exercitus omnis
M andato mouet: & rigidas cum feruidus Alpes
E xſuperat, ſubiecta equidem tum Gallica rura
M etatur, lateq́ iacentes occupat vrbes,
E t ſocias inter figit tentoria gentes.
H ic hoſtem Legatus adit, magniq́ Senatus
Q uæ ſint iuſſa docet. Latios non ferre Quirites
A rmatum his noſtris conſiſtere finibus hoſtem,

O 2 Tran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T ranſitoúe etiam molirier agmina Rheno.
S ollicito hunc ſiquidem fluuium natura labore
G entibus obiecit: totum quæ forſan ad ortum
D iſcluſæ, hoc ſeſe prohiberi limite ſcirent:
A uſoniam ne quid tentent, regniſúe quieſcant
V icinis, noſtroſúe hoſtes ſibi fœdere iungant.
N uncq; adeò aduectis abitum ſic impero: ne fas
E ſſe putes caſtris metari hæc regna, Latinis
S emper acerba viris, & duro triſtia bello.
Q uòd ſi nil libeat monitis parere: minari
V enero bella: quibus Romana potentia vires
E t temerè obiectas, & inania robora frangat:
E xpellatq; locis tumidosq; exegerit enſes.
S ic dixit. Cimbro cum circum pectora grandi
B ilis ab igne tumet: ſeq; in ſe colligit. Ergo
O fficijs certare graue eſt? quo priſca Latinis
E t ſpectata fides veteriq; accepta Quirino
E xceſſit? fruſtra eſt igitur precibusq; bonoq;
N itier, & meritam virtute exquirere laudem?
N ónne ego iam pridem miſſo Oratore petebam
E xiguæ donari aliquid terræq; ſoliq;
Q uod colerem: patrioq; domarem gnarus aratro,
M ilitiæ pretium & Latijs fulcimina regnis?
N on geſtum nos bella manu, non venimus enſes
D iductum. ficta nec enim leuitate mouemur:
V t patrios linquamus agros, ſedemq; petamus
E xternas inter gentes, fatumq; ſequamur.
M agnis nos cauſis agimur, ſuperoq; Parente
P ropitio. haud igitur cuiquam nocuiſſe voluptas
P ropoſitumúe fuit. Sed enim cùm publica mundo
H anc veheret gentem & celebraret fama Quirites,
H umanos certè & rectum virtute colentes:

Venimus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V enimus huc, Rhenumq; emenſi regna tenemus
G allica, & euentu conſiſtimus. eſſe repulſam
I ntereà paſſos, & noſtra hæc vota Senatum
C ontempſiſſe: equidem cum nos miramur, honeſtè
P oſteritas cenſere velit, cauſamq; tueri:
Q uæ nos arma iubet Romanæ opponere genti.
N unc igitur ſocios nequeat cùm Roma ſibiq;
C oniunctos fidosq; pati: mora nulla, feroces
A duerſosq; adeò experietur: & enſibus vnà
C ominus vſuros, belliq; è iure ſequentes
Q uò ducet fortuna, Deumq; licentia firmet.
H æc tu ſeu patribus referas, ſeu tradita narres
L egatis, ſpreto referas tibi tradita Cimbro:
Q uem Romana hoſtem ſibi curia deligit: vt nil
P oſterius pietate ſiet, nihil æquius armis.
N on hac nos Græci, non doctæ prorſus Athenæ
A udiſſent feritate. aliqua eſt clementia cunctis
G entibus in miſeros: niſi quòd Romana precantes
D eſtituat, ſurdasq; ferat ploratibus aures.
V indice ſed cœlo pugnabimus. iſta locutum
A udijt Orator: qui poſtquam ad caſtra reuerſus
R ettulit audaci noua bella lubeſcere Cimbro:
A uſoniasq; nihil bello metuiſſe cohortes.
E xtemplò Sillanus agens exercitum in ipſos
P rogreditur Cimbros: bellumq; minatur, & acres
C onſerit enſe manus, Romanaq; robora tendit.
V iribus at nihil eſt confidere, ſi tibi cœlum
A duerſatur. habent fatales prælia motus
A lternatq; Deus ſortes, & temperat vrnas.
Q uin neque perpetuum eſt ita vincere, victor vt vnus
P erpetuoq; ſies. poterant fregiſſe Quirites
H annibilem, poterant Regem exegiſſe ſuperbum

T arquinium, & fortes merſiſſe in funera Gallos:
N on tamen iccircò primis congreſsibus acrem
V icerunt Cimbrum, neque Danica tela minaci
D eiecêre manu. labor eſt ſub mole, proculq;
E rrat adhuc Latio dubijs victoria palmis.
N am neque Sillano res acta eſt principe: nec ſe
M anlius his impunè viris obiecit: & ipſe
C epio Romanas Aquilas & caſtra reliquit
E xutus, turpiq; fuga dilabitur. iſte
P erculit exortus Romana palatia terror:
E t celerare metum, quem latè publica ſparſit
F ama grauem, mediosq; inter ſtetit anxia ciues:
V t cladem ferat, ac rerum diſpendia narret.

H eu rebus damni quantum eſt luctusq; paratum
S i ſapias nihil: at ſolis è viribus omnem
F ortunæ curſum, & certos tibi fingis honores.
A ut ego quid primum accuſem? patriósne penates
S ic Cimbros liquiſſe? an cùm peregrina ſecuti
R egna forent: primumq; hoſtem domuiſſe ferantur:
N on fortunam etiam potuiſſe vrgere? vel illud
Q uis dubitet, recto Latium ſi calle petiſſent
V ictores, potuiſſe omnem terroribus vrbem
I mplicuiſſe? grauesq; egiſſe in mœnia dextras
A tque armis tenuiſſe, prius quod pace bonoq;
E x vſu poterant non obtinuiſſe videri?
S ed cæcis agimur propoſti ſortibus. Vrbem
R omanam iam nunc etiam ſua fata ſecundò
D efenſant. Cannas teſtor, quo Pœnus ab igne
S i rectà Auſonij petijſſet culmina regni:
A ctum de Latio deq; omni penè fuiſſet
I talia. & noſtros præſens victoria Cimbros

Si Ro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S i Romam propero duxiſſet milite: cùm iam
A cciſæ res vrbis erant, & ciuibus eſſet
I niectus terror cæſis melioribus: hîc quo
F ortunam potuiſſe gradu conſiſtere Cimbris
E t lucere putes? Sed erat ſententia diſpar
V incenti: quòd iam Romanis fracta putârint
R obora, & euerſas nunc eſſe Quiritibus arces.
H oc ergò egerunt. diuiſum partibus agmen
D iſtribuunt. iſtic Tiguros Galloſq; feroces
T heutonicoſq; iubent irrumpere protinus: & ſe
M aſſiliam iuxta Latias inferre ſub vrbes.
C imbri autem infundant alia ſe ex parte: ſimulq;
A uſonios pulſent gemino terrore penates.
C onſilij ratio iſta fuit. ſi Roma valentes
M ilitiæ turmas educere poſſet, & illis
P oſſet adhuc firmum ſubmittere robur: vt omnem
I lla manum ſimili diffunderet ordine quaſq;
E fferret vires, imitando euerteret. iſtic
P ars etenim Tiguros Ambroneſq; occupet: illic
A ltera pars Cimbris propero ſeſe inferat enſe
P erculſoſq; premat. ea res infirma Quirino
R edderet arma Duci, diductis viribus. aſt non
S uccedunt, etiam ſapienter viſa: Dijſq;
A duerſis ne quid quæ ſunt ampliſſima tentes.

I ntereà Marium èxilio reuocare Quirites, Marius.
P ræſtantemq; virum, natumq; ad magna Tyrannum:
S ed valde exagitatum odijs crebraq; potentum
I nuidia, plebi dum iura æquata tuetur:
E t libertati ceu vindex ſcribit honores.
H unc igitur ſeruare virum fortuna, ſalutem
I ngratæ patriæ: quæ grata èxuta iuuenta

Præſidio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræſidio à lixis atque à calonibus vſa eſt.
N am quæ præſtantes olim iugulare decori
D uxit, & effuſo gaudebat Roma cruore,
V tilibus ſpoliata gemit: quantumq; pericli
P ondera menſurat, tantum viduata querelis
T ecta implet: Marium donec ſors obtulit vnum
O mnibus opponendum acie: qui vincere ſciret,
I nuictosq; feris partirier hoſtibus enſes.
S cilicet è ſuperis conſtat ſententia, raram
E ſſe fidem, magnosq; nihil quæ magna morari:
E uentu donec ſapiant, rerumq; periclis
A dmoniti quoſdam formoſo in corpore næuos
I gnorare velint: vſuq; inferre valorem
R ebus, & humana cenſuram lege tueri.
P rocliue eſt errare bonos: ſed pectoris illud
E ximij eſt, etiam quæ poſſes carpere, facto
N on tamen exagitare graui, neque dente petulco
S tringere: ſed magis aduerſam iam velle bilancem
T ollere, & è certis oſtendere commoda rebus:
Q uæ potius laudes, quàm crimina mollia culpes.
S ubuertit multos occaſio: peſſima plures
P erdit & in varias transferre licentia naſſes.
V na ſed eſt magnis ratio quæ exaſperat iras
I mmenſumq; dolere facit: cum iuſta ſecutus
E t laudanda ſies, meritisq; vſuq; fuiſſes
A nchora ſacra tuis: tamen haud te digna receptes,
I ngratasq; pati cogare in præmia voces.
S ed quid ego hæc? Marium poſtquam fortuna Deusq;
R eſtituit, nihil ille priora moratus, honeſtè
P aret & ingratam victor redit æquus in vrbem:
S ollicitè patriam amplexus. ciuilia pridem
Q uin ſi bella probas, Latiosq; caleſcis in enſes,

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uid nunc horreſcis peregrinæ ad fulmina gentis:
D eſpondesq́; animum, ſubitisq́; vlulatibus vrbem
C omples, ac miſero turbas ſuffragia queſtu?
Q uin quaſcunque mihi potius Reſpublica vires
C ontrahat: ac ſi quid claris è ciuibus vſquam eſt,
S i quid ſeruorum, lixarum, acriſúe iuuentæ,
A ut fugitiua manus, vel duris turba metallis
S ubdita, & immiſſos quæ ſuſtinet improba nexus,
D eniq́; quodcunque eſt, quod firmum viribus hoſtem
A ſpicere, & gladios moliri in vulnera poſſit:
C onuolet, ac placido coëant mihi iuſta Senatu
P ræſidia. haud vinclis fortiſſima corpora ſtringi
H æc fortuna ſinit. noſtros ſeruantur in vſus,
Q uæ nos ſæpè quidem noſtris ex vſibus ipſi
V ellimus: & cæco ſtolidi diſpungimus auſu.
N on iam malleolis ferro inſidiarier, aut ſe
S ub tacitas inferre vmbras, vel adire leones
T empus erit. Sanè hîc alium ſors obijcit hoſtem:
Q uem virtus vel adire quidem, vel frangere laus eſt.
H uc vires igitur Reſpublica deferat. aſt me
C um fortuna Ducem magnis coniuncta periclis
E ſſe velit, patriæ pro libertate ſubibo
D iſcrimen: quantum & fas ſit promptoq́; ſeniq́;
P erficiam, vt veteri bellum virtute geratur:
S eq́; adeò noſtris victum ferat hoſtis ab armis.
E t Marius ſic verba quidem non multa locutus
E xceſſit Roma: patriæ columenq́;, ſalusq́;
C iuibus, ac toti ſpes & fiducia regno.
Q uemq́ue prius clamore virum inſectantur, & eſſe
E xtorrem pars magna iubet: fortuna reductum
S ic vehit, vt fauſto iam nunc clamore ſequantur
E greſſum, ſtudijsq́ue addant pia vota ſecundis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

L egato inſtructus Catulo proficiſcitur. hoſtem
V t verò didicit geminis conſiſtere caſtris
D iuiſumq; tueri agmen: cum Cimbricus iſtic
T error agit, celeres ſed habet Maſſylia Gallos
C oniunctam Cimbris gentemq; & fœdere multo
D euinctam. quid enim? Rheni vix littora Cimber
T ranſierat, ſocios cùm ſeſe in prælia Galli
O btulerant, ſaltem Romanæ protinus vrbi
E xcidium Cimber funeſtaq; bella minetur.
A t verò Cimbri ſe conditione ferebant
V ſuros: ſi non pietas, quæ iuſta petiſſent,
I mpetret: aut fato veniant ad vota ſiniſtro.
P oſtquam igitur ſurdas præbere rogantibus aures
R omani, neq; ſe miſerorum clade moueri
S uſtineant: precibus cùm nil locus eſſet: honeſtè
F œdera cum Gallis ſibi conſtituenda putauit
C imbrorum manus, & claræ ſe adiungere genti
D ecreuit: Latio cùm ſit vetus hoſtis, & vltrò
E xulibus pacem ſperataq; commoda firmet.
H os animis iunctos, diuerſa at ſede morantes
O ccupat audaci Marius ſtratagemate, Gallos
I nijcio aggreſſus: quos tum Prouincia turmis
I nſtructoſq; auctoſq; tenet, propereq; paratos
I taliam petere, & Latias premere ignibus vrbes.
H ac ſiquidem Tigurina manus Galliq; feroces
A uſoniam tota denſati mole ſubibant:
V icino loca iuncta mari camposq; tenentes.
C um diuerſa quidem ignaris via tradita Cimbris
P er ſummas ductura niues, perq; aëris altas
A lbinasq; plagas aditum factura meando
O buenit: quà nunc cliuoſo tramite Iura
M ons patet, ac rigido cœlum de vertice lambit.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E rgo vbi diductas vires, diuiſaq; ſenſit
R obora, nil ceſſat Marius prima agmina Gallis
O bijcere: atq; iſto fortunam ex hoſte tueri.
A t verò hoc ſolo totum ſtratagemate robur
H oſtibus infregit Marius: dum libera Cimbris
C oncedit ſpacia Auſonias irrumpere in vrbes:
G allorumq; petit Latio cum milite gentem.
S cilicet è veteri maiorum nouerat vſu,
C eltarum populis inuiſos eſſe Quirites
A uſonioſq; viros: quorum res læta ſecundo
A uctior euentu & bellis proſperrima, ſemper
D iſplicuit Gallis: odioq; fatigat, & omnem
I n noua proſpirat funeſtaq; prælia cauſam.
N on igitur ceſſare, vbi ſeſe occaſio paruis
M ouerit inijcijs, quin quantum deniq; poſſint,
T antum etiam noceant, Latioq; inducere certent
F unera: & immani tentare palatia bello.
Q uid ſi etiam impatiens externis Gallus ab oris
H anc traxit gentem: ſocio quæ ex fœdere Romam
L aſſet, & adductos in nos diſtrinxerit enſes?
S ic ſecum tacito Marius ſub pectore. Sed nos
H unc, inquit, veterem Romanis Ciuibus hoſtem
P rincipiò aggrediemur. habet diſiunctio fructus
M ultiplices: quantumq; abſunt, tantum enſe peribunt.
N ec mora, conuerſum læto cum milite princeps
A gmen agit: Latiasq; manus in Gallica primùm
C ornua tranſmittit, pugnamq; acciuit in enſes.
V t verò ſubitus latum patefecerat hoſtem
P roſpectus, patuitque iter, & iam proxima ſtaret
B ello acies: ſicut viſo cum forſitan vrſo
Æ ſtuat, ac totos intus Leo concipit ignes:
A duerſumque furit, ſæuiſque caloribus inſtat:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t celer indignos laceretq; & proruat artus.
H aud aliter Marium fama eſt arſiſſe. ſed vt ſe
I niecto veluti mens comprimit aurea fræno,
I nſtructis loquitur turmis, ac talia fatur.
P rima ſalus cenſenda viri: ſi vincere cœlum
E t fortuna dabunt. patria eſt & Iuppiter autor
I mperij, nos qui decreta ad bella vocatos
A rmârint. conſtans Latio victoria regno
M ilitat, ac vanum ſpes æmula deijcit hoſtem.
Gallorum natura. N oſti autem Gallos animiſq; manuq; calentes
P rincipioq; graues: ſed poſtquam feruor & æſtus
C eſſit, & eduros res eſt delata ſub enſes,
D eficere: & celeres inter trepidare ruinas.
I mpetus haud igitur te terreat iſte priore
C ongreſſu aſperior. res eſt ſpecieq; ſonoq;
T erribilis, ſed re nihil aduerſatur: habetq;
I pſe fugam, ſecumq; trahit ſua præmia mortem.
T u verò rupes veluti Marpeſia contra
C onſiſtas, iaculiſq; manus haſtaq; valente
S ic firmes: his excipias vt prima ruentis
R obora, & obiecto furioſos ſtipite tardes.
P oſt vbi pectoribus feruor deceſſit, & eſſe
I am laſſos conſtat: patriæ memor, omnis in enſes
P rocumbat labor, & lento tibi ſemina ſubdat
S ic etiam: vt melior te mouerit impetus, hunc quo
N oniam ſuſtineas ſed planè obtriueris hoſtem,
E xturbeſue loco fractumq; in vulnera cogas.
M e verò fortuna ducem quando hactenus vrbi
S eruat, & ætatem dura in certamina mittit:
H aud odio veteri, neq; vana lege Senatus
S ic mouear, minus vt fidum Reſpublica meme
S entiat: aut dubia ciues virtute tueri.

Vna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V na equidem patria eſt, cunctiſq; fouendus honeſta
L ibertatis amor, populi qui lubrica vincat
I udicia, & facto laudem ex conſtante mereri
D ebeat. Hæc ratio me nunc armarit in hoſtem
F lammaritq; animos: & non meminiſſe prioris
F ecerit acta mali. Vos ſaltem ô fortia quondam
P ectora, & Auſonio ſpes iam penè vltima regno:
C ommunem hanc mecum patriæq; pericula cauſam
S ic animis verſate: vt vos quoque noſter in arma
P ermoueat dolor, & meritos excirit in enſes.
N unc verò audaci confidite pectore. turbam
H anc etenim veteri tantum rancore furentem
I mbellemq; neci dabimus: quo primitus hoſte
S ublato, nihil in reliquis erit inde pericli:
C ùm ſuſpecta habeant incognita quaque. ſtupeſcent
A d primos bellorum enſes, & iudice cœlo
P erculſi, ignariq; loci moriſq; Latini
H orreſcent cæcis nimium terroribus acti:
E t ſecum proprias ignaua in funera cauſas
I ntulerint. Romam ſeruat, qui Gallica frangit
R obora, & hanc forti ſubuertit acumine gentem.
D enique non hominum geritur res iſta manuúe
C onſilioúe: Deos Romana hæc ſigna tueri
E t proferre putes: alacri cum milite meme
V tier, & tali vos fidere principe vellent.
E t nunc noſtra quidem pro Libertate, deorum
P ro pietate ætas magnis obiecta periclis
A tque expoſita ſiet. tu me iam miles euntem
S ic ſequere: vt ſolido virtus ſit feruida motu,
E t duce te Mario victorem Roma loquatur.
V ix ea dicta dabat: ſubitis cum vocibus orbem
I mpulit ætherium miles, lateq; fragorem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ngeminat tellus aſſenſumq́ aſtra ſecundant.
A t verò aduerſa nihil eſt in parte remiſſum
C eſſatumq́ nihil. nec enim quia pectora ſolers
P rouidet ac toto Marius ſibi conſulit vſu:
P ropterea abiecta Gallos ceu mente putandum eſt
F ortunamq́ ac bella ſequi. Gens illa per omnes
I nuehitur ſtudioſa gradus: Martemq́ vetuſto
M aiorum pro more colit: nec ſegniter acres
A pprendit fortunæ aditus, cautiſsima longè
P roſpicit: ac ſtudio quæ ſunt æquiſsima verſat.
V aldè autem afficitur bellis: nec honeſta negarit
V ulnera, vt æternam pulſa formidine laudem
A ccumulet. læto ſectatur prælia vultu
A tque hilares animos vitæ in diſcrimina iungit.
S ic tamen & fortis, ne quid temeraria dici
P oſsiet, aut vano conſciſcere funera motu.
T alis cùm oppoſito iam ſtaret in agmine, ferrum
L ibrat, & hoſtili minitatur vulnera turbæ:
I mmittiq́ cupit ſortemq́ ex enſe tueri.
C ùm dux inuehitur circum ſua cornua, fuluo
A ſpiciendus equo: cui circum plurima lumbos
O rnamenta fluunt Limbiq́ è tergore pendent,
E t phaleræ. mox arrectos ita voce monebat
H ortaturq́ ſuos: pugnam vt iam pectore fortes
I ngreſsi, magnis Romanum viribus hoſtem
O bruere, & toto ſatagant dare vulnera ferro.
E t nunc noſtra vides, inquit, petulantius arma
C ontemni, illo etiam: noſtris qui ſæpius armis
P enè equidem vidit ſubuerſam funditus vrbem:
E t Latias horrere domos: Capitolia latè
V ertier, & victas demergi in funera gentes.
S cis autem quanto populusq́ manusq́ Quiritum

Nitatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N itatur ſtudio cunctis inducere nexus,
E t libertatem decerpere gentibus. iſto
I am pridem inuiſus morbo eſt odijsq; notatur
C ommeritis. quid enim? nam ſi fortuna fuiſſet
A ſperior noſtris olim maioribus, huc ſe
R oma infudiſſet: Gallisq; in vincla coactis
S ublatoq; metu, terram oppreſſiſſet acerbo
C rudeliq; iugo: ſeruisq; vſura fuiſſet,
Q uos ea victores ſceptroq; ac culmine dignos
O diſſet pridem, & meritis timuiſſet ab armis.
S cis quanti nobis libertas conſtat: eamq;
Q uanto etiam ſtudio, qua belli lege tuemur.
A ut ſi fortè etiam proprij diſpendia nil te
I mperij moueant: aliorum exempla necesq;
R eſpicias: & quæ tibi iura ferenda fuiſſent
E x illis diſcas. poterit Carthago nepotes
V na monere tuos, Roma quid principe victi
P ertulerint. ſimili mouearis imagine, ſi tu
F ortè triumphales ſectantem Perſea currus
M irere, & patrios Latio ſubmittere faſces.
N amq; tributorum ius acceptaſſe ſaluti
P ræſidioq; fuit. populis hæc alea paucis
C ontigit. & rarum eſt victos ita ferre Quirites,
V t ſimul & florere velint, & viuere donent.
D enique ne priſco repetam tolerata parenti,
P roxima ſpectabis rerum diſcrimina: cum nos
E xturbare loco patrijsq; euertere regnis
R omani tentare: quibus vicinia ſemper
S ic odio eſt, nunquam vt ceſſent nos prorſus acerbo
P erſequier mucrone: omnesq; intendere neruos
G allia vt Auſonijs prouincia ciuibus extet.
H uc equidem crebri ſententia magna Senatus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H uc leges ſpectant. huc plebeſcita furente
I am toties decreta ſono, ne libera nobis
V ita ſit, aut rerum hac potiamur ſorte. moleſtum eſt
E ſſe aliquem Gallis animum, qui dicta Quiritum
F erre ſuperba nequit: qui faſq; æquumq; tueri
A uſit, & immanes bello triuiſſe Tyrannos.
I dq; ita compertum ducibus penè eſſe Latinis:
V t metuant ſemper, ne fortè vtamur honeſto
S ucceſſu rerum, & ſperata pace fruamur.
N il igitur prætermitti, quodcunque ſuperbum
I ngratumq; putent noſtris fore gentibus. Vt nunc
H os etiam motus nulla ratione ſequuntur:
I mmeritaſq; petunt noſtro de ſanguine pœnas.
A ut quid Cimbrorum afflictæ iuſtiſſima gentis
V ota aſpernantur? cùm non indigna petiſſent
R omanis: qui ſe populis communia iactant
P ræſidia, & cœlo delectos iudice ducunt:
I mperio vt ſuperent quo proſint gentibus: hiſq;
A fflictis vero ſtatuant ſolatia lucro.
H is quòd coniuncti tutela ſimus, eoſq;
E xtorres patria, & placidè ſua fata ſequentes
S uſcipimus: nunc Auſonijs obnoxia bellis
T urba ſumus, quàm Roma premat: quæ ſola ſalutis
P rætextu Latijs inſcribit legibus orbem:
V enaturq; omnes ſpecie pietatis & alti
O fficij: vt tandem ſint quos fera perdere poſſit
S ecuros, tacitoq; ruat vicinia bello.
C ùm veluti cancer comprenſos corporis artus
A rrodit, lateq; means ſua vulnera fœdo
P romouet aſpectu, vaſtaq; aſpergine regnat
T antiſper, donec vitalia viſcera lento
C orripit acceſſu: qua poſtquam conſtitit arce

Horri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H orrificumq; & triſte malum: iam virus in omnes
E uomit articulos, mortemq; in pectora mergit.
S ic ſeſe blandis cum Roma aſperrima dictis
I nſinuat, placidisq; hominum conuentibus infert:
P rincipiò grata veluti prurigine mulcet
C orpora, & incautos promiſſo ludit inani.
P òſt vbi venando populorum iura fidemq;
O btinuit, iam ſe cancrum præſtare: quòd omnes
O pprimat, ac cæcis ſit fax & funera regnis.
A ut tibi conſuetos aquilis, gens inclyta, mores
Q uid memorem? ſcis ipſa quibus plerunque volucres
C onciliant ſtudijs, qua prædam lege tuentur.
C ommunes ſeſe cùm præſtent omnibus, eſcam
P artiri, & latè circum noua fundere certant
O bſequia: ac ficta captant pietate minores.
V t verò prædæ ſupereſt nihil, atq; voraci
N e quicquam factum ſtomacho eſt ſatis: arripit iſte
V enditor officij vicinas quaſque, pariq;
D ilaniat morſu, & mercedem morte repenſat.
S ic alijs Latios ſe iungere gentibus. Albam,
V olſcorumq; adeo populos, & Tuſcica regna,
S yrorumq; manus, Solymos miſeramq; Saguntum
C ogita, & ex illis caſus procul aſpice noſtros.
S ed quid ego hæc? veteri pro libertate volentes
C ertemus: quantumq; animis priſcoq; valemus
M aiorum ſtudio & gladijs vtamur acutis,
E xperientur. ineſt, qua tu conſiſtere poſſis
C erta fides cauſæ, noſtris haud motibus eſſe
S ic læſos, nos vt ſupremo exſcindere ferro
E xpeterent. quid enim? peregrinæ fœdera genti
I unximus, ac patria iam caſſos iure tuemur.
H æc virtus odium ſi debeat vna mereri:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I am vitio dabitur ſociatas eſſe Latino
R elliquias Danaum, ac Italas regnare per vrbes
T roianos: aliquidq́; etiam ſupereſſe vetuſti
S anguinis Aſcanij, Romam quod deinde triumphis
O rnet, & æternas ferat in faſtigia Lauros.
A ut quid tu hoſpitium claras laudaris Athenas
E xulibus tribuiſſe viris? iam culpa ſequetur
P hocenſes, qui fortè domo patriaq́; relicta
H oc noſtro haud dubias poſuêre in littore ſedes:
M aſſiliæq́; dabant non vana exordia genti.
A t verò priſcis fuit aurea moribus ætas:
C ùm deuincta forent populorum pectora iuſtis
O fficij curis, & haberet præmia virtus:
S e quibus in meritos hominum transfunderet vſus
I nferretq́; Dijs pretium, & ſe iungeret aſtris.
H æc equidem Admeto rigidosq́; Themiſtoclis enſes
E ximiosq́; viri poterat ſic pingere vultus:
H unc vt ſeruandum ſibi duxerit eſſe, valentem
C onſilio, & vera patriam ſibi laude merentem.
H æc Cyrum Perſis ita commendabat, vt illo
P rincipe confiſi Medorum vincla putarint
E xcutienda. Sed hæc quorſum longo ordine voluo?
Q uod cunctis licuit populis, quod fasq́; ſacrumq́;
E ſt alijs, ſolis magna eſt iniuria Cimbris.
E rgóne cedendum Latio eſt, ſocijq́; paresq́;
P rodendi, atq́; vltrò quæ ſunt promiſſa relinquas?
S ed ceſſo fortes animos, & pectora nullo
T arda metu ſubitis incendere vocibus. iſte
I ntereà Marius, quem nunc ſibi Roma Magiſtrum
M ilitiæ ſtatuit, cuiq́; has ductare cohortes
I mpoſuit reduci, ſtultosq́; admouit in auſus:
Q uas petere hunc laudes, aut quid ſperare putabis?

Præcipuè

P ræcipuè vulgi feces, populiq; furentis
D ucere ſentinam cùm conſtet, & enſibus iſtis
H as tentare manus forteſq; laceſſere Gallos.
S ed ſapiat, poſtquam ſtulto ſapientia nuſquam
M ilitet, ac fatuis ſua ſit dementia lucro.
H unc contemnendum tibi duxeris eſſe, ſenili
I am morbo victum: cùm ſe maiora ſequatur,
S tulticiaq; petat, quæ nec comprendere poſſet,
N ec vellet ſperare modò haud ſatis improbus eſſet:
E t natus fortaſſe foret, qui cædibus omnes
A ffligat populos. qui bellis implicet orbem,
C iuiliq; manus perfuſas ſanguine noſtris
I nijciat iugulis: & libertate ſubactos
D eſpoliet. quid enim? quo Cimbros milite ſternat
D epuleritque locis, hoc fortes deniq; Gallos
S ubiuget, atq; vno geminos petat enſe triumphos.
Hæc vbi dicta dedit: fremitu furit agmen, & alto
I nſonuit clamore, animiſque in prælia ſpectans
C ommitti pugnam, ac gladios diſtringier orat.
I lle moram ſoluit, primaſque in bella cohortes
E xplicat, ac animos laudat, mox talibus infit.
F eſtinate viri, primoſque accedat in vrbes
I mpetus: & quanto robur ſub robore conſtat,
T antùm vrgete vias forteſque in pila lacertos
T endite, & audaci propter conſiſtite dextra.
N ec plura effatus, ductorem in prælia ſeſe
P ræſtat, & arrectas præit in certamina gentes.
I ntereà Marius ſuccenſis agmina caſtris
P romouet, ac lento feſtinat ad ardua greſſu,
S ollicitus ſolerſque alacrique in prælia mente,
R omano pro more: quibus leuitaſque citique
G allorum motus & feruor cognitus eſſet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t venit, celſo veluti cùm vertice torrens
P ræcipitat, celereſq; infert in paſcua lapſus:
S ic ſeſe infundunt venienti tela Latino
C eltarumq; manus. nulla eſt mora, feruet vt ignis
I mpetus, & ſubitos rapiunt exordia curſus.
A t verò placidis Romani motibus inſtant
S olliciti: ac fatuo ſterni mens neſcia ferro
D urat, & inuictos ſapienter digerit enſes.
V t verò, aduerſo conſiſtunt ordine, curſum
G allus init, rectaq; petit non territus hoſtem
E t clamore premit. ſæuit truculentus in armis
M ars prior, & ſtricto cædes minitatur ab enſe.
E xcipit inuectum Marius frameisq; retardat
O ppoſitis, fortiq; manu caua vulnera vitat
E xcutiens, haſtaq; valens, & pila furenti
O biectans: quo ſe, qui Gallo erat impetus acri
S ubuertit muro, vireſq; hoc obijce lidit.
D ij quantum curæ eſt, quantumq; in tela moleſti
C onatus. ſtudijs feruent, operumq; labore
S ubſidunt, multoq; labant ſudore lacerti.
D eniq; quo ſeſe exercent magis, hoc magis ipſo
D eficiunt vſu, ſuaq; è ſe robora perdunt.
C um contrà Latijs actum eſt nihil. vna ſecundi
C onſilij eſt ratio, irrumpentem protinus hoſtem
E xcipere, & lento venientem ludere motu:
O biectisq; haſtis impulſos tollere curſus.
H oſtibus intereà rabies exceſſit, & iſte
I am minor apparet decreta in vulnera feruor,
R eſpirantq; animis: ſubita cum voce iubebat
E xultans Marius ſparſas procul omnibus haſtas
E ſſe relinquendas: gladijs vtamur & enſe
H inc ait, ac feſſo veniant ſua vulnera Gallo.

Iuſſerat.

I uſſerat. Auſonij gladium arripuêre: moleſtum
M artis opus: quo non aliud truculentius omni
I n numero ſæuit: cùm non aſperrima tantum
P ugna ſit, at iſto rimentur viſcera ferro
C ertius, ac gelidæ præſtent iter vndique morti.
I amq́; adeò facies bello noua ſurgit, & ipſus
O bſtupuit primùm Gallus licèt. Vtq́; parabat
I nfuſos celeri Latios velut impete magno
E xcipere adnixu, & fortunam vrgere priorem:
P ellitur, ac latè circum noua funera cernit
V oluier. vrgebat pulſos Romana iuuentus:
I nſiſtitq́; adeò pauidis, multoq́; cruore
M ultiplicat cædes, agmenq́; per agmina pellit
C onfundens, celeresq́; infert in vulnera dextras.
S oluitur ordo virûm, qui cùm moriantur inulti
V ictori cedunt victricia ſigna Latino:
E t cunctas mittunt ſub inhoſpita funera turmas.
V t vicit: patrio Marius tùm more trophœum
C ollocat, humandiſq́; datum eſt nihil hoſtibus: omnes
A ctutum vires, roburq́; ac militis iras
I n Cimbros vertit. quos cum veniſſe per Alpes,
E t Latias tenuiſſe domos, regnoq́; potiri
A udierat: celeri ſeſe in patria arua volatu
R ettulit, ac vario bellum ſtratagemate verſat.
I htereà ſiquidem hoc ſuperatis Alpibus agmen
V enit in Italiam, metatum caſtra ſub altas
V aſti Atheſis ripas: vbi nunc ingentia cœlo
M œnia Veronæ laudesq́; ac nomina tollunt
A ntiquis opulenta notis Amphiq́; theatro.
H îc noſtros igitur Cimbros cùm ſtrenuus vnis
A pprendit caſtris, promptasq́; in prælia dextras
M oliri: actutum rebus ſua furta gerendis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M iſcet, & arte dolos certa in compendia texit.
H æc ergo aggreſſus cùm perculit agmina, præter
S pem premit, ac ſubitis vrgere pauoribus. illi
C æduntur lateq́ cadunt, ſtragemq́ ruendo
S ic patiuntur, vt hîc Cimbri licèt arte diuq́
H oſtiles tolerare manus, & vincere certent:
V incuntur tamen, & ſupero ceu Numine fracti
D eficiunt. Hominem nihil eſt conarier aſtris
I mpoſuiſſe iugum, cœliúe infringere leges.
C erta manent, quæ certa ſemel placuiſſe Tonanti
C onſtiterit: neque ſe ſubmittunt ſidera ſtultis
A rbitrijs hominum: neque cœlum in vincula mittas
Q uanquam audax, animisq́ ferox, aut plurimus armis.
P oſtquam igitur voluêre Dij florere Quirites
R omuleosq́ viros, fruſtrà oppugnantur: & hoc quo
P erdere fortè ſtudes, ſeruaris acumine Romam.
S ed ſuper his alij. fuſis victoria Cimbris
V t patuit: quanquam pars maxima concidit, huius
R elliquiæ generis tamen euaſere, ſuperq́
S unt etiam, & toto clarum dant nomen in orbe.
N am cùm ſe exutos caſtrisq́ armisq́ viderent,
E t ſolam reſtare fugam, qua euadere poſſent.
C ùm iam de rebus planè communibus actum
C onſtaret, quòd conſilium ſapientibus eſſet
P ræcipuum, elabi miſera cepêre ruina
E t tentare fugam grauibusq́ excedere bellis.
I nſequitur Marius: ſed enim iuga montis, & altos
V erticis attigerant ſua per veſtigia cliuos,
E xcelſos complexi aditus, quibus ante Latinos
I nuaſere agros ſubiectaq́ regna petebant.
H ac igitur redière via, Tigurosq́ penates
I ngreſſi, montes interq́ & dura rigentis

Saxa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S axa ſoli, vitæ reliquum atque exordia magnæ
P oſteritatis alunt. Latio pelluntur, at inde
H uc ſibi tranſuectant meliori ſemina regno
H elueticas poſitura domos, populumq; datura
I nuictum, Auſonijsq; metum incuſſura Tyrannis
S i fortè affligant, ſtolidoue laceſſere bello
A ggreßi ſparſos miſera inter ſaxa penates
O cius irritent, placidumq; quieſcere rumpant.
S alue terra tuis obnoxia montibus: vna Helvetia.
S anè equidem tellus, quæ libertate Deoq;
P ropitio, medios inter non victa labores
P erfrueris: cui cùm poterit natura videri
I ndulſiſſe nihil, quod quis fortaſsè celebret
M agnificumue putet, numeris tamen omnibus hoc te
E ſt complexa modo, vt meritò tribuiſſe feratur,
Q uod veras laudes & commoda maxima gignat.
E tſi autem aſperitas rigido iunctißima cœlo
O ccupet hoc terræ ſpacium, & ſe rupibus alto
M iſceat anfractu, gelidisq; exhorreat vmbris:
S ic, vt difficili rimetur gnauus aratro
I ncluſos campos ſubiectaq; rura colonus:
E x alio veniunt tamen ordine lucra, feruntq;
G randia non etiam tenues incommoda fructus.
Q uanquam nec toto tamen aſſe excluditur aruis
A gricola indulgere. iacent latißima montes
I nter, & aërias fœlicia paſcua rupes,
E t non triſte ſolum: cui tradi ſemina poſſunt
I n lætas aliquandò etiam redeuntia fruges,
E t ſua diſpoſitis referentia præmia ſulcis.
Q uin neque ſecluſus toto eſt è limine Bacchus
V itiferæq; ſtrues. molli ſe Sole corymbus
E xplicat in botros, vinum dat acerbius vua,

S ed vinum tamen, aſſuetæq; haud improba genti
P ocula. quid vaccas armentaq; cætera dicam?
Q uid pecus? & totis quæ plurima montibus errat
B eſtia, & excelſas inter fera concita rupes?
T um verò lignis ſuperat locus. haud tamen iſtud
N aturæ miretur opus, qui tradita fato
C onferat, ac dulcis fortunæ munera penſet.
E tſi autem Tigurûm vetus & gratiſſima priſcis
M entio ſit, tamen haud nullas gens protinus vrbes
C imbrica muniuit, ſobolemq; in mœnia traxit,
C ùm primùm Italicis perculſa tremoribus inde
H uc redit, Heluetiosq; inter colit aduena montes.
N ec tantùm fundare nouas. Vetera oppida, quorum
C onciderant iam nunc communi in funere ciues,
E t vacua, & ſolis ſeruata vxoribus, vltro
A rripiunt: iunguntq; thoros & fœdera ſacris
R ittibus abſoluunt, nexumq; è pignore firmant.
E x illo durant, Libertatemq; tuentur
H eluetij: gemino qui quod fortaſſe colore
V tantur nomen ductum reor inde. profectò
H eluetijs pro more diu, pro lege retentum
S eruatumq; fuit, duplici ſe ferre colore,
A tque atrum niueo, & candentem iungere pullo.
P lanè autem ſuperis Res fortunantibus iſthæc
P ublica perdurat. quid enim? quibus iſta petita
H oſtibus obriguit? verùm fortiſſima celſis
V rbibus inſedit patriæ virtutis & alti
Æ mula gens animi: quæ cedere neſcia priſcos
M aiorum ritus & publica lucra tuetur:
D efenditq; ſuos, ſeq; in ſua commoda ſeruat.
N on igitur temerè bellorum inducere flammas
A ut proferre ſolet: ſed delectata quietis

Eximiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E ximiæ ſtudijs pacem colit, artibus artes
A uget, & immenſo cumulatur gloria fructu.
A t ſummum terræ pretium, populiq́ corona
S emper prima fuit, pietaſq́ fideſq́ boniq́
P ublici amor, recti ſtudium, conſtantia, facto
S implicitas, animiq́ modeſtia: ſe quibus omni
I am pridem mundo clara ob benefacta probauit.
O ppida quid memorem, quæ ſunt pulcherrima, quæq́
D iuitijs ſuperant, & honeſto more coluntur?
H is ego nil maius, ſi ſint coniuncta, nihilq́
C elſius eſſe puto genti commercia laudem
C onciliant, iuſto cùm ſe compendia queſtu
I ntulerint populis, damnentq́ ſacomota fraudes.
D enique militiæ ſtudijs belliq́ labore
H eluetia excreuit, dum iuſto mota dolore
I niuſtos contra ſe munit agitq́ Tyrannos
P errumpens. nec enim qua aliæ leuitatē mouentur
I n bellum gentes, etiam hæc gens bella ſequendo
A dmittit. magnæ fuerint iuſtæq́ neceſſe eſt
Q uæ moueant animos & agant in prælia cauſæ:
Q uas cùm fortè probat ſemel & patria induit arma,
H aud etiam facilè exuerit. grauitaſq́ fideſq́
E t ſuſcepta ſemel rerum defenſio fortes
P lanè animos magno ſub belli detinet vſu,
E t prohibet lenire minas, aut cedere victos.
P acem igitur ſolers peperit conſtantia: cum ſe
N ec cuiquam obijciunt, nec læſi dura remittunt
P ectora, & haud tenui damnum mercede rependunt.
Q uis verò pacis ſtudiumq́ arteſq́ beatæ
E xplicet, ac tantos ferat in noua carmina fructus?
C redo ego nil tanto perhiberi lumine poſſe
N il tantis memorari animis dictoúe referri:

Quod non Heluetia, & coniunctæ legibus vrbes,
Vicerit, ac vera poſſe ſe virtute relinquat.
Quid verò ingenij monumenta? quid ædita dicam
Publica ſcripta? quid humanos populiq; virûmq;
Extulero mores, rebusúe æquata gerendis
Officia amplectar? Tiguro nil maius, & ipſo
Vel pacis vel belli etiam præſtantius vſu
Nil reor. At Berna eſt muris pulcherrima: cuius
Egregios latè tendit fortuna colonos,
Diuitijsq; beat populiq; fauoribus auget.
Hæc vetus eſt Cimbris & honeſtæ gloria gentis:
Qui Cherſoneſo cùm ſint multò ante profecti
Hos demum tenuêre locos: rigidasq; ſub Alpes
Conſtituêre domos, vbi nunc ingentia cernit
Mœnia poſteritas: meritumq; Nepotibus auget
E virtute decus, ſtudijsq; paciſcitur orbem.
An verò huc aliquandò etiam gens edita Suecis
Sit progreſſa, domosq; ſibi hîc firmarit & vrbes:
Cùm multi affirment, tum plures penè negarint,
Et rei famam dubio ſub teſte relinquunt.
Nos equidem non iam cenſuram impendimus hiſce
Vnà etiam rebus. poterit locus eſſe Camœnis,
Quo ſeſe expediant, vera & rem lance probarint.
Hactenus de Cimbris. Hæc mihi de Cimbris fuerant dicenda: quòd horum
Et patriam, & cauſas cur exiuêre, quibusq;
Conſtiterit gens iſta locis fœlixq; moretur,
Ignorent plerique: quibus tamen iſta videri
Cura fuiſſe poteſt, noſtrorum vt fata vicesq;
Aſſererent hominum, & fuerint quæ facta referrent.
Et gens iſta quidem prima eſt, quæ plurima noſtros
Deſeruit compulſa lares, aliena ſecuta
Præſidia, Helueticas tandem victura per vrbes.

Relliquias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R elliquias ſedenim cùm Cherſoneſus haberet,
F ouit: & ex illa duramus origine, magnos
O lim hoſtes experti: at nunc tranquilla colentes
P rædia multiplici deducimus ocia fructu:
E t latè ſobolem patrias partimur in vrbes.
P roxima poſt Cimbros ſub Snione rege profecta
L ongobardorum noſtris diſceſsit ab oris Longobardi
M ulta manus: quæ, cùm latè graſſata necaret
H aud paucos funeſta fames, cedendo parabat
E ffugere, ac aliquam generi præſtare ſalutem.
I lla equidem præſtans hominum eſt farrago, celebri
Q uæ cum Dannubio ſe iungeret, ardua ripis
C onſedit, molita domos vbi Pannonis vrbes
P ropitios ſpectant vicina ad littora Soles:
E xcultæq; cibos & paſcua læta miniſtrant.
E t diuturna quidem fuit iſtic manſio: donec
I taliam petere, & cultas inuadere terras
A dmoniti Narſete, viro tum principe: totis
I nfundunt ſeſe agminibus: lateq; potiti
I mperio, ſacros è ſe producere Reges,
Q ui populis dant iura, locumq; & ſceptra tuentur:
L ongobardiacæ ponentes nomina terræ.
V t verò Gallis regnum virtute parabat
C arolus, à geſtis cui nomen poſteà rebus
M agno erat, ac latè ceſsit victoria Regi:
H os etiam attriuit capto tum principe, quem ſors
E xtremum eſſe dedit: cum quo gens noſtra peribat
V nà etiam, & Rhetis habitandas tradidit vrbes.
V ltima de Danis progreſſa eſt natio: quos nunc
N ortmannos, patrio prorſus ſermone vocamus, Nortmanni.
C eltarum aduectos ripis, iunctamq; tenentes
L ittoribus terram: quà ſeſe effundit in vndas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

G randior oceanus, ſpectatq́; Aquilonibus Anglos.
H oc genus haud etiam partos mutare penates
S uſtinuit: ſed enim poſtquam iſtas occupat vrbes
C onſiſtit firmum: nuſquamq́; errando vagatur:
S ed terram genijs æqua colit, fatoq́; ſecundo
V ſa ex ſe claros cœleſtia pignora Reges
E dit, & infractos in prælia commodat enſes.
H æc ego certa ſequor. reliquis deferre licebit
Q uam ſibi quiſque fidem cæca in compendia mittit.
Q uanquam haud ignoro vicinis noſtra Borußis
R egna etiam quosdam ſtructis aliquando carinis
E miſiſſe viros: qui ferro ac cædibus iſtic
G raſſati, cùm congreſſos fortuna Maritos
S trauiſſet, certè vxores tenuêre: lareſq́;
A c firmas ſtatuere domos, raptoq́; potiti
E xtremas acto iungunt ſibi fœdere gentes.
S ed ceſſo. Danis varias genitoribus vrbes
E t loca multa coli poterit neſcire, vetuſtos
M aiorum ſi cui libeat deuoluere faſtos
E t perſcripta ſequi. Deus eſt in vtroque parente
S iue hinc exieris, ſiue iſtis naſcier oris
F ata dabunt, vitamq́; ineas & luce fruaris.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHA-ELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER IIII.

H ACTENVS antiquæ fonteſq́; ac ſemina ſtirpis
M aiorũ, & generis primæua exordia noſtri:
P rogreſſuſq́; etiam populorum, caſtra locoſq́;
A tq́; auctas noſtris peregrinas gentib. vrbes:
R ettulimus. nunc te propiori lumine Regem
P rincipibus FRIDERICE dabit mea Muſa videndũ,
E xemplar multis quod ſe virtutibus orbi
I ntulit: è vera ſi tu ratione ſequare
Q uæ ſuperis poterint authoribus æqua videri.
E tſi autem poſitus telæ eſt procul orſus: & ipſis
D ifficile inijcijs fuerit conſiſtere: cùm ſe
P lurima materies tanta in faſtigia plenis
I ngerat articulis, totoſq́; exquirere neruos
E t tentare velit: fretus tamen ætheris alti
P ræſidio, & votis nunquam fruſtratus honeſtis,
H aud animum patiar ſuccumbere: ſiue vetuſtas
E xquiram ſortes maiorumq́; acta notarim:
S eu noua conſecter, quæ te ſub principe noſtras
I mplerint perfecta manus. dabit vtraq́; quo te
L inea non dubijs cantatum verſibus ornem.
Q uanquam quid noſtris opus eſſe fatebere? Regum
I n ſe prorſus habet quæcunque ſit Actio vitam,
E t longum manſura viret: cùm iudice mundo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P roſtet, & à multis vitæ pro lege petatur.
Q uas igitur Reges in ſeſe admittere formas,
Q uid ſtudij, & rerum quæ facta imitarier auſint?
S i quot ſunt oculi qui ſpectant noſtra, tot eſſe
C enſores ſtatuas: equidem non omnia noſtris
A rbitrijs æquanda putes. ſtringenda voluptas,
E t cohibenda manus, frænandaq́; lingua, iociq́;
A tq; ſales nigri, ira, minæ, vindicta, doluſq́;
N equietieſq́; modo ſint definita: proculq́;
S ubmoueas quæ te deformem reddere poßint.
H æc neq; Principibus facienda, nec omnia ſacris
I n chartas temerè ſunt immittenda Poëtis.
Q uin potius ſi quid dicti eſt, vitijúe latentis
I ngratæúe notæ aut operis non ſemper amici,
Q uod leuitas iuuenilis & æuo obnoxius error
A dmiſit: cùm non notum ſiet, eſſe tegendum
C elandumq́; putes. Nam ſi fortaſſe ſub auras
E rupit, crimenq́; palam verſatur ocellos
P ropter, & è blando petitur feruore voluptas:
Q uin iam reprendi totaq́; notarier vrna
D ebeat: haud etiam fas ſit dubitarier. illos
O fficium facere, hæc qui Regum crimina, cum iam
I nnotuêre, graui menſurant lance: nihilq́;
I ndulgent magnis dum culpant fœda Tyrannis.
H eu vitæ quanta eſt ſtudia in contraria labes,
C ùm meliora Dij cœlo diſpoſta magiſtro
P ræcipiant: normamq́; velint ſub legibus eſſe
Q ua viuas, interq́; habeas tua præmia laudes.
C onditio aſt hominum miſera eſt, & plurima multis
O buia vita malis: quæ nunc occaſio, nunc res
I pſæ etiam aut nimium faciles in vota miniſtri
S ic firmant: vt cùm portu videare ſecundo

Subdu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ubductam ſtatuiſſe ratem, minimisq; periclis
C onflictêre, grauiq; nihil diſcrimine viuas:
I am tibi vicino ceu certè è cardine lapſus
I n vitium præceps oritur, ſubigitq; medullas
A ffectusq; mouet, teq; in tua vincula ducit.
S ic inopinanti obrepit tibi morbus: alitq;
I nfœlix natura malum, quo victa perire
A ut doluiſſe queat. Sed enim plorare licebit
M ortali ſua damna viro: ſolarier vnus
E t lenire poteſt, fragilis cui plurima vitæ
E ſt via nota Deo: medica qui vulnera dextra
O bligat, ac grauibus partitur pharmaca morbis.
A t verò alterius quæ ſunt generisq; modiq;
A cta hominum: vt quæ ſunt ſacræ pulcherrima mentis
I ndicia, & viua laudem è virtute merentur:
O mnibus & numeris & toto protinus aſſe
S unt cantanda, proculq; virûm mittenda ſub vſus:
E t magno æternis ſtudio mandanda Camœnis.
N am nil præcipui eſt hominem prauum eſſe. feraci
I n vitium natura agimur: vetitasq; malorum
S ectamur flammas, crimenque licentia gignit.
A t rectum feciſſe & honeſto viuere ductu,
A c formam præbere tuis, quam ritè ſequantur:
H oc opus, hic labor eſt, quo ſe mortalia facto
I ntulerint luci & laudem mereantur ab vſu.
A ut quis Virtutes miracla negauerit eſſe:
C ùm ſcelerum natura ferax deterrima gignat
F lagitia: & ſtudio maledicta in probra feratur?
P ræcipuè cùm Principibus patefacta videri
M ulta feneſtra queat, Qua nil vereantur inepta
Q uæque ſequi: & veluti ſit parta licentia fuco
N equitijsque meris, ita turpia luſibus addant

Proq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P roq; ioco, ſceleri merſiſſe palatia ducant.
  S ed quid ego hæc? cumulo virtus ſuccreſcat, eiq;
A urea Magnates ſubmittere pectora certent.
I ntereà quantum fas ſit complectier acres
E ſerie Reges, abauosq; atauosq; parentesq;
A dijciam FRIDERICE tuos: vt linea conſtet
M aiorumq; gradus, quibus hæc in ſceptra Secundus
V eneris, & qua te celebrent virtute minores.
N ec tamen & cunctos inducam verſibus: haud id
E ſſe neceſſe putes: ſatis eſt ſi proxima totos
P rogenies numeros & honeſtam impleuerit vrnam.
S æpè interrupta eſt ſeries, cùm morte vel armis
E xcuſſi imperijs, iam non ſua nomina Reges
T utari, aut ſoboli ſeruare hæc culmina poſſent.
S æpè etiam arbitrijs ſubmoti ſceptra relinquunt
A tq; alios regnare vident. quin Dania ſæpè
V icinis tentata viris aliquando Tyrannos
S entijt externos. Sed nec mora longa, nec hiſce
G loria multa fuit. nonnunquam fœmina regno
P ræfuit, ac ſacræ pars extitit æqua coronæ.
Q uin ſimul hæc non raró etiam ſibi culmina plures
S ubdere tentabant. Dij quid ſtudijq; moleſti
P erplexæq; operæ ac confuſæ laudis in iſta
S editione fuit? tandem cùm Dania bellis
S æpius externis tentata ac gentibus eſſet,
C onceſſit nulli. Romanos reppulit, acres
T heutones exegit, Gallorum inuicta domabat
A gmina, & inuectum ratibus non pertulit Anglum.
Q uin neq; Nortuagicis Boreasq; colentibus vrbes,
V andalicisúe viris: tumido neq; territa Sueco
S ubiectas præbere manus. fuit omnibus idem
G entibus hiſce animus, regnoq; boniſq; potiri

Dano-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D anorum, ac humeris iuga ferrea condere noſtris.
S ed ſeries rerum non eſt breuis: inde petenda
A primis fuerint ſi noſtra exordia regnis.
S it ſatis hîc igitur ſi quæ ſunt maxima Regum
F acta, & præcipuis Heroibus ædita dicam.
Q uanquam ne illa quidem poterint hoc cuncta referri
O rdine: vt in cunctis nil ſit quod fortè requiras
E xpreſſumq́ velis. lentamus flumine remos,
Q ui ſatis Oceano non ſunt fortaſſe. ſubirit
I ſtuc ſtulticia, & totas agat æquore puppes.
Ergò ego quid Danos à Dano principe nomen
I nijcio ſumpſiſſe canam? vetus illa per omnes
O btinuit iam fama gradus, ſecloq́ priore
C onſtitit. at ſi quid monumenta antiqua reuoluas,
E t veteris ſeriem populi fortaſſe tueri
C ura ſit, & priſcas libeat diſquirere gentes:
D ummodo nil dubijs confidam annalibus, eſſe
H os ego credo Daos: populum ex Oriente profectum: Dani unde.
C eu Cimbros Gotthosq́ iſtinc migraſſe vetuſtas
P rodidit, ac multo iam aſſertum conſtat ab æuo.
Q uo verò huc primùm veniſſent tempore, quanquam
I d minimè èxpreſſum eſt: poſt Gotthos arbitror eſſe
H uc tamen aduectos. quorum cùm ſedibus vti
F ortaſſis vellent communibus, eſſe repulſam
I ntereà paſſos: quòd Gotthis Gotthia ſolis
N il exculta, ſatis poterat vix eſſe videri:
Q uæ populo præſtare domos, agrosq́ ciboſq́
P oſſet, & innumeræ iuſta huic dare pabula genti.
A dueniſſe recens deſertas prorſus in oras,
E t multa ſe clade premi: dum ſentibus arua
P urget, & inſuctam doceat tolerare ſementem.
H aud ſocios igitur ſe admittere poſſe. iubere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xtemplò mutare Daos animumq́; viamq́;,
E t petere ex alio, quà viuant tutiùs orbe.
F orſitan & monſtraſſe locos, vbi plurima vaſto
I nſula ſparſa mari vicinaq́; littora cernit:
Q uæ ſi culta foret, præbere domeſtica poſſet
T ecta viris. non parenti fortaſſe minatos
E ſſe Dao: qui ſi non finibus exeat, armis
S eſe expulſuros. tenuem ceſsiſſe minaci
A rbitrio gentem, & medias veniſſe per vndas,
A c noſtrum tenuiſſe ſinum, qua diues ariſtis
F œliciq́; bono, nunc ſe Sialandia lætos
I nduit in campos littusq́; ſub æquora mergit.
E x illa demum cepit Lollandia, cepit
F alſtria, tùm reliquæ, ſoboles maris inclyta noſtri,
C eperunt terræ, colerent qui rura, ſoloq́;
I nijcerent dextras fructusq́; ſequantur aratro.
H inc natam, Magno quæ latè eſt prodita Sueco
F abula, Gotthorum ſceleratos quosq́;, quibusq́;
N il penſi rectum, nil virtus grata fuiſſet,
E xtruſos patria, vicini littoris oras
I nuaſiſſe: domosq́; inter ſtatuiſſe furentes
O ceani fluctus, vbi nunc ſeſe Inſula ripis
E xplicat ac teretes pandit Sialandia vultus.
S ed nihil iſta viros moueant opprobria: quanquam
N aturæ id tetræ eſt, & nil rationis habentis
I ngentes conflare odium: & quæ lædere poſſunt
A tque nocere, parum prudenti euoluere dicto.
C ertè equidem ſannis, probroq́; ac ſcommate nil te
F œdera moliri, nil confirmare putabis
P ectora, & in ſolidos iunctiſsima mittere nexus.
S ed quæcunque quidem fuerint opprobria, telam
V t permultam odijs poterant ſuſpendere, Sic hanc

Pertexi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Pertexi multo nonnunquam funere cernunt:
Et miſeras lugere domos, ſobolemq́ dolere,
Cùm meritas referunt ſtolidis mendacia pœnas.
Hac igitur Danos cùm conſtet origine primùm
In noſtras veniſſe plagas terramq́ fluente
Incinctam Oceano vertiſſe ligonibus: hos vt
Poſt Gotthos, equidem ſic Cimbros ante putarim
Acceßiſſe: quibus iam primo à fonte benignos
Addictosq́ fuiſſe reor: poſtquam vtraque Suecos
Gens ea crudeles animo & ſenſiſſet acerbos.
Aſt mihi de Cimbris conſtent narrata. quod ipſos
Pertinet ad Danos, num primo Regibus vſi
Inijcio fuerint, an verò ſumma modeſtis
Iudicibus commiſſa ſiet: qui iusq́ ſacrumq́
Partiti populo, ſolidam retinere quietem
Poſſent ac bellis hoſtiles frangere dextras:
Haud ſatis id liquidum eſt: niſi quòd ſententia me me
Huc potior ferat, Heroum vt plerunq́ putarim
Arbitrijs, rerum formas vitæq́ labores
Diſpoſitos. Regum multo pòſt culmina genti
Arriſiſſe: quòd externo tùm Marte coacti,
Vnius imperio, fuerant quæ publica, ſubdant.
Ergo fuiſſe Dais primùm antiquißima Regem
Scripta ferunt Danum: qui cùm ſua nomina genti
Indiderit, longo toti pòſt tempore regno
Impoſita eſſe puto: cùm ſeſe in fœdera Danis
Iunxiſſent Cimbri, & communem in ſceptra Tyrannum
Legiſſent. Humblo fuit hic patre natus, auitas
Qui poſſedit opes, vbi nunc Sialandia priſcos,
Ringſtadij circum pulcherrima rura, tuetur
Ex Humblo colles, veteriq́ è culmine muros
Deiectos, nemorumq́ vſus & plurima cernit

Dan primus Danorum Rex.

S 2 Robora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R obora ſyluarum, domino quæ nomina ſeruant:
M aiorumq́; domos habitataq́; mœnia produnt.
A Dano fuerit variatio quanta vicesq́;
F ortunæ, & quantis ſit conflictata periclis
D ania, non breuibus facilè eſt complectier. inter
H oſtiles etenim ſua cum pomœria turbas
E xplicat, ac geminos hinc atque hinc ſuſtinet enſes:
S eu Saxo infeſtet, ſeu crebros Suecia luctus
I ngerat, ac medios turbet vicinia campos:
S anè equidem varios ſentit patiturq́; labores:
A rdua quos iuſto ſic frangit acumine: ne quid
V el hoſtes terror, vel Danos gloria linquat.
Intereà claros longiſsimo ab ordine Reges
H îc conſtat rerum vel lege vel enſe potitos:
E ximijs quorum ſunt facta inſcripta triumphis.
Skioldus *A ut ego quid Skioldum, forti fuit aurea Skioldo*
Gramus *V irtus, ac meriti virtutem propter honores:*
Q uid Gramum, aut varijs iactatum ſortibus æui
Haddingus. Frotho. I. *H addingum? quid Frothonem, cui dextera nomen*
L arga dedit: dum pauperiem tolerantibus, auro
C onſulit, ac preſſos reficit bonus ære clientes:
Roe, a quo Roskildia *D enique quid memorem, quo ſe Roskildia primùm*
T ranſlatam Rege, & vicino in littore iactat
F unditus extructam: glacies vbi nomen amœno
I mpoſuit ſinui, curuasq́; extendere ripas
E t variare dedit? planè eſt ingentibus aucta
V rbs ea noſtra bonis: quam cùm ſitus ipſe fretiq́;
V icini fructus, tum priſca palatia Regum
T emperiesq́; loci, & patrij clementia cœli
C ommendat. cui perpetuas ſcaturiginis vndas
M ultiplicat natura: ſacris cum fontibus eſſe
F ælicem ac viuo ſpectari gurgite donat.

Sentijt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S entijt hæc Regum funeſtos ſæpius enſes:
B ellorumq́; adeò flammis concuſſa, ruinas
T raxit: & excelſo velut acta à culmine multas
Intereà ſordes indignaq́; vulnera cernit.
A ſt aliquem rurſus ſub te FRIDERICE *nitorem*
A ntiquumq́; iterum reparat decus, æmula magni
E ximijq́; operis: quo ſeſe attollere rurſus
P oßit, & in priſcos inducere culmina vultus.
V tq́; Euangelio ceßit perſuaſa, ſalutis
D octrinam veris deductam è fontibus vltro
P romouet: ac ſtudijs exculta fidelibus vrget.
H îc operam Pauline tuam & gratißima præſtas
O bſequia: æterno quæ Chriſto ſubdita iuſtis
M otibus incedunt: vbi nec violentia, nec te
D ementat rabies, neq; fracta modeſtia ſacris
A ſpergit labem & turpißima vulnera Muſis.
S ed poſtquam ingenio faciliq́; vſuq́; polito
E xſuperes, moderata probas: ſtudijsq́; quietus
D iducis placidos inter tua tempora mores,
T ranquillus mentem. poſt Roë ſceptra Rodolphus Rodolphus.
N oſtra capit, vir munifico gratißimus vſu:
Q ui faciles præſtat cum fortè rogantibus aures
N il ſuſpendebat vel egentia pectora ſtultis
P romißis: vel quæ fuerant promiſſa, ſinebat
I n multos prolata dies animumq́; fidemq́;
E xcruciare. equidem afflictis mora ſemper acerba eſt,
E t ſuſpecta viris. tum verò haud triſtius aulis
A fflauit Styx atra malum: quàm pectora vanis
L udere promißis: aut non præſtare fideli
V elociq́; manu quæ ſunt condicta: quòd iſtam
I ngenij laudem ſiue interuertere, ſiue
T ollere gnatones ac deformare laborent,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R egibus indignam ſtudioſi aſpergere labem
E t fœdas cumulare notas: quo deinde veneno
E xoſam princeps ferat in ſua funera vitam.
Intereà nihil hij ceſſant, quocunque periclo
E t quacunque via ſibi conſuluiſſe molasq;
I n proprias omnem penitus deducere lympham,
E t Regum vincire manus, ne optata ſecundent
A fflictis, & quæ fuerint promiſſa ſequantur.
N on mora quapropter multa interuenerit: aſt quæ
S unt condicta, velis non irrita mentibus eſſe,
Q uæ nunc arrectæ ſpe ſuſtentantur: honeſtum
C ùm de te tali confidere principe ducant.
Hottherus. Othinus
Q uid verò Hottherum? quid Othinum adiecero? ſtultis
A rtibus hic ſacras regni affectabat habenas:
A tq; Deum faciles inter ſe geßit alumnos,
D ementans ſtudijsq; viros famaq; Monarchas,
D iuini vt quiddam poterint tribuiſſe videri:
D um ſceptris ornant, dum quartam è nomine lucem
E uulgant, ſummosq; inter dant ſtare Tyrannos.
S ublatum ferro cùm læta Fionia buſtis
I nferret, primum tum diues Otonia Regem
C eſpitibus texit, memorandam vbi virginis ædem
C hriſtiparæ rapidum propter ſpectaueris amnem
D iductas cœlo & proferre cacumina turres.
Amlethus.
S uccedunt plures. Amletho fata ſiniſtras
O bijciunt non æqua vices. ah multa neceſſe eſt
F erre virum, cuicunque dolet quod ferre neceſſe eſt.
A ſt animi prodat neq; te impatientia, nec te
I ntempeſtiuis ſubuertere motibus, & rem
A nticipare velis. frænos ita temperet vſus,
V t tibi non dubijs conſtet ſapientia neruis.
I ntereà fati ſi quid fortaſſe ferendum

Aſperioris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ſperioris erit, fracta non mente ferendum
E ſſe putes. vbi conſilij fons primus honeſti
H ic fuerit, Si diſsimules, animoq; modeſto
P ertuleris, tibi quod fortunæ iniuria duris
L egibus obiecit ſtudijsq; ingeſsit amaris.
S tulticia eſt contra rumpendo nitier. hoſtes
I nterdum vincit qui prudens ceſſerit. horæ
M omento, ſi quid te forſitan æquus amarit
I uppiter, ac ſolidam haud fregêre pericula mentem:
S ors melior fragiles reuocata luce tenebras
A rceat, ac læto triſtem te fine bearit.
H îc animus fructum patiens feret. omnibus æuum
A bſoluit numeris: qui nec ſibi pectora frangi
A duerſis patitur, nec proſpera propter inanes
S uſtulerit criſtas rebusq; pericula gignat.
C edendum eſt fortunæ, vt cùm fortuna ſequatur
H aud cedas. iuſta penſat Deus omnia lance,
H oc etiam, quòd te patientem iniuſta coronet.
P oſt hunc Imperij Faramundus ſceptra gerebat, Faramundus.
V ir magnus, claro ſed gnato maior: honeſto
Q ui geminos firma certè virtute duello
O btriuit pugiles, patrioq; interritus enſe
A ſſeruit patrios ſapiensq; & fortis honores.
E x illo, aſt aliquot gradibus tamen, auſpice cœlo,
S uccedit rigidis Frotho inuictiſsimus armis Frotho II.
I uſticiaq; pari, & nulli virtute ſecundus:
Q uæcunque humanam decorauerit inclyta gentem:
H ic omnes, dudum qui præceſſere Monarchas
F ortuna vicit, regnisq; potitus, & armis
E xſuperans. Sed enim puerili ætate gerendum
C ùm caperet regnum, varios tum ferre coactus
M ultorum mores vacuam virtutibus aulam

Pertulit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Sub Rege puero nil ſanios malè ſenatos aulicos.

P ertulit, ac dulci ſubuerſam crimine pandit.
H eu quantum labis ſcelerumq́; ac peſtis inultæ
E ſſe neceſſe ſiet, puero ſi tradita Regi
S ceptra, poteſtatem rerum quodcunque gerendi
I gnaro faciant, conſtetq́; licentia: qua quod
C ollibeat nulla reuocatus lege ſequatur:
E t temerè aſſenſu quæ ſint deterrima, firmet.

Aularum mos.

H ic vetus aularum mos eſt, & cognita damnis
C onſuetudo, parum ſyncera mente fideq́;
P ublica lucra ſequi: dominis illudere, rerum
M omentis ſtolidæ contemptu ætatis abuti:
E t quodcunque ſtruant, ſimulato mergere vultu.
C um dominos igitur tractare & vellere norunt
O fficijsq́; animisq́; mali: iam nulla deinceps
O fficij ratio eſt & honeſti cura laboris:
S ed pietas aulis vitæq́; modeſtia prorſus
C eſsit, & in vitium patefacta licentia regnat.
I lludunt alijs alij, deriſa labaſcit
V irtus, & ſcelerum quodcunque impunè frequentant.
A rbitrio leges paucorum vſuq́; feruntur:
L uxuries pretio eſt: iniuria libera, qua ſe
M agnificè extulerint, dum quoſuis cæde, bonosq́;
P ræcipuè affligunt: dum pellunt ſedibus æquo
C onſilio ſanos: meritis dum iuſta negarint
P ræmia, & à vera ſubducunt pondera laude.
Q uin obſiſtentes diris conatibus auſu
H aud impunito ſubigunt, vinclisúe cohercent
E ffictisúe grauant odijs: plerunque modeſti
A ſpectu, cùm ſint animisq́; auſuq́; ſuperbi:
A tq; aſpirantes celſa ad faſtigia, ſi quos
A ut locus, aut prodat ſcelerata occaſio motus.
Q uidúe & inhumanos peregrina ad commoda mores:

Internasq́;

I nternasq; odij labes & feruida ſannis
P ectora, quid naſo ſtudium ſuſpendere dicam?
D eniq; nil ſani eſt puero ſub Rege: cui iam
A rbitrium ceſsit latiq; potentia regni:
E ximijs Procerum niſi ſuſtentatus habenas
C onſilio & grata prudentum lege tueri,
A ut laxare queat. tali Reſpublica ſeſe
O rdine confirmat: toto tamen ordine ſi nil
S pectetur, niſi quo conſiſtant publica lucro,
O ptandamq; ferant regnorum in culmina pacem.
S ed quid ego hæc? equidem Frothoni iniuria pridem
M ultorum ſtudijs faſtuq; oſtenſa, quòd eſſet
I udicio atq; ætate minor: poſtquam auctus in annos
P rogreſſus faceret, meritis penſata grauiq;
S upplicio diros aularum monſtra clientes,
I ndomitosq; canes domuit: ſcelerumq; miniſtros
I n ſcelerum pœnas reuocatis legibus egit.
I nde animum bello adiecit, regnisq; ſubactis
A c populis, pacem perſuaſit gentibus: vna
H ac re etiam fœlix, quòd cùm per multa viarum
C ompita ſparſiſſet formis rutilantibus aurum,
I ntactum à cunctis iter hàc facientibus eſſe
C omperit. Sed enim nihil omni à parte beatum
E ſſe poteſt. Lecto crimenq; nefasq; iugali
I ncidit, ac vetitos Reginæ pertulit ignes.
C ætera proſper, & inuictis rigidiſsimus armis,
C onſilijsq; bonus: cui magnæ plurima terræ
C eſsit & infractos aduexit portio faſces.
H ic regnum in Danis cum geſsit, publica mundo
E ſt exorta ſalus: cum nato è virgine Chriſto
O mnibus affulſit vitæ lux certa beatæ:
O ptatamq; diu exhibuerunt ſidera pacem.

E xtincto inferijs ſeruitum eſt, VVera fluentes
Q uà pons ſpectat aquas, Boreæq́ alludit: vbi ingens
E tumulo dorſum ſpacijs protenditur, & ſe
I mplicat in collem multiſq́ infercit arenis.
S anè equidem locus hic planè eſt gratiſſimus amnem
P ropter: & obſcuro nuſquam pars ſubdita cœlo.
S ed miſſa hæc faciam. longo pòſt ordine multi
S ucceſſere Duces, qui Regum nomen adepti
P ræcipuam bellis operam fortiq́ dederunt
M ilitiæ: dum nunc Anglos, nunc regna Curetum,
N unc Sueones, nunc Nortuagios, nunc Saxones armis
(S iue irrumpentes noſtra hæc in littora: Siue
Q uæ pridem victi ſubijſſent vincla ſuperbo
L axantes animo, ſeq́ in noua damna ferentes,)
O fficijs parere docent iuſtumq́ tueri.
A ſt quàm bella diu externos tentabat in hoſtes,
E t ſtudium proferre fuit pomœria regno:
T am fortuna diu noſtris fuit æqua: dabatq́
S ucceſſum, & bellis æquatos auxit honores.
V t verò in proprios verſa eſt contentio faſces,
I nternumq́ odium peperit ſcelus, extima certè
N on tantùm nutare: ſed hæc interna periclis
S unt immerſa ſuis. patuitq́ iter omnibus vnum
F lagitijs: donec verſis in mutua telis
V iſcera ciuili concurſum eſt milite: quo ſe
N obilitas, Regumq́ genus ſerieſq́ vetuſti
S anguinis oppreſſit: petulantis furta puellæ
D um tegat, aut ſtultis Hagborthum vindicet armis.
Q uid verò immani partum eſt nece? prima proteruis
H oſtibus hoc aucta eſt noſtro petulantia caſu.
M ox etiam extinctis regni melioribus, huc res
E uaſit, Seruis vt Regia pareat. hij cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ndignamq; leuemq; ferant in culmina ſortem:
N ec ſatis ingenio, nec re, nec deniq; præſtant
F ortuna: & patrio non exæquantur honori.
P ræcipuè verò populi ſi inſania multos
E uehit, ac Regum tractare negotia mandat,
I nſtructos parili tanta ad commercia ſceptro.
N am ſi vnum fortaſſe legunt, quem plurima veris
L audibus extollit facta ob pulcherrima virtus:
S i tamen vſus erit, non huic vel vile nocebit
E t ſeruile genus: populi vel vota reſcindat
P auperies: poſtquam virtuti militet aurum,
E t regnum obſcuros tribuat florere penates.
N ec rem ambage ſequor. poterit tibi Quintius eſſe
E xemplo: poterint quos celſa Polonia Reges
E populo legit, poterit Goſtauus, & Anglis
N otior Arturus: quorum virtutibus ætas
E nituit, ſic vt dignos gens eſſe putarit
I mperio, ac meritos caperent in præmia faſces.
M ulti igitur cùm ſint vno pro Rege Tyranni
I n regnum ſubuecti: equidem cui Dania fato
T um fuerit ſubiecta, vbi quiſque tuetur adeptam
R egnorum ſortem, vicinaq; iuſſa repellit:
E x ipſis rerum poterit conſtare periclis:
Q uæ ſi non magna, at certè metuenda fuiſſent
E t patriæ vicina malo: cùm caſtra ſecutis,
I mperijq; auidis, plerunque in fœdera conſtet
R ara fides: dubiaq; ſinat ſe lege teneri
A mbitio. Sed enim grandi nos fœmina damno
V t laſciua quidem affecit: dum propter amoris
I ngrati flammas ſceleratos merſit in enſes
H eroum ſobolem, & noſtri ſacra pignora regni:
S ic Gyritha nouum patrias ceu lumen in vrbes Gyritha.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ntulit: oppreſſæ dum reddit ſemina ſtirpi
R eſtituitq́; genus: priſcoq́; palatia ſceptro
M unit, & vnius reuocata ad culmina firmat.
E ditus hac etenim eſt, qui ſi abſque Nepote fuiſſet
Haraldus Hyldetand.
H araldus, fœlix certè potuiſſet haberi,
P ræſtantes tranſgreſſus auos: cui plurima læto
S pirabat fortuna gradu: dum iusq́; fidemq́;
A ſſerit, ac bello vicinas ſubiugat vrbes.
H ic ille eſt, qui militiæ ſtudijsq́; manuque
I nuicta clarus, Sueonum victricibus armis
C oncidit, ac multùm ſcelerato Marte peribat:
C ùm Brauellinis fortuna appenſa periclis
H araldo mortem, Ringoni læta ſalutem
Hettha virgo et regina Daniæ.
A dferret. Mox Hettha gerit fortiſsima regnum,
V irgo quidem, ſed dura manu belliſque ſuperba:
E t cui fœmineo ſub maſcula robora ſexu
S ic natura dabat, dignam vt gens Danica ſceptris
D uxerit, ac meritis ornarit honoribus æuum.
P oſt illam gradibus non paucis plurima Regum
Gotthricus
E xtracta eſt ſeries, donec commiſſa veniret
I n dextras Gotthrice tuas: quem Gallia bello
T erruit, ac varijs agitabat Carolus armis,
F ruſtrà etiam: cùm tu quaſſatum cladibus enſe
R eppuleris: feriaſque manu victumue fugaris:
A ut multo interdum ſtratagemate prælia tollas.
Heningus
S ublato gnatus, gnato ſuccedit Heningus:
C ui quanquam eximij tribuant nihil acta, perinde
V t qui exegiſſet tacitum vir inutilis æuum:
R e tamen vna equidem meritò eſt celebrandus, honeſto
Q uod proprium Danis diſtinxit limite Regnum
S axonicis ſemotum agris: vbi plurima campos
P ropter, & incertos propter contentio fines

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xtitit. hanc igitur Ludouico Cæſare cauſam
E xpedijt: fluuio Eydora, qui terminus eſſet
I mperio, & geminas hinc atque hinc diuidat oras,
D ecreto. Boream quodcunque inde aſpicit, eſſe
D anorum iuris: ſint cætera Cæſaris, Auſtrum
Q uæ diuerſa petant noſtriſq; à finibus abſint.
E t momenta quidem ſunt iſta ampliſſima regnis,
C onſilio non cepta leui: cùm ſarta beatam
C ontineant pacem, gentemq; à gente ſequeſtro
L imite diſtinguant, patriæ & pomœria monſtrent.
H unc vbi ſubmouit confectæ linea vitæ,
R egnero ſors regna dedit, qui quartus ab illo   Regnerus Lodbrog.
E ffera multiplicis fortunæ lumina ſenſit
I nfractus. quo, ſi tribuat conſtantia laudem,
D ignior haud alius laude eſt. ita temperat omnes
F ortunæ articulos, ne ſi fortaſſe vacillet,
A bijciat mentem, & ſtudia in contraria vertat.
A ut ego ſtulticias hominum quid conquerar? vt qui
I pſi etiam ſeſe euertunt, dum plura ſequuntur,
Q uàm quæ mortalis poterit natura tueri.
H aud multis opus eſſe putes, vel Regibus ipſis
S i prudenter agant, & quæ ſunt tradita veris
D iſpenſent rationibus. eſt ſua multa ſubinde
P ernities multis, quos cùm neque meta, nec vſus
O fficij teneat, latè nituntur inani
S e titulo proferre: ſtudentq; ingentibus orbem
A mplecti vinclis rigidoq; paciſcier enſe.
A t quid in his magni eſt? quos tanta potentia fructus
G ignit, & in quanto poſita eſt ea gloria lucro?
S cilicet in tumido verſantur vt æquore puppes
I ncertæ quò vela ferant, vti carbaſa laxent
I nſiſtantúe fugæ, portusúe ac littora prendant,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ùm nox incubuit taciturnis cæca tenebris
A duerſiq́; ruunt lenta in prymneſia venti:
S ic Regum miſera eſt lacrymiſq́; æquanda profuſis
C onditio, multis cum præſunt gentibus. eſſe
F ælices etenim cunctas cum velle putandum eſt,
Q uî cunctas ſaluare queunt? præfectus obibit
A n pro Rege vices? Pater es Rex: haud tua credas
P ignora chara lupis. aliquid rationis in ipſo
E ſt genitore, nihil gregibus fera beſtia fractis
P arcit: & immani cumulantur funera rictu.
Q uorſum igitur captantur opes, quibus vtier ipſe,
N ec ſeruare potes? ſpacio breuiore quieſcas,
E t tibi quæ fuerint meliora, ea lucra ſequare.
V t nihil id memorem, gladio quæ parta tueris,
I nfirma nimium dextra te & lege tueri.
L ibertas etenim cùm ſit res grata: coactis
N equicquam frænos impoſtaq́; vincula mollit.
P ræcipuè ſi te dominoq́; ac principe longis
A ut ſpacijs abſente, aliena aut regna ſequuto
Intereà careant: nec ſit fortaſſe facultas
V iſendi, & coram quæ ſunt aduerſa querendi.
T ùm verò interius ſuccenſos vertier ignes
E t flagrare putes: ſi ſit qua occaſio, certè
O cius erumpent, teq́; aut ſe perdere certent.
R egnero ſit Rege fides: quem Hibernia captum,
F lorentem regnis, ſeq́; ad ſua regna ferentem,
S ic ſtrauit, nihil vt truculentius arbitror eſſe
A quoquam factum. ſapiant hac clade Minores,
C ontentiq́; ſuis aliena inuadere ceſſent:
N ec procul amotis infigant pectora regnis.
Q uin potius quæ parta tenent inuiſere multùm
S olariq́; velint. melius ſeges iſta quotannis

Proue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P roueniт, artifici quæ dextrè adiuta labore
A d Domini lætos cumulat veſtigia fructus.
D efunctum ſoboles meritis cruciatibus vlta eſt
C ompacto in pœnas Hella: cui funera duro
V ulnere molti perarârunt ſtipite dorſum,
I nſcribuntq; notis Aquilam, gelidumúe colubrum:
Q uem ſalis immiſsi cum crebra aſpergine tondent,
M ultiplicant triſtem miſeroq; maloq; dolorem
T antiſper, donec confuſis ſenſibus eſſe
D eſijt: ac fractos ſubijt mors lenta ſub artus.
Intereà varijs iactata eſt Dania bellis:
E t graue multiplici fatum ſub ſtrage luebat.
C eu fit cum proprijs abſunt Capita inclyta regnis,
A tque aliena petunt ſtudijs agitata ſiniſtris,
I ncertoq; adeò euentu: cùm pace liceret
V tier, ac placidum cumulare Seneſcere regno.
A ut quid ego Haraldum, primus qui nomina Chriſto — *Haraldus Klak.*
H os inter Reges, noſtris qui gentibus olim
I mperitare, dabat? quid Ericum auſuq; Tyrannum,
P ropoſitoq; ferum, & ſcelerato milite fretum
H araldi fratrem ac deterrima pectora, dicam?
Q uid plures etiam? qui cùm deſerta viderent
R egna, vel in prædam ceſsiſſe audacibus, iſtud
T entandum ſibi duxerunt: quòd maxima ſcirent
N on niſi permagnis expleri facta periclis:
E t varios talo nonnunquam exiſtere vultus.
H æc tamen oppreſsit Regnerus monſtra: vel ipſi
M utua vulneribus peragebant fata Tyranni
E medio ſeſe tollentes. qualis Erico
G otthormoq; fuit ſceleratos finis in auſus:
C um ſe commiſſo ſtrauerunt Marte, genusq;
R egium, & è veteri reparatam ſtemmate prolem

Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N unc iterum abſumunt gladijsq; in funera mittunt.
R es verò meritis digna eſt ploratibus, eſſe
H anc animis noxam, & cæcas ita feruere mentes,
V t quæ aliena ſient, & non ſine clade petantur,
A ppetere, & totis contendere viribus auſint.
S cilicet & regnis fato eſt proſpectum. at in illa
S i te etiam cœli ducit ſententia, regno
Q uin potiâre, nihil prorſus dubitaueris. aſt ſi
I nuito tentes molirier arma Tonante,
A tque optata quidem quæ ſunt, vt prendere certes:
P lanè infœlices adduxerit alea iactus,
E t voto excuſſum te ſors aduerſa relinquet.
Q uin obfirmato ſi quid tamen enſe ſequâre
A pprendasq; : licèt primo tibi ſpondeat ortu
N eſcio quos rerum longa in compendia fructus,
A pplauſuq; beet, magnisq; arriſerit auſis:
H aud tamen extremo penitus lætaberis actu:
C ùm ſaltata ferat certos tibi fabula planctus.
S iue etenim è medio rapiant te fata Tyrannum:
S eu triſti afficient extremos fine labores
C arceribusq; premant, aut dura morte necarint:
T antundem eſt. documenta dabis, non ſidere tete
F œlici alterius fortunæ immittere dextras:
E t rapere inuito quæ preſſes regna Tonante.
H aud igitur temerè irrumpas, quo iuſta vocatum
T e minimè inducit populis cenſura. quietum
S ubde animum cœlo, & præſentibus vtere. nil tu
E xternis moueare: niſi huc te Numina certis
I ndicijs cogant, regnumq; capeſcere mandent.
O ppreſſis igitur, qui noſtra hæc rura Tyranni
V exârant, iuſſu patriæq; ac plebis Erico
S unt data ſceptra: quibus patriæq; ac gentis honorem

Ericus Infantulus, initio Christianorum persecutor, postea ipse Christianus factus.

Aſſerat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ſſerat ac iuſta factorum lance gubernet,
R egnero prognatus auo: cui Hibernia fatum
I nter crudeles compleuit dura colubros.
H ic igitur regno poſtquam eſt admotus, auitæ
H æredem impietatis agit: Chriſtoq; dicatis
V incla neceſq; ſtruit, monumentaq; publica ſacros
T emplorum ritus, & honeſtas cultibus ædes
D eſtruere, ac leuibus ſatagit dare pulpita flammis.
H araldi ſtudijs etenim ſacraria multis
I am pridem conſtructa locis, pietatis alebant
S emina: quæ ſummis dum viribus opprimit, omnes
T erret, & immiſſo pauitantes milite ſternit.
H æc regni facies geminis triſtiſſima luſtris
C um patriam exercet, multis affecit honeſtos
E ximioſq; malis: tanto violentior, hanc quo
M aiore ingenij complexus acumine, nullis
N ec ſe Rex curis nec patrum voce moneri
S uſtinuit. Sedenim cùm nil humana bearint
P ræſidia, è cœlo præſtò eſt defenſio: ſi te
S ubijcias cœlo, & ſtudeas pietate Tonantem
A ſſerere. His etenim cum moribus inſtat Ericus
S acrorum turbare operas, belloq; cruento
P erſequier, ſubita Anſgarius ceu luce refulcit
I n Danos complexus iter: cùm proximus eſſet
C imbrorum terræ, vicinaq; rura moneret,
V erbum Euangelij & cœleſtia ſemina ſpargens.
I lle vbi veniſſet: quanquam nihil iſta periclo
R es caruit, forti Regem tamen obuius auſu
A ccedit populumq; iubet regniq; potentes
A cciri. ſeſe miſſum, qui vera ſalutis
A dferat in Danos accenſaq; lumina tradat
A dmonitis. Sedenim turbis coeuntibus, vt ſe

Ansgarius primus Evangelii apud Danos Minister et propagator [illegible] Erico infantulo Rege Daniæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xpedijt : verbo cepit ſuadere quietis,
V t ſaperent. Errori etenim ſatis hactenus eſſe
I ndultum, & trucibus veſtigia fixa tenebris.
N il animis ſupereſſe boni, ſi Idola ſequantur:
D æmonijsq́; ferant, quæ ſunt ſoluenda Tonanti.
E ſſe Euangelio lucem, quæ plurima mundo
C ùm niteat, multos equidem ſanctiſsima Chriſto
A ttrahit: ac lato populorum nomine regnat.
H uc veniſſe igitur ſeſe, qui voce vocatos
I nuitet, iungatq́; Deo: baptiſmate gratos
A bluat, ac ſacris mundatos ritibus armet.
O rare, vt tantæ ſit mens obſtricta ſaluti
A dmittatq́; Deum, qui verè eſt vnus: & iſtud
C ondidit, æterno quod lucet lumine cœlum.
N on Idola Deum ſtatuant. ſunt cæca virorum
E t funeſta opera, illudant quibus infera Chriſto:
I mpediantq́; hominum hæc hominum figmenta ſalutem.
E ſt Deus, hanc nobis qui clara in pectora mentem
I nſeruit, vitamq́; dedit ſeruatq́;: bonorum
A utor, & indignos qui nos bonitate paterna
A cceptat, tollitq́; odium, & peccata remittit
G ratuitò, Gnatum propter: quem iuſsit in haſce
M e deferre plagas, veſtrisq́; inducere regnis.
A dſum igitur, mandata ſequor. ne ſpernite quo vos
O bligat, ac ſolido iungit ſibi munere cœlum.
S unt etiam gentes aliæ, quibus iſta placebat
I nijciò doctrina nihil. quin dura rudisq́;
E t patrijs aduerſa dijs eſt viſa: ſed illis
P oſtquam eſt explorata, animisq́; inſedit: honeſtos
E xijt in fructus, vt vitam impendere malint
H ac quàm doctrina & tali ſpoliarier auro.
S anè ego me vadem in capitis diſcrimina præſto,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S i doleat, Chriſto mentes ſacraſſe. periclum
H ic facias licet, & ſi quid non vera locutum
A rguere, & meritò poſsis reprendere, meme
D ede neci, & fictæ ſit mors mihi præmia linguæ.
V ix ea finierat: dubio cum murmure cætus
I nſonuit. multi ſuſpenſas ducere mentes:
M ulti hanc actutum doctrinam, & fœdera cœli
A cceptanda monent: alij quibus ipſe mouebat
S piritus aſſenſum, conuerſaq; pectora iuuit,
N il diſceptandum ſibi tanta in luce putabant.
A ſt irrumpendum, & contemptis ſacra periclis
A dmittenda canunt. vitæ diſpendia noſtræ,
Æ ternæ penſanda bonis. ſi fortè luendum
S upplicio factum & ſcelerato rege cadendum eſt.
S ic dixêre. igitur concurſum eſt, omnibus vno
O re petentibus, vt ſacro Baptiſmate præſul
A bluat: ac ſolido deuinctos fœdere, cœli
P articipes reddat: tantoq; è pignore Chriſto
C opulet æterno, ſeq; in noua gaudia mittat.
A nſgarius fidei poſtquam ſacra dogmata multo
A ſsiduoque labore etiam ſparſiſſet, eoſque
F irmaſſet precibus, vicinis admouet vndis
I mmergitque Deo: veteriſque piamina vitæ
T ollit, & in ſuperûm lotos commercia iungit.
V t verò ægrotos etiam turbamque moleſtis Miracula
A ffectam morbis dextraque ac voce lauacro Ægroti convaleſcunt.
E xpiat, ac ſacris aſperſam ritibus ornat:
S anè equidem euenit morboſque ac plurima multis
V lcera ſanari. languoribus excidit auctus
M ultiplici languore dolor: rediįtque ſub artus
V iuida temperies, membriſq; potentia creuit.
Q uin verò horribili ex alijs clamore Sathanas Sathan fugatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xijt, ac queſtus ſe Chriſto vindice pelli
Q uaſſabat fremebundus aquas, factoq; tumultu
C eßit, & aërios inter diſparuit orbes.
M iraclis commoti omnes, iam quiſque petebat
B aptiſmum, ac totis doctrinam aſſenſibus vrget
S ollicitus. Regi res protinus auxit amorem
R elligionis: & Anſgario ſua plurima faſſus
C rimina, præterita noxasq; ac geſta iuuentæ
P lorabat. Sedenim ſolatus voce Monarcham
N il, ait, humani eſt homini, qui ſidera ſpernit
A duerſusq; Deos crudeles incitat enſes.
V erte animum in melius, cœloq; paciſcere vitam:
V t deinceps quæ recta colas, quæ ſancta ſequaris.
N unc tibi flagitij pondusq; ac iura prioris
C ondonata putes. baptiſmo accingere, quo te
P ignore ſuſceptum cœleſtis gratia firmet.
D ixerat. intereà communes venit ad vndas
R ex etiam, aſpergi ſacro qui fonte petebat
C orpus, & internas deleri hoc munere ſordes.
A blutum monet Anſgarius, non eſſe Tonanti
L udendum. melius cœleſtia iuſſa repelli
I nijcio, quàm cùm ſint acceptata, procaci
F aſtidiri animo: & cùm ſis ad maxima ſponſor
F actus, inhumano promiſſa reſcindere nixu.
R es ea ſupplicijs nunquam caret. aſpice quo te
E ſſe ſatum fatearis auo: quid perdidit illum?
Q uid colubro obiecit? quid acerbi carceris vmbra
A bſumpſit? poterat veſtris Regnerus in oris,
I n patrio hoc regno, & coniunctos inter amicos,
E xtremam poſuiſſe animam. ſed Numina pœnas
O btritæ pietatis in effera pectora poſcunt:
I mmanemq; alijs immani funere tollunt.

Fide

F ide Deo, ac animum virtutibus imbue: ſæuos
A bijce ſuaſores, neque te dementia Chriſto
S ubtrahat: aut mentem tibi blandi in crimina vertant.
I nde Euangelio datus eſt locus. arbitror illo
P rincipe nil maius noſtros habuiſſe. Tonantem   *Fructus reſipiſcentiæ.*
A mplexus ſolido pòſt pectore totus adhæſit
C ultibus ætherijs: templis induxit honorem,
D octorumq́; operas cumulato ſarcijt auro.
T ùm pacem regnis peperit: longaq́; ſenecta
O rnatus firmis retinebat viribus Anglos,
N il detrectantes ſancto parere Tyranno.
H ic igitur noſtris Pater eſt & origo Monarchis,
A quo ceu primo deſcendunt fonte ſequentes
D anorum Reges, vitæq́; exordia ducunt.
D efuncto, varijs pietas agitata procellis
E t varias experta vices ita conſtitit: vt nunc
I ntegra durarit, nunc toto pulſa theatro
V iderit horrificos inter noua funera luctus.
D onec in Haraldum, cui tum fortaſſe colore   *Haraldus Blaatand.*
C æruleo ſparſi tribuebant nomina dentes:
I mperij venit ſeriesq́; ac linea noſtri.
I lle equidem vixit claris vir honoribus. & cùm
M axima ſolerti tentaſſet prælia ductu,
S axonicis iuga dura viris imponit: eoq́;   *+ sc. Ottoni Magno*
I nduperatori bilem certamine mouit,
V ſque adeò: vt bellum Danis molitus, in ipſam
S e Cherſoneſum ſcelerato infuderit enſe,
F eſtinans. ſed enim Hallandis excitus ab oris
H araldus, latè vaſtantem prædia fudit
E xegitq́; virum: quosdamq́; oppreſſit; & vltra
I mperij fines violentum depulit agmen.
R es tamen egregio ſopita eſt poſteà ritu:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t coiêre animis Cæſarq́; & Danus: vt hic ſe
P erfundi ſacro Baptiſmate paſſus amicam
C um Latio ſubijt fraterna in fœdera pacem.
H ic ille eſt ſolido primus qui Cimbrica vallo
M unijt arua, ſoliq́; ingens è corpore dorſum
E ruit, immani quòd ſe curuamine longos
I ncitat in tractus, mediumq́; perambulat Iſthmum:
E t maris eoi ripas cum littore iungit
H eſperio, ac tenuem Scleſuici reſpicit vrbem.
A nglica quin etiam poſſedit regna: viroſq́;
C ùm poſcit præſtatq́; fidem, multo vtitur æuo
T ranquillis. ſanè Imperio neruusq́; ſalusq́;
E ſt, non fracta fides. hàc ſe gens æmula magni
I pſa etiam regni, patitur tamen omnibus æquam
L egibus aſtringi: cùm nil videare moleſtus
E ſſe, quibus quæ ſunt promiſſa, fideliter imples.
V t pacem imperio peperit, mox ſacra paterno
C omplexus ſtudio doctrinam vſumq́; ſalutis
P romouet, ac diuas inſcribit honoribus ædes.
Q uin templum extruxit, quo nunc Roskildia ſummo
M agnificè lætatur: ineſt cui multa venuſti
S pectandiq́; operis forma & diductio: qua vel
I nclinata baſi teſtudo, vel obuia pilis
C ongeries prono capitella in ſaxea limbo
S idit, & infractis epiſtylia molibus vrget.
R edditibus ſed & auxit opus, quibus addidit ætas
P oſterior, larga quòd tu fateare bilance
A diectum, decreta viris ceu præmia, qui vel
M uſarum ſtudijs primam excoluêre iuuentam:
V el ſacris operati, animoq́; fideq́; Tonantem
S upplicibus prendunt votis curaq́; ſequuntur.
H eu quid flagitij eſt, audaci publica facto

Contemptis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ontemptis violare Dijs: quodq́ eſſe parentes
M aioresq́ tui pretium voluêre mouendis
A d magna ingenijs, ſcelerata carpere dextra,
P rærepta mq́ alijs in te transfundere meſſem.
M ulta equidem nobis ceu iure admiſſa licere
E xpetimus: ſed quo tu alienum iure reſcindas
A rbitrium, patriæ quod publica fructibus auget
C ommoda, & eximios regnis cumularit honores?
S ed nihil hæc etiam peperit mens effera lucri,
N ec pariet. Dulcis fortaſſe videbitur eſſe
P anis: at extremo peſſundat Barbara luctu
P ectora, & inani rapientes ſtrangulat igne.
D enique Pontifices Cimbris partitus, obibat F.: Episcopatum Slesvicensem, Ripensem, Arhusiensem, et Otthoniensem fundavit.
S ic, vt Martyrio ſit penè affectus. honeſtum eſt
P ro patria niti, ſtudijsq́ augere ſalutem.
S ed quanti id fuerit, neque multi prendere poſſunt,
E t nolunt curare: quibus res deniq́ fatum
H æc ipſa infœlix meritis pro talibus infert.
R es in conſpectu eſt, neque longè exempla petantur.
H araldi ſed enim cùm indignè facta tuliſſent
N obilium quidam: ſacris quòd deditus eſſet,
E t pietatis opus patrias proferret in vrbes: + Svenottoni sive Svenoni Tvirskeg.
P ercellunt animum Gnato, monitisq́ fatigant
A ſſiduis. quid enim? defectum ætate parentem
C ur non ipſe iuues? aut ſi potiora putentur
S ceptra, quid hæc dubitas violenta inuadere dextra
F ortunamq́ ſequi? tacito cùm maxima tete
A ſſenſu regem. Sed non ego ſemina ſpargam
I n patriam reditura necem. patiare ſenili
P rodita ſtulticia florentis commoda regni
S oluier, ac vanis ſacrorum ritibus addi:
E xhauſtis ſtudeat cùm priſca æraria nummis

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I n dextras transferre tuas: quò denique neruis
I mperij ſpoliatus, egensq́ miſerq́ futuro
C oncedas hoſti: vel nuſquam externa ſequendo
P rælia, deficiasq́ domi nullaq́ ſeneſcas
L aude: aſt ignauo claudas tua ſecula curſu.
C ontra maiores quàm conſueuêre, quibus res
S ic acta eſt, vt cùm donati ſedibus eſſent
I mperijq́ bono, totas transferre ſolebant
H uc animi curas: noſtro vt quàmplurima regno
A dijcere, & faſces munire hoc robore poſſent.
A n quòd Adelſteno iam ceſſerit Anglia: noſter
C ùm nihil à magnis quæſita parentibus arua
C ogitet, ac vltrò delatas negligat vrbes:
I ccircò & nullis tete inclareſcere factis
F as ſiet: ac amplo regni Pomœria tractu
P roferre? annè graue eſt, duri tolerare parentis
A rbitrium, & blando ceu vinctum carcere ſtringi
V iuentis: fato ni etiam te functus inani
T erreat impulſu: nuſquamq́ pedesq́ manusq́
F erre ſinat, regni ſpoliatum viribus? ipſe
Q uo fortuna loco voluit te ſtare videto.
A t tacitas populi voces, magnæq́ querelas
N obilitatis, ita vt coram verſaris, ab ipſis
D iſce malis. qui ſe cùm ſors ad maxima ducit,
N egligit: aut timido natum ſeſe eſſe parente,
A ut planè indignum regni ad faſtigia prodit.
Q uod ſi quid tentandum etiam tibi duxeris eſſe,
I nuenies qui te tentantem magna ſequantur.
S ic crebris animum iuueni cum vocibus, & re
M agnificè oſtenſa obtundunt, huc vnus & alter
P erpulit: vt ſacro ſibi maturanda parenti
F unera, & arrepto celeranda ex enſe putarit.

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ed quid nota ſequor? genitorem filius armis
E xcuſſum imperio ſcelerata morte necauit,
T okonis peruerſi opera: quem fata procacem
H actenus in viuis ſeruare: vt protinus eſſet
S anè aliquis Regem è medio qui tolleret, hunc vt
I ncautum oſtenſæ pacis fiducia reddit.
O ppreſſum inſidijs celebri Roskildia buſto
C ondidit: inferijsq; ornans diuturna perempto
M anſurisq; inſcripta notis monumenta dicauit,
V irtutem complexa viri: cui filius æuum
V t ſcelere abrupit, pietas ita vera perenni
D onauit fama: famamq; æquauit honori.
H eu, quanta eſt magnis occaſio lapſibus, vti
C onſilijs horum, quos vel natura, vel vſus
E ffinxêre malos. furijs iraq; Deorum
H os hominum credas inter veniſſe labores:
Q ui prauo quæ recta fient, molimine turbent
I lludantq; bonis: conuulſaq; publica ſæuis
O bijciant flammis, luctuq; palatia ſternant.
V tq; alios ego prætereãm, ſi Regibus iſtud
I ncubuit fortaſſe mali, ſtudijsq; potentum
C onſiſtat: regnis iam mors inducta piabit
S tulticiam, & miſeras in funera traxerit vrbes.
S ed ſua cuique dies, quocunque notata lapillo eſt,
E xantlanda venit. totis cadit irrita factis
O fficij ratio: ſi te contraria victum
F ata trahant, duræq; premant tibi fata ruinæ.
Æ t regni ſpecies multos dementat, eoq;
S e plerunqe malo patitur mens cæca moueri:
V t quæ grata putet, contempta clade ſequatur.
S uenonis hic magni caſus fuit. æmulus alti
I. mperij ſtulto cum impulſus acumine tempus

Svenotto, ſive Sveno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Patrem occidit.

Anticipat, furijs equidem exagitatus & auſu
Feruidus immani: genitorem protinus armis

Christianiſmum remouit.

Perſequitur, vita ſpoliat, regnumq́ capeſcit
Inuadens, templisq́ Deûm & pietatis honori

Ethniciſmum revocavit.

Inſultans: cum templa abolet, cultusq́ prophanat
Et gentilitios inducit in oppida ritus.
Sed nihil eſt aduerſa Deo ſtruxiſſe Tonanti
Conſilia. incertum mens hæc ferit aëra, quæ ſe
Arbitrio munit proprio, ſtudijsq́ ſuperbis
Progreditur, violatq́ Deos & ſidera ſpernit.
Suenonis exemplo res ſit perſpecta: cui quòd
Impietas regnum peperit, vindicta Tonantis
Obiecit pœnas; cladesq́ in præmia ſoluit.

Punitur

Ter cùm Vandalicas tentaſſet cædibus vrbes:
Ter ſe difficili captus mercede redemit
Excutiens opibus regnum, atq́ æraria neruis
Deſpolians. quid agros nemorumq́ ingentia dicam
Corpora, quæ paßim pretijs inſcripta volenti
Tradita venibant, patriaq́ exciſa corona
Priuatis hominum ceſſerunt vſibus? inde
Aggreſſus Suecos, Suecorum territus armis
Corripuitq́ fugam, patriæq́ palatia linquit,
Nortuagios dum poſcit opem: negat illa petenti
Subſidium, Haraldi quamuis operaq́ manuq́
Regnet Olaus. at hanc gnato præſtare ſalutem
Ingratus refugit: miſeroq́ illudit. vt Anglos
Sueno petit: nihil officij eſt expertus: auitum
Cùm regnum potius repetitum ac priſca parentum
Iura putent, quàm præſidijq́ & honoris egentem
Veniſſe, ac patrio ſolatia quærere regno.
Hunc ergo Eduardus cum mœſtum negligit, ille
Ad Scotos ſeſe tenuatus clade recepit,

Expoſcitq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xpoſcitq́ fidem gentis: ne ſanguine natum
I lluſtri, ſceptriſq́ prius regnoq́ potentem
D eſerat, eſſe animum ſibi, qui ſi emergat, honeſtè
S arciat officium, & virtutem penſet honore.
A fflictum ſperare iubent: tum deinde quietem
C oncedunt. Sed enim vitæ cum Sueno procellas
C ogitat, ac quantis agitatus fluctibus orbem
P eruolitat ſanè infœlix, patriamq́ relinquens
E rrat: & vt nullo cunctos mouet aduena fructu:
I n ſeſe rediens, peccato intelligit iſtas Reſipiſcentia
I n clades ſeſe & funeſta piamina mitti.
E ſſe reum duplicis ſe criminis: inde parentem
Q uòd letho dederit, meritum nihil: hinc quòd acerbo
I n diuos odio, ſuperiq́ peroſus Olympi
I ura, prophanarit cultusq́ ac templa: vetusq́
I mpietatis opus patrias reuocarit in vrbes.
S eſe igitur geminis iuſtè cruciatibus angi:
V el cum captiuo inſultat gens barbara, vel cum
E rrantem nullis dignatur honoribus orbis:
E xilioq́ premat ſcelerum vindicta. fatenti
C rimen, adeſt noſtræ cuſtosq́ & gloria vitæ
C hriſtus, & immittit pauido ſolatia cordi:
A fflictumq́ iuuat Scotis monitoribus: vt ſe
S acræ Euangelij doctrinæ ſubdat, eoq́
Q uòd cœlos aperit, cumulari pignore mandet.
P aruit his Sueno, atq́ inſtructus voce ſubibat
B aptiſmum. fuit hic finiſq́ ac meta malorum, Baptizatur.
P rincipiumq́ boni, quo deinceps auctus honore
C laruit ac toto paſſim florebat in orbe. Regno reſtituitur.
R eddita conuerſo patria eſt. Noruegia victas
P orrexit contuſa manus: ſeſe Anglia pacto
O bligat, ac triplici nexum diademate condit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nterèa ne quid turbarum ignota recenſq́
R elligio dederit, tacito Rex multa fauore
D iſſimulat: tentatq́ animos, quantumq́ licebat
H ortatur, ne quid cœloq́ Deoq́ repugnent
M onſtranti meliora, quibus vitæq́ animiſq́
D iſpenſata ſalus parentes liberat orco,
I mmittitq́ bonis, quæ ſunt æterna. Sed illis
M agnoperè ſurdis loquitur Rex, donec eodem
Q uo venêre quidem ſemper bona cuncta, parente
M iſſus adeſt verbi præco cœleſtis, & idem
E loquio clarus Poppo: cui fama genusq́
S plendorem addiderat ſanctæq́ modeſtia vitæ.
I s contractum igitur, quà ſe Roskildia iunctis
P andit aquis, propterq́ ſinum longiſſima tendit,
A ffatus populum: quærit ſi cedere Chriſto
E t parere velint? cui cùm ceſſere parentes,
F œlices ſtabant nullis virtute ſecundi.
A st auerſati quoties fortaſſe repugnant,
P roculcantq́ Deum: ſæuos tolerare coacti
F ortunæ vultus, haud rarò impulſa ſequenti
T erga dabant hoſti, ſeq́ in ſua vincula mittunt.
P rima ſalus igitur regnis eſt fidere Chriſto:
Q uem tûne admittes, ſi te miracula cogant
F idere: & aſtrictos preſſent tibi maxima ſenſus?
H ic verò affirmat populus: cùm protinus igni
E reptum & ſummo candens feruore lacertis
I nduit, ac circum dat ludere brachia ferrum,
I dq́ diu. cunctis viſa eſt res mira, ſimulq́
A cclamant. Poppo ferrum deiecit, eiſque
I llæſam monſtrat dextram: baptiſmate qui ſe
T ingier exorant, veniamque precantur: & inde
H is conſtans manſit pietaſque & gloria regnis.

Svadet Subditis, ut Christianam Religionem amplectantur

Poppo alter Evangelii Minister mittitur in Daniam.

Miraculum.

Expleto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xpleto fidei & pietatis munere, certos
R egnorum fines animo eſt complexus, Amundo
P rincipe Suecorum: cuius ſemouit ab orbe
H oc noſtro partes perducto limite: ne qua
V enturos inter ſuccreſcat rixa nepotes,
F inium & ignoti ceu nomine limitis. æui
C onfectis demum ſpacijs, cùm regna petiſſet
A nglica mortalis poſuit diſcrimina vitæ,
C œlitibus vita acceptus, gratusq; Tonanti.
Filius huic, Magno cui nomen ob acta Canuto
M agna fuit, patrias ſuccedit rector in vrbes:
T ùm fœlix animo princeps, tum ſtrenuus armis,
F ortunaq; etiam atque infracto clarus honore
D um vixit. quid enim? poſt mortem Gallica vicit
A gmina, & ingenti Nortmannos clade premebat.
R othomagi buſto ſacratum eſt funus: eoq;
D ania Rege fuit nullis obiecta ruinis.
H unc verò Anglorum ſpaciantem in littore narrant,
C ùm voces procerum quaſdam ſe pone ſequentum
A udiret: qui magnificis extollere Regem
L audibus, ac grata ſatagebant voce potentem
A ſſerere: vt qui tot regnis dominetur, & vnus
P oßideat toto tam clara palatia mundo:
C onuerſum dixiſſe ſuis, ne talia quiſquam
A uribus infundat noſtris: ſapientius vti
T e verbis decet, ac iuſto ceßiſſe Tonanti.
V nius eſt Chriſti non ficta potentia: quam vel
H oſtibus inuitis retinet. nos regna tuemur,
S ed fragili ſubnixa manu: cùm iusq; fidemq;
F raus terat, ac dubijs mens ſæpius incita quaſſet
A rbitrijs. ſtultum eſt mortalia culmina cœlo
Æ quare: & fatis cùm ſis obnoxius, eſſe

Daniam à Suecia limitibus distinxit.

Canutus Magnus.

V elle Deum, & magno cineres conferre Tonanti.
H is tamen imperium blandè extollentibus: ergo
E xperiamur, ait, quo nos fortuna potentes
E ſſe valore dedit: Chlamydemq́; impegit arenis,
C onſiſtitq́; ſuper firma veſtigia planta
D efigens. hic, inquit, humum calcauero nulli
C oncedens. illi factum mirantur: & vt ſe
S ollicitis ſpectant oculis, redit vnda furentis
O ceani, & tumidos infert in littora fluctus.
C umq́; alios ſonitu & fremebundo murmure terret:
I lle pedes nixus, ſolidumq́; inſiſtere, toto
I ncrepat ore ſalum. quid enim ſubitisq́; procellis
A llapſuq́; meos turbas mare? protinus iſthinc
T e recipe, vt nigro mergas tua iura profundo.
Q uin conſiſte tamen: vetat huc te irrumpere Magnus
I lle orbis domitor: cui tot iam regna Monarchæ,
T ot populi, tot ſacra hominum faſtigia parent.
Q uin cedas, noſtrisq́; tuos aduoluere plantis
A bſtineas fluctus. Quod ſi irritaueris, armis
A ggreſſus tibi te coniecta in vincula cogam
Æ ſtringens. noſtros properes nil lambere talos.
S ic ille. intereà grauibus furit æſtibus, & ſe
E t alto mare præcipitat. iamq́; attigit oras
E ximiæ chlamydis, totamq́; interrita veſtem
P erluit vnda: citis Proceres cum greſſibus ipſum
C orripiunt Regem chlamidemq́;. aſt ille, quid auſu
H oc, inquit, veſtro, & ſtolida formidine tandem
T entatis? nónne ipſe mari lymphisq́; minatus
I mpero vt abſiſtat noſtra hæc in littora fluctus
V oluere, & has tanti plantas tetigiſſe Tyranni?
A h pueri, nihil eſt efferri laudibus. vno
V timur omnipotente Deo, cui cætera parent

Omnia:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O mnia: quemq́; latet ſummum nihil. illius ergò
H ic ſumus, ac ſolo conſtant mihi proſpera Chriſto.
S i tantum mare iuris habet, quid habere Tonantem
C redideris? ſanè inuictus, ſanè omnibus ille
P erfectus numeris, veraq́; eſt laude beatus.
N os miſeri ſumus, & rebus plerunque moleſtis
O ppreſſi. ſi quid fortè eluctamur, Olympo
V incimus autore & magni bonitate Tonantis.
S ic dixit: ſola hac vel magnus voce. puderet
N unc multos, cœlo veniunt quæ dona fateri:
A tque accepta Deo quæ ſunt diuina referre.
S ed ceſſo. Regum multo hic fuit vnus ab vſu
M aximus, imperio cuius cùm Quinque ſubeſſent
I nclyta Regna, nihil dè ſe præſumpſit: eiq́;
P arebant, quas lata tamen dominatio gentes
D iuerſas inter terrarum ſparſerat vrbes.
P oſt hunc quid memorem, celebrat quos publica claros
F ama duces? iam te Haraldi, iam multa Canutis,
M ulta etiam eximijs, neque enim inficiabor, Ericis
L inea, iam fortes celſa ad faſtigia ducent
V aldemari. Primus Phœbeæ lampadis inſtar
Æ therios produnt inter quam ſidera vultus,
E nituit: cuius, qui deinde in ſceptra Tyranni
S ucceſſere, fidem ſtudiumq́; operumq́; labores
V eraq́; virtutum veſtigia ſemper adorent.
I s nihil Anglorum procul hinc ſita regna moratus
(Q uæ quanquam inſigni præſtent bonitate: tamen nil
E xterno ſunt æqua duci: non maxima reddunt
Q uæ ſunt multiplici delata impendia cenſu.)
O rnandæ curam Patriæ ſuſcepit, eiq́;
V ni tota quidem ſacrauit pectora: tanto
D ignior imperijs: quanto, quod ſtrenuus eſſet

Valdemarus I cognomine Magnus.

Nactus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N actus, in æternam nixu maiore ſtuderet
G loriam, & in ſolidas inferre palatia vires.
L argior eximium meritò tibi poſſe videri:
S i peregrina tuis inſcribas regna triumphis.
P ræcipuè propiora locis ſi culmina iungas
V icinasq; tibi ſubieceris æmulus vrbes.
P oſſe etenim haud magno populos fortaſsis adiri
H os ſudore: quibus ſi ius ſine fraude doloq;
D iſtribuas, cautaq; manu tractaris, & eſſe
P articipes laudum grato patiaris honore:
N on tete inuiti Regem tolerare, tuæq;
I mpendent etiam non impia vota ſaluti.
A t ſi regna procul ſequeris, cupiasq; remoto
O rbi inferre tuos violentaq; brachia faſces:
S i fortuna iuuat titulo vt potiare ſuperbo,
Q uid tibi præterea dederit? non plurima præſens
A cta vides, quæ fœda cliens operatur. at in te
I cta tamen ſtulto populi ſermone redundant,
I gnarum quamuis, nunquamq; ea facta probantem.
T ùm ſi quid fortaſſe etiam Regalia lucro
A ddiderint, nihil hæc perceperis aduena. caſtris
M iles alendus erit, tua qui tueatur: in ipſos
E xploratores multa impendenda: grauesq;
C ontinuò puppes fabricandæ, illisq; paratis
I mportanda, quibus curſusúe aut prælia ritè
P ræſidijs ſuperes pontiq; pericula vincas.
Q uin niſi donaris, concedas, denique multa
D iſsimules: niſi quemque ſuo patiare Tyrannum
V iuere more, nihil te iuuerit, eſſe benignum:
N il fortem, aut iuſtis terrentem motibus vrbes.
H aud ita te rigidumúe geras, blandumúe probaris
V t tibi non aliquà, nihil has fortaſſe timenti

Struxe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S truxerit inſidias: populum commouerit, arte
D etrahat imperio, & facientem iuſſa vetarit
T eq́; tuosq́; ſequi. quid enim? ceruicibus eſſe
E xcutienda canet tanti iuga ponderis: vt te
N eglecto conſtet libertas gentibus. an ſe
P ropterea ſeruos ſtatuant: quia tute iubendo
I nterea ſedeas alieno obnoxius orbi
S pectator? rerum hæc facies eſt improba: nec te
I nuitis etiam retinere palatia ſperes:
Q uantumcunque animo ſudes, bellumúe mineris.
V aldemaro perſpecta igitur cùm tanta fuiſſent
F ortunæ & varij rerum ludibria caſus:
C umq́; etiam ſciret quantis impendia damnis
N il reditura fluant: Anglos ceu longius æquo
D iſtantes, nullo tentandos Marte putauit.
P ræcipuè cùm regna diu ſint Anglica noſtris
S ic ſubtracta, vt Valdemari nec inertia dici,
N ec timor eſſe queat: quòd libertate recepta
E t priſcos ſtudeant faſces & iura tueri.
S e culpa vacuum non tam peregrina morari,
Q uàm ſtudio cupere hæc munire domeſtica: ſi quid
A ſpiret fortuna animo votumq́; ſecundet.
H æc ita verſantem ſors eſt complexa laboris
F onsq́; comesq́; boni: vt belliq́; & pacis honeſto
T empora ſucceſſu tranſegerit. illius enſes
S ceptra fouent, ſceptris veros parit enſis honores.
V andalicas fregit vires: Rugiaq́; potitus
I nſtruxit pietate viros, domuitq́; rebellem
H actenus, & nullo ſuperatam milite gentem.
Q uæ velut extremos inter ſubmiſit atroces
F aſcibus his animos: ita nec virtute nec vllis
P oſterior meritis, conſtanti Danica facto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ceptra ſecuta fuit: quantumq́ fideq́ manuq́
A ntiquos inter poterat præſtare clientes,
T antum præſtabat. num nos ita parta tuemur,
I ndicio locus eſt, cui nunc peregrina trophæum
E rexit manus, ac priſcis vetat vſibus vti.
H ic vallo murum impoſuit, qua Cimbrica mole
C herſoneſus ab externo ſeſe hoſte ſolebat
T utari, ac ſubitos obiectu arcere tumultus.
P oſteà condendis ſe legibus intulit: vno
Q uo ſe præſidio ſtatuant regnare Tyranni,
E t ſacris populorum animos aſtringere neruis:
T ollere diſſidia, ac pacem molirier: inter
L itibus impulſas æquare ſacomata lances.
P oſtremò genitorem aris, Gnatumq́ corona
D onari ſpectans, cœlo ſeſe obligat: vt qui
Q uæ duo mortali contingere maxima poſſunt,
E ſſet adeptus: patrem inter conſiſtere diuos
C um videt: ac viuo ſobolem ſe Rege creari
I n Regem aſpiciat: geminiſq́ è fructibus æuum
L ætitia aſpergi, & tanta ſe laude beari.
C ùm verò expertus multorum ſtrenuus eſſet
P erfidiam: nihil his equidem commotus in iram
M agnoperè eſt. quid enim? detectas lumine fraudes
C orripuit. noxam ſtultis donabat, eoſq́,
N e quid in inuictum tentarent amplius, orat.
P rodere conſilijs animos, nec poſſe volentes
C ætera perficere: ætherio cum Numine victi
I mmerito fruſtra meditentur fata Tyranno.
R ectius acturos, ſi quem non frangere poſſint,
O bſequio ſtudeant fideiq́ è laude mereri.
Q uid placidos memorem vultus in Rege? quid acres
I uſticiæ ſtimulos? animumq́ ad nulla pauentem,

Huma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H umanos vitæ mores, pietatis amorem,
Q uo vel lege Deum coluit, vel ciuibus auxit
Q uos augere bonis patriæ pater ardet honores.
I lle ſatus genitore pio iuſtoq́;, beati
S eminis affectus Patriæ in compendia vertit,
P erficiens. Sed enim facilè eſt emergere, cùm te
A ſſerat ætherei fauor & tutela parentis:
C onſilijsq́; iuuet quæ ſint patriæq́; tibiq́;
C ommoda, & haud dubio ſpectent bona publica motu.
A bſolon huic igitur ſeu iunctus ſanguine Regi, Abſolon Archiepiſcopus Lundenſis.
S iue animo obſtrictus parilesúe optatus in vſus,
C ùm fidum Patrio ſeſe præſtaret Achatem:
E xcitum cælo credas qui mente manuq́;
F luctibus obiectum varijs ſoletur, & omni
I mbuat officio ſeruetq́; ad magna Tyrannum.
H îc ille eſt quo ſe iactare Antiſtite Lunda
P atronoq́; poteſt: quem cùm Roskildia ſummum
A urea Pontificem, tùm verum Dania Patrem
P rædicet: ac cunctis ſeclorum laudibus ornet.
S anè equidem, cùm quæ rerum momenta vicesq́;
T ùm fuerint verè expendo, & collata repoſco
O mnia: vix noſtris quenquam regionibus eſſe
M aiorem hoc natum: cui ſe fortnna Deusq́;
E t virtus pietasq́; ex æquo indulſerit, vſquam
C omperio. fuerint alijs ſua dona: fuiſſent
A tque vtinam, meritæ poſſes quæ inſcribere laudi.
N il nebulis obducta, odijsúe aſperſa. Sed omnes
Q ui virtute tulit numeros hominumq́; fauore
E nituit, ſolus fælicibus Abſolon ortus
E xtitit auſpicijs: Regum tutela, Deorum
C ultor & in duris humana modeſtia rebus.
O te fælicem, patriæ qui iura tueri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t libertatem poteras: quocunque Minores
H æc tua facta ferant, ſacriſúe obnoxia culpent
P ectora, & in laudes odium aut mendacia reddant.
N on aræ, non te templorum cura ſaluti
E xemit patriæ, non te rituſúe ſacrorum
P erfuſæúe manus Oleo, non infula, nec cui
P ræcipua eſt cenſura pedum ſic terruit, vt non
P ublica moliri regnorum commoda velles.
S anè equidem medios inter conſiſtere myſtas,
I nuigilare Choro, Pſalmos modularier, aris
O fficio ſeruire, ſacroſq; attollere ritus,
M agnificum eſt. quin adde etiam, proferre ſalutem
V ocibus, & plenos Doctrina aduoluere fructus,
S olariq; animas, & ſpe firmare pauentes.
Q uis negat? & fuerint ea maxima, Epiſcopus in quæ
L umina defigat, primiſq; laboribus inſtet.
A t verò Regum dura ob certamina laſſos
P enè animos recreare, metuq; abducere mentes
E t ſocias firmare manus: retinere ruentes,
C onari ſegnes impellere: praua malorum
C onſilia audaci perfringere voce, ſequeſtrem
H oſtiles inter patriam & ſe ponere gentem:
D enique pugnandi decernere tempora, ductu
F ælici turmas lætaq; è fronte præire,
H ortari: demum collatis vincere ſignis:
A ut ſi res poſcat, certa vtilitate retrorſum
C edere, metiri, conſiſtere, rurſus in hoſtem
C ogere diſparſos, aciem molirier: aut quod
O mnibus his maius, planè indefeſſa tueri
P ectora, fortunæ ne cedant victa: quouſq;
I nferat in noſtras ſeſe victoria gentes:
H æc momenti etiam patiare alicuius haberi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t dignum dic eſſe Deo qui talia faxit.
M ollius eſt equidem myſtas audire canentes,
D auidicum reſonare melos, altaria fumo
S pargere, & in niueas libamina fundere veſtes,
O cia ſectari, molli indormiſcere lecto,
S uccuſſas verſare nates, conuiuia luxu
S ectari, & ſtulto conuoluere ſyrmata motu:
Q uàm caſtris vigilare viros & pellibus vti,
F rigoribus durare manus, vociſq́; petulcæ
S commata & immites haud rarò audire querelas.
Q uin caruiſſe cibis: furioſi militis arma
S pectare, & gelidæ ſubſternere corpora nocti:
E xantlare ſitim, pulices tolerare: grauesq́;
I ntereà Regum, (ſi ſic fortuna laborum
P ræmia decernit,) varioſq́; horreſcere vultus:
A t nihil his equidem perterritus Abſolon, omnem
M ilitiæ curam patrios ſuſcepit ob vſus,
E t Regem comitatus adeſt: cui iusq́; fidemq́;
P artitus iuſtos Chriſto duce firmat in hoſtes,
V ictoremq́; dedit fieri: belloq́; procaces
T riuit, & in patriam veros cumulauit honores.
H unc neq; poſteritas fraudabit laude, nec eſſe
P ro meritis ingrata velit. Tum maxima Soræ
F undamenta locat, ditatq́; augetq́; paternis
E sberno cum fratre bonis: vbi multa Nepotum
P oſteritas ſacris operata inſiſtere poſſet,
O fficijsq́; pios diuturnis iungere ritus.
S ed nihil anguſtis ego magna incluſero. Regi
S ublato (cui tum inferias præſtare ſepulto
R ingſtadium, celſis non vrbs obnoxia muris:
S ed tam grata loco, quàm gleba diues, opimos
A rdua quà claudit ſinuoſo limite colles:)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Canutus F ilius in regnum ſuccedit & arma Canutus:
D igna parente ſuo ſoboles: quæ maxima bellis,
M axima fœlici tentabat prælia ductu,
H oltzaticos ſuperans, & Vandala tela relidens.
I ure autem Holtzaticis & Dytmarſenſibus arma
I ntulit. iccirco fortunam Iuppiter auxit
C ertanti, & tumidos ſtrauit Bellona clientes.
E xtincto, frater regnum capit, inclyta cui ſe
Valdemarus II. V aldemaro duros inter ſors diuidit actus,
A lternisq; premens alternis læta fauensq;
R eſtituit dulces inter præcordia motus.
I s neq; Romanis Aquilis, neq; Cæſaris enſi
H actenus inuictos patitur ceſſiſſe Leones:
P erfidiam ſed enim non tantùm obiecit: at actos
I n præceps hoſtes ita denique contudit: vt pòſt
C æſareo fuerit fiducia nulla furori
H as noſtras tentare plagas: dabat eſſe Canuto
A bſolon inuictas cuncta in certamina vires.
H inc verò Hamburgum ſplendore minisq; virisq;
O ppletum poſitis adiuncto in vertice caſtris
P erdomuit, cepitq;: quibus tum victor habere
P ræfectumq; ac iura dedit: quò plurimus vrbi
C onſtet honos, gentemq; fides ſeruata bearit.
D eniq; cum latè bellorum fulminat vſu,
L iuonios tandem accedit, belloq; fatigat
T antiſper: donec Chriſto dare nomina cogit,
V ictaq; ſidereo ſubmittere colla Tonanti.
Q uid quòd Riualiam cumulatis turribus vrbem
M unierit? portas latere, & noua mœnia ſaxo
F irmarit: monumentum equidem quo barbara gentis
S editio, aut motus prohiberi ſemina poſſent.
A dditus Antiſtes, populo qui præſit, eumq;

Officij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O fficij moneat. regni ius ipſe ſequendo,
I mperij membrum noſtri ſe ſciret, & hac ſe
C ondítione gerat. fuit huic gratiſſima Regi
E Boiemiacis prognata parentibus vxor
D agmaris, æterno populi cantata fauore
V irtutem propter, qua cunctas vicit, in haſce
Q uæ noſtras vnquam externis à gentibus vrbes
V eniſſent. ita ſe pudor atq; modeſtia lætis
I ntulit officijs laudemq; meretur ab vſu.
A gricolis ſiquidem plebiq; benigna, marito
S uaſor ad æqua fuit: ſemper mitiſſima ſemper
F aſtu aliena, ſuos inter non dura colonos.
R ingſtadij tumulo illata eſt: leuamq; marito,
C laudit, & æternos è marmore ſpirat honores.
S ublata hac aliam Hiſpanis regionibus ortam
I nduxit Thalamo, cui Berengaria diræ
C rudeliq; fuit ſcelerum in faſtigia nomen.
H æc, quantum prior officio ac virtute placebat,
T antum odijs certabat, & omni obnoxia culpæ
C onſilijs nocuit gentemq; exoſa premebat.
A t pugnæ inijcijs quòd adeſſet ſæua marito,
C onfixam volucri fama eſt cecidiſſe ſagitta,
E t diram poſuiſſe animam: cui Numina pœnas
I nferre, & meritis celerabant præmia factis.
H oc ſub Rege ingens & acerbo cognita luctu
E xtitit in Danos clades: quo tempore miles
E Sialandiaca contractus gente coibat
A uſpicijs clare Ebbo tuis: qui iuſſa ſecutus
P rælia, Suerconi Gotthorum regna petenti
F erret opem: cum diuiduo ſe Suecia motu
I n plures etiam partiri eſt viſa Tyrannos.
S ed res euentu caruit fœlice, caditq;

Dagmaris Regina Daniæ Valdemari II uxor, mulier laudatiſſima

Berengaria

Ebbo Suesonius Daniæ Senator.

Ebbo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E bbo prior, totamq; manum, generisq; vetuſti
R elliquias duro ſtrauit fortuna ſub enſe.
S ed quid ego hæc? parta demum cùm pace fruatur,
O cia cum fructu expedijt, patriæq; decoram
L egibus ornandæ curam impendebat: eoq;
M axima defuncti perfecit facta parentis.
V t verò hiſce vacat, vitam mors abſtulit. illi
P lurima natorum ſoboles numeroq; ſuoq;
O rdine ſuccedit: qui cum affectare paterni
I mperij culmen, mirum, quo quiſque furore
M utua fraterno cumularit vulnera regno.
A mbitioſè autem pariter ſibi nemo, alijsq;
C onſulit vtiliter. cedit lanx altera, partem
I n quamcunque manus rectum fractura, perurget.
Q uin fortaſſè ſalus homini eſt priuata decensq;
I nter vita bonos. quod ſi te gloria regni
I nſtimulet, frænos adhibe tantiſper, Olympo
D um decreta tuis veniant tibi tempora rebus:
I nclinentq; ſuos tranquillo ſidera vultus.
I nuito tentes cœlo ſi magna, laborem
A uxeris: at tenui redeunt impendia fructu,
E t nihil ad ſolidos petulantia ducit honores.
Iístereà varijs ſe cædibus obterit illa
V aldemari ſoboles: alijs aliunde paratus
I nſtitit interitus. cunctis nihil attulit illa
C hara Deo fortuna patris, quin quiſque moleſto
F inierit vitæ triſtiſſima tempora caſu,
C umq; ſuis alios inuoluerit enſibus enſes.
P oſteritas horum gradibus prouecta ferocem
E xijt in Regem: ſed quo non alter in omni
V el numero maior, vel totis clarior armis
E micuit. nam ſi rem fortè putaueris omnem
E t poſita libeat conferre è lance Monarchas:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Valdemarus III.

H unc ego Valdemarum fatoq; auſuq; priores
C rediderim cunctos ſuperaſſe & pectore Reges:
Q uem neq; delitiæ, neq; magni ſplendida regni
C onditio excepit. veluti lætiſſima quoſdam
S ors miſeris adigit populi ceruicibus: vt cùm
F lorentes fuerint vlla neq; clade nec armis
T entati, ſolidis in prima palatia neruis
E uolitent: plenoq; ruant in culmina greſſu.
H ij quantum afflictis circum præcordia curæ
E t triſtis plerunque animi verſatur, vt ipſi
I gnorant, nullis ita condeſcendere cernas:
S ed furijs actos, & acerbo à gutture plebem
C ellere, & auſteros pauidis obtendere rictus.
A ſt multæ hunc turbant rationes, multa morantur
C onſilium, ac rerum facies mæſtiſſima terret:
Q uo minus acceptis ſit lætus honoribus. vtq;
N il aliud fuerit, diſtracti incommoda regni
Q uem non mouiſſent? iam Suecis Scania pacto
P arebat pretio: medias iam Theutones vrbes
V andaliciq; homines numero inuaſere: dabatq;
C hriſtofero pœnas cumulato Dania luctu.
Q uin Cherſoneſum vicinia turbat: eiq;
H oltzaticus meditata furor cùm bella moueret,
I rrumpens noſtras facilis peruenit in vrbes,
E t latè perculſa domat: iam ceſſerat armis
S leſuicum, ac fœdo quaſſa Hatterſleuia bello
D euictas præbere manus. Koldingia flammas
S entijt iniectas & acerba incendia vidit,
H oc ſolo: quòd Gerhardi reprendere factum
C uſa ſit: inuito qui ſeſe infundere regno
C ertat, & has bellis Cimbrorum territat vrbes.
A ut quid in hæc etiam fortaſſe exempla tueri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D iſpliceat. nihil eſt peregrinis pectora regnis
A dmouiſſe, ducem ſi te gens horreat: & quam
E xperiare fidem, ſtudio experiere ſiniſtro.
N on ea regnorum ratio eſt, quæ fluminis. iſtud
N atura ripas ſortitum rura ſecundo
I nfluit alueolo: nuſquam diſcedit, ijſdem
L imitibus ſeſe prima in veſtigia munit.
A st hominum ſimili non res ſub imagine conſtans
V oluitur: excedit metas totoq́; ſubinde
E uariat curſu: ſperatisq́; excidit. aut quid?
N ónne voluntates mutari ita deniq; cernis:
V t nihil his firmi ſubſit quod prendere tutò
S ectariúe queas? tantum leuitatis & atræ
F utilitatis ineſt, variatq́; proteruia mentes.
N unc culpant laudata, at mox culpata celebrant:
N unc damnant, nunc abſoluunt: cumq́; omnia ſpectant,
N ulla probant. hæc eſt humani linea fallax
A rbitrij: cui nec conſtantia certa, nec vlla eſt
I ntemerata fides. ſequitur longiſsima, cum vel
P roxima faſtidit, ſuſpecta vel optima ducit.
E rgo vbi non populi iuſſuq́; ac lege cupitum
A rripit Imperium: aſt inopino milite ciues
O bruit, ac ſubitos miſcet Comes impiger ignes,
C onatu tantum proprio ſubnixus: inani
C ertat equo. quid enim? cùm ſe Randruſij in alta
O cia ſoluiſſet, contemptoq́; arma periclo
N egligeret Gerhardus: adeſt, quem publica regni
I n cædes armare ſalus & cogere poſſet,
N iclaus: cui membra dabat pater Ebbo: ſed acrem
D ij mentem infudêre viro, quæ iuſta Dijsq́;
G rata ſequi, & magnos auderet obire labores.
H ic igitur patriam complexus, vbi illa ruinis

Proxima

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P roximadamna videt, captato è temporis vſu
C onſilio inuadit ſomnoq; meroq; ſepultum
Intereà Comitem: nuſquamq; pericla timentem
O ccupat, ac iugulo funeſtos impulit enſes.
O cciſo, redit in pontem, quem deinde ſolutum
D eijcit, ac pòſt ſe tabulata exciſa reuellit
C autior. ingreſſus ſyluas Ebbonius acres
F rænatosq; aſcendit equos, ſubitoq; tumultu
C ontrahit, Holtzatici qui militis agmina latè
D iſsipet, ac celeri ſternat pauitantia ferro.
H oc Cherſoneſus fortunam vindice Regi
R eſtituit: patrias qui cum ſubuectus in vrbes
I mperio potitur: quanquam diſcrimina fortem
P enè etiam turbare virum, & proſternere poſſent:
I nfracto tamen vſque animo conſiſtit. vt altos
V entorum impulſus, nimbosq; ac flamina turris
I mmotæ ſubnixa baſi perfertq;, nec vllis
C edit victa malis: ita ſeſe exuſcitat acri
P ectore Valdemarus, contraq; audentior hoſtes
P roterit. Hinc igitur diſperſas anteà terras
R eſtituit: ſubigitq; arces, aut ære redemptas
O ccupat, ac toti redeunt ſua culmina regno.
V andalicos exegit agris. mox Scanica pacto
O ppida, Suecorum perſuaſo Rege, recepit
P oſſeditq;. Ita pax, vario prius obruta bello,
E merſit, lucemq; viris Regiq; quietem
A ttulit: ac priſcos repararunt ocia vultus.
I ntereà vxorem Sleſuico Principe natam
I ntulerat thalamis Helenam: cui forma genusq;
S ummum erat, ac animo virtus non languida ſedit.
H æc quanquam dulci placuiſſet ſola marito
P ignoribus fœcunda: quibus vel clara mereri

Helena Valdemari IIII uxor, Regina Daniæ et Margaretæ Victorioſæ Mater.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N omina, vel factum poterat retinere parentem:
H aud tamen inuidia caruit triſtiq́; malorum
O bloquio: qui, cùm ſectetur bella maritus,
H anc ſcelerata domi molirier acta referrent,
E t ſacram violaſſe fidem, lectoq́; iugali
A ſperſiſſe nefas. proh quantum labis in ipſas
I nfuſum mentes hominum eſt: qui vana ſecuti
H aud dubitant odijs miſcere opprobria: quæq́;
F icta ſciunt, ſtultis mendacia vocibus augent.
S ed quid ego hæc? Helenæ multi inſidiarier. aſt his
C ùm non ſuccedat, multi inuidere. proinde
F alconi, quanquam innocuo, mors protinus æuum
D urior abrupit. Helenæ nil tale merenti
I n Söbergiacis poſita eſt cuſtodia muris:
Q uo degat ſemota loco, crimenq́; piando
D etergat. Sed enim iuſta Deus omnia lance
A ppendit. non hunc etiam te fallere ſummum
P oſſe putes. Regum facilè eſt impellere mentes
Q uo tibi cunque libet, ſi præſtes gratia. at ipſum
P ropterea fruſtrare Deum, nexusúe Tonanti
I nijcere, aut ſuperum ſubducere legibus orbem:
H aud procliue etiam fuerit. ſtat fixus Olympo
E uentus, quem non mendacia tollere poſſunt.
E rgo Helenam dolus huc poterat detrudere: ſed quid
Intereà cœlum, & Superi pia cura parentis?
S öburgum bellis laſſus peruenit in vrbem
V aldemarus: cui cùm mouiſſent pectora flammæ
I n Venerem, ignaro eſt coniunx adducta ſolutis
C arceribus, fidæ ſtudijsq́; ac artibus Annæ:
E Cherſoneſo quæ venerat æmula magnæ
V irtutis: quocunque ferant ea facta minores.
V t verò expleuit noctem Rex, cognita nulli

Vxor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V xor abit, notosq; ſubit taciturna penates
A ucta Deo ſemen: cui totum poſteà cœlum
M ilitat, ac ſolidos indulgent fata triumphos.
H oc Margreta modo vitam eſt exorſa. Sed illam Margareta Regina
M ox pater Hacquino, cui tum Nortuegia Regi
S ubdita tota fuit, plenis deſpondet ab annis
A diungitq; viro. Parta pòſt vndique pace
C ùm iam Gorrenſem muris ſublimibus arcem
E xpleſſet, fato necti ſibi vincula cernit
V aldemarus, vitæq; dies in funera volui:
S æpè etiam queſtus, non ſeſe hærede potitum
E ſſe viro: qui Vandalicas extinguere flammas
P oſſet, & aſſuetas pacare tumultibus vrbes.
D efunctum Sora excepit: tumuloq; ſuperbo,
Q uà Chorus in medios ſeſe implicat aureus orbes,
I ntulit: ac celebres Onychino muniјt vrnas.
Q uin verò optarem communia Regibus iſtic
M auſolæa dari: iunctis vbi corpora buſtis
I nſererent. vt quos patriј ſucceſſio regni
Æ quaſſet curis, æquaret fructibus vrna:
Q uæ vicina pios cumularet laude Tyrannos.
N unc ſparſi, minus afficiunt: cùm neſciat ætas
S era ſuos. Poſtquâm fatis ſublatus abibat
A d ſuperos, regni curam populosq; relinquens
V aldemarus: quanquam de ſucceſſore diu ſit
P erducta in varias animi ſententia partes:
H uc ventum tamen eſt, Defuncto vt gnata parenti
S uccedat Margreta: cui iam fata maritum
A bſtulerant, viduoq; premi dant inuida lecto.
I lla quibus patriam cumulauit honoribus, & quid
P ræſidiј regno attulerit diuina: loquatur
P oſteritas, ſi quæ agnoſcat benefacta, pioq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A mplecti ſtudio tam magna impendia norit.
M ulti illam diro inſectati dente premebant:
M ulti non dubijs extollere laudibus: vnum
E uentu conſtat, fato perijſſe ſiniſtro
P enè omnes, hanc qui ingratis ſunt vocibus auſi
S cindere: & immanes in facta immittere rictus.
A ut quæ pernities morum eſt, delata ſuſurris
A rripere, & grandi mendacia vendere fuco?
C ornicúmne oculos libeat configere? certè
Q uam laudant hoſtes, proprios culpaſſe pudori eſt.
I llâne Nartuagicos tibi detulit vnica faſces?
I llâne Suecorum patrio noua culumina regno
C oniunxit? tollas Margretam, Suecia nuſquam
C eſſerit. obſcuris traduxerit omnia cauſis
P rælia, & haud iuſtos bellis deſcripſerit enſes.
Q uid næuo illudis, placeant cùm cætera? Vulpem
E ſorbo fructus memorant optare: ſed illos,
A ſſequier cùm fortè nequit, contemnere. Sed quid
H æc ego? Margretam ſine me, ſua facta tuentur:
C ollaudantq; boni: virtus quibus aurea mentem
E t mouet, & verum patriæ ingenerarit amorem.
V num equidem non laudo, quòd haud æquiſſima regnis
O mnibus extiterit. Sueones preßiſſe videri
P oßit, & impulſam variaſſe ad culmina lancem.
N on odia extendi ſuperatis hoſtibus vlla
I ura ſinunt. vicit, qui ſe quoque vicerit: & non
A ſperius victæ cumularit vincula genti.
S ic durat, longos & habet victoria fructus.
S ed ceſſo. tumulum Roskildia grata ſepultæ
I lluſtri monumento auxit, virtutis amore
A c meriti. famam totum dedit ire per orbem
I dem ille, æterno famam qui inſcripſit honori.

Filius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F ilius Hacquino genitus patre funera pridem
A nticiparat. ab hac igitur ſoror, aucta Nepotes,
I mperio Reges peperit: quorum alter Ericus
E Pomeranorum tranſlatus gente capeſcit
R egnorum faſces, variaq́; è ſorte gubernat.
A lter Bauaricis princeps regionibus huc ſe
C ontulit: ac triplici iunctus diademate pacem
C oncordeſq́; animos populis perſuaſit auitis,
E t virtute regit. quo demum in funera verſo
A ltenburgiacæ delata eſt Regia genti.
H îc ſeſe Sueones multumq́; & ſæpè queruntur
P ræteritos: cùm Margretæ nil legibus iſtud
C ongruerit: quòd communi ſuffragia voto
C onſtent: ac dicti veniant ad culmina Reges,
Q uos Sueonum Danis electio iuncta probarit.
M iſſa ſed hæc faciam. Genus huc noua linea tandem
T ranſtulit, vt propiùs tribuat directa videndos
M aiores FRIDERICE tuos: qui ſtipite eodem
P rogreſſi, iam continuos in ſceptra Monarchas
E xpediunt: regnumq́; Deo & virtute tuentur.
V na autem cunctis eſt Regibus inde Canuto
A Magno ſtirps & cognatio ſanguinis: vt qui
H oc ceu fonte gradus ad ſceptra domeſtica vertunt.
N ec ſeriem variat, quòd vel ſit ſparſa, vel inter
R upta etiam: cum communem deducit ad ortum
L inea, & à noſtris ſit origo parentibus. aſt vt
I n varios flumen riuos perſæpe fluentem
S cindit aquam: quæ nominibus non ſemper iјsdem
F ertur: habent quamuis communem fluxibus ortum,
E q́; vno liquidum protrudant gurgite corpus:
S ic hominum genus ex vno ceu ſtipite natum
I n varios exit ramos, & brachia latè

Partitur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P artitur, multoq; fluens ſe promouet alueô.
P ræcipuè magno curæ ſi fortè Tonanti
A cceptumq; ſiet: quale hoc genus eſſe fatendum eſt:
Q uod nunc à priſcis ſeclorum curſibus acres
C ontinuare gradus, ſeriemq; propagine firmat.
I n medium ſedenim nos iſta relinquimus. Ergò
D anica Chriſtoferus cùm ſceptra relinqueret: vrnæ
I llatus, magno quà ſe Roſchildia templo
V enditat, ac geminas educit in aëra turres:
E x Altenburgo patrijs ſuffragia regnis
C hriſtiernum adſciſcunt: cui tum pulcherrima virtus — Christianus I.
E ximium latè nomen famamq; ferebat.
I s poſtquàm acceſſit, prius haud ſibi ducere quicquam
Q uàm cauſas odijs omnes præſcindere: regna
I ungere, & in veteres adducere fœdera nexus.
S ed fortuna viro multis ambagibus errans
I lludit. quamuis etenim non inclyta virtus
D eſuerit: funeſta tamen contentio magnam
O biecit remoram, Regiq; pericula gignit.
I n Sueones igitur cum promouet arma, tametſi
E uentu triſtiq; diu, varioq; ſubinde
L uctatur, victos tandem tamen acer adegit:
V t quos diſtulerat ſummiſſos Suecia faſces
D eferret. ſedenim ferro parentibus omnis
E ſt incerta fides. nunquam ſolideſcit acuto
C onciſus gladio neruus: nec Suecia Danos
P ertulerit, ſi quid ſtudijſq; operaq; licebit
N itier, vt veteri rem libertate tueri
E t proferre queant. Regem gens victa coronat
C hriſtiernum: ſedenim cùm gens ſit victa, coronam
N on animum tradit. nihil eſt blandirier: extat
E uentus multo cumulatus funere, quo quæ

Acta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A cta ſient fido ſtatuas tibi teſte probari.
I ntereà varijs fortuna tumultibus ipſum
C hriſtiernum exercet: multi ſudoris vtrinque
R esq; vſusq; fuit, denſatq; audacia bellum.
E t tamen æquata ſi fas ſit lance fateri
Q uod verum eſt: forſan leuitatis iure notari
S uecorum pars magna poteſt: quæ noſtra probaſſet
P oſtquàm regna ſuis adiungier, inuida ſusq;
D eq; tulit, quocunque modo vel bella redirent,
V el pax culta foret: niſi quòd maioribus iſtuc
P ropendiſſe rear ſtudijs, ne dicta fidemq;
S eruare, & faſces ſubmittere Suecia vellet.
I nde illæ ingentes iræq; ac prælia: fuſus
M ultiplici ſub cæde cruor, Regumq; poteſtas
V exata, & populis cumulata incendia. Sed quis
I ſta canat lacrymas ſaltem atq; auctura dolores?
O ptandum eſt homines ſapere. aut ſi forſitan eſſe
C ollibeat ſtultis, maiori deniq; ſtulti
V tilitate ſient. vel non promittere: vel ſi
P romittas, quæ ſunt promiſſa, fideliter imple.
R es eſt ſancta, fides: quæ ſi ſeruetur, honeſtè
M agnanimum te te eſſe dabit. Chriſtiernus vbiq;
Q uæ pacis fuerant ſpectare negocia. ſed nil
C onſilio perfecit. ineſt iniuria rebus
I pſis, & ſpondent cum præmia maxima, lædunt.
E rgo vbi ſe toties deluſum aduertit, & armis
P erficier nil poſſe videt, gentemq; locumq;
L iquit: & inuiſo ſubduxit robora bello.
T um meliora animo complexus, inutile damnat
I n Sueones ſtudium: victor licet inde tuliſſet
B ellica ſigna, quibus votum perſoluit: vt iſta
H afniaca ſuſpenſa iubet ſpectarier æde,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V irtuti pretium & ſero monumenta Nepoti.
A Suecis igitur totum cum auertit, eundem
A diecit pietati animum: & pro more paternæ
G entis, adit magnæ tum maxima limina Romæ,
P ontificisq; manum placuit tetigiſſe. ſedebat
T um Romæ Sixtus: magno qui amplexus honore
C hriſtiernum, celſos miratur corporis artus
E t dignam imperio ſpeciem: cùm gratia vultu
R egnet, & ex illo reliquis ſit gloria membris.
V num autem Sixto memorant doluiſſe: quòd eſſet
M uſarum Chriſtiernus inops, Latiæq; loquelæ
I gnarus: poſſent cùm non ſibi mutua verbis
P ectora partiri, ac alijs ſine teſtibus omnem
E xpoſuiſſe animum. Sed vt huic tandem audijt eſſe
D octrinas curæ, Muſasq; & ſcripta probari:
I am maiore virum eſt ſtudio complexus, honeſti
P ectoris eſſe putans: quòd, quæ ignorauerit ipſe
H aud alios etiam, patrijs ſata pectora regnis,
I gnorare velit. tum verò vbi ſentijt eſſe
A rbitrium Regi, ſacris vt dulce Lycæum
C onderet, ac patrijs inferret lumina Muſis:
P ropoſitum permagni habuit, laudatq;, ſimulq;
S eſe adiutorem tanta in conamina ſpondet.
E rgò poteſtatem condendæ Academiæ auito
D anorum in regno, legesq; ac iura Monarchæ
P rotinus indulſit, formamq; inſcripſit honeſtis
M oribus. vt quanto diuina Bononia cultu
E xuperat, quanta ſe libertate tuetur
D octrinasq; colit, titulosq; in præmia mittit:
T anto gauderet vel libertate vel vſu
N oſtra etiam, ac parili poſſet ſe iure tueri.
D iſceſſum Roma eſt. Poſt quàm redit, ocyus iſtud

Sixtus IV. Papa Romanus

Aggreditur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ggreditur Chriſtiernus opus. cumq; Hafnia multis Hafnia
A nte bonis cellat: Portuq; ſoloq; virûmq;
O mnibus ex terris, confluxu: habeatq; rigentes
I n vallum muros, tum mercibus aucta redundet,
A c liceant tenui vænalia ſingula nummo:
E ſſe locum ſtatuit, quo poſſent ſacra Lycæa
C ondier: ac magnos pariant Gymnaſia fructus.
N ec mora, Doctorum contracta eſt turba: ſecuti Academia Hafnienſis.
D iſcipuli, ac numero diuina frequentia creuit
V ſque adeò: vt priſcos aliarum Academia cætus
N oſtra hæc æquarit, ſi non ſuperauerit. Illum
I udico fœlices retuliſſe in ſidera vultus
E t nituiſſe diem: quo ſe Schola tanta futuro
E xtulit euentûi, primosq; euecta ſub orſus,
Æ ternas meruit ſibi præmia cœlica Lauros.
N am Superis res eſt authoribus acta. Quid omnem
S uecorum terram, aut populos domuiſſe rebelles,
H uic conferre velis operi? Pax optima rerum
C enſenda eſt: ſedenim paci ſic iuſta putaris
C ommoda decerni: primos ſi Eccleſia fructus
S entiat, ac claris conſtet ſua gloria Muſis.
D ecedens Chriſtiernus, humo ſacra intulit oſſa
V xori iunctus, ſublimi vbi pulcra Sacellum Dorotheæ Brandeburgiæ.
C oniunctum templo ſpectat Roſchildia, Regis
H uius opus: condi quo pridem membra iubebat,
N on ita magnificis congeſta ſumptibus vrna.
I ohannes patri ſuffectus, & integer æuo Johannes Rex
C onſilijsq; bonus, molem ſuſcepit auiti
P rotinus imperij: regnumq; exorſus honeſtè
G eſsit, & eximia promouit publica laude.
H unc equidem Hiſtoriæ monumentaq; ſcripta Monarcham
S ic referunt: vt ſi non huic ſententia primas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D eferat, haud facilè id fuerit dixiſſe ſecundus
C ui ſiet, ac merito cui proximus extet honore.
H uc ita congeſſit cunctos fortuna beati
I ngenij neruos: cœlum aſpirabat, & vſus
Æ theriam firmabat opem, Virtusq́ parabat.
L onga equidem bellis tela eſt, & plurimæ in armæ
A mbages: dum nunc Gallos, nunc milite victor
F ulminat in Sueones, nunc Anglica tela relidit:
V andalicosq́ viros atq́ aſpera pectora cogit
I uſſa ſequi. fuit hoc non iuſtior alter, & alter
N on etiam melior: bello fortiſſimus, armis
I nuictus, patriæ ſtudioſus, & omnis honeſti
T utor. Dytmarſos ſed enim cum tentat, acerbo
V ulnere confractas patitur reuocare phalanges,
Q uas reuocat. toti tum quanta modeſtia vitæ
Q uanta animo pietas inerat, ſtudiumq́ merendi
O ptimè, & ad miſeros ſolertia quanta colonos,
P aſſim equidem notum eſt: res fama eſt cognita, nec ſe
V nà etiam in tumulum magno cum Principe mergit.
H uic buſtum fœlix Ottonia[F] detulit. altè — F in templo Franciscanorum quod volant Graabrødre kirke
F ama volat totumq́ implet ſacra plauſibus orbem.
Christianus II. F ilius hunc ſequitur: qui ſi non editus eſſet
I n lucem, aut primis mox exſpiraſſet ab annis:
Q uid quæſo, ingratus dubia quod lance notaret,
H as inter tenebras populorum mundus haberet?
N unc verò fati ſed non virtutis egentem
O biecit ſors dura malis: variatq́ ſubinde
N unc hos nunc illos, quos induit æmula vultus
Æ ſperior certè: niſi quòd fortaſſè Tonanti
S ic libeat, magnis etiam moderata Tyrannis
S uadere, & celſos ſubtus iuga cogere faſces.
S anè equidem vix defuerit quod poſſe decere

Clarum

C larum Heroa putes. genus eſt atque inclyta certè
M aiorum ſeries: qua non illuſtrior vlla
E xtulit antiquos inter ſua ſtemmata Reges.
S eu tu Danorum primis à gentibus ortam
P rogeniem ſpectes: ſeu quam ſibi Miſnia longis
C ontinuat gradibus veteriq́; volumine prolem
A ſpicias: equidem multo pulcherrima ductu
L inea ſe prodet, Regiq́; erit aurea noſtro.
T ùm verò vxorem eſt nactus: quæ maxima poſſet
P rincipis in thalamos atque in commertia vitæ
D ucier, Auſtriacæ decus & pars inclyta ſtirpis
E lizabetha: cui virtus ampliſſima cunctos Elizabetha Caroli V Soror Christiani II Conjux.
I mplerat numeros. adeò pietatis & omni
O fficij genere exornatam ſplendor honeſtis
I mbuerat titulis: interq́; nitentia famæ
P ræmia perpetuos referebat certus honores.
T um quanta ingenij moderatio? quanta voluptas
I n vera pietate fuit? non terruit illam
T empeſtas pluuiæúe graues ventiúe ruentes,
N on frigus, non triſtis hyems, non blandior æſtas:
Q uò minus in templum ſe matutina miniſtris
H aud ita permultis ageret: votoq́; Tonantem
S upplicibusq́; adeò precibus placaret: egenis
E t ſua partiri non tenuia munera poſſet.
D igreſſa à templo matronas inter honeſtas
E xceſſit. quid enim? cunctæ hanc venerarier: hæc quòd
O fficijs cunctas ſtuduit ſibi velle mereri:
E t placuiſſe bonis. aberat turpiſſimus ille
F aſtus, in euerſas qui congerit omnia mentes:
D eformatq́; animos, humanaq́; pectora cœno
O bruit, ac ſcelerum maculis infeſtat honores.
Q uin miſeris tutela reis, preſſoq́; inopiq́;

C onfugium, & patriæ ſacra extitit anchora noſtra,
I ndulgenſq́ viroq́ etiam rectiſſima ſuadens:
V t ſe clementem præſtaret, & omnibus addat
C onſilijs frænos, licitumq́ è iure ſequatur.
H anc ergò vxorem Chriſtiernus adeptus auita
C æſareaq́ è ſtirpe ſatam, iam fœdere fœlix
E ſſe etiam poterat: & erat quoque, fœdera quantum
H æc ſua fœlicem medio in certamine reddant.
P oſtremò, vt ſolido conſiſtat circulus orbe,
A tque omnes fortuna gradus æquiſſima donet:
M agnanimo tria regna viro potienda ferebat
N il cunctata. patri ſi quid fuit aſpera, gnato
M itior alludit: Borealia regna venuſto
C opulat acceſſu, tripliciq́ è fune reuincit.
C ætera, ceu formam, affines percuſſaq́ multis
F œdera, diuitias, ſucceſſum, pignora ſacro
E dita coniugio, & vulgi non fracta ſequentis
P ectora, quid dicam? conſpirant omnia: ne quid,
Q uod Regem poſſit fœlicem reddere, deſit.
E t tamen euectus tanta in faſtigia, tantis
P ræſidijs vitare nequit: quin exul acerbæ
P lurima fortunæ ludibria ſentiat: vno
S edibus è totis momento excuſſus. adibat
I nde ſuos, notoſq́ ſimul pariterq́ propinquos
S ollicitat. ſed enim miſerum eſt vel egere, vel eſſe
E xtorrem, & nomen peregrina in gente tueri.
P ræcipuè ſi ſe atra domi fortuna moleſtos
I nduat in vultus: aliumq́ obiecerit, in quem
N on animus tibi, ſed gladius deſæuiat: altos
S i ſtudeas reparare gradus, tituloſq́ priores
A ſſerere, & totos maiorum apprendere faſces.
H îc certè labor eſt, hîc magna impendia. quin vix

Conſi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſilijs etiam quicquam datur: vndique lucta
C um fortuna. aderit ſemper, quod abeſſe probares:
E t tibi multiplices obiectant triſtia fluctus.
H îc ſeſe externi, quanquam fortaſſe priores
A cceſſus tolerare tuos & pingere certant
O fficijs: vario tandem tamen ore querentur,
H ac ſe inopinata fatorum clade grauari:
E t ſibi contrahier peregrino ex vulnere luctus.
E ſſe quidem ſeſe deuinctos ſanguine: ſed qui
H anc ſibi non propriam faciant, ob commoda, litem
Q uæ nuſquam apparent. ſed quid fortaſſe propinqui
D etulerint alij, non ſe perore futuros
P ræſidio. intereà ordinibus prohiberier, ignes
A ttrahere: & quæ ſint aliena incendia tectis
I mmiſiſſe ſuis. Quin ſi non prorſus ab omni
D eijciant preſſum fiducia: at eſſe paratos
S e ſimulent, qui pro tali diſcrimen amico
C ertum etiam tulerint: lento tamen impetus iſte
P rogreditur ſpacio, nec quid mirabere primùm
I nuenias. nunc longè abſunt peditesúe equitesúe:
N unc improuisò res incidit. ardua puppi
M ateries cædenda prius. tùm ciuibus æra
E xtorquenda: procul miles cogendus: habendi
D electus: alio terret vicinia caſu,
Q uæ noſtris inhiat. Dux expectandus, habenis
O rea figenda. immanes cùm ſidera venti,
C ùm tempeſtates, & frigora dura relinquant.
T andem etiam miles ſtipendia flagitat, ante
Q uàm meritò poſſet ſtipendia vera mereri.
P oſtremò prædæ ratio diſturbat euntes,
Q uam rixis grauibusq́; minis ceu vulnere partam
D iſtribuunt, at enim iam defluxêre gerendis

Commo-

C ommoda rebus, habentq́ ſuos fatalia caſus
T empora: quæ primo ſi vellas cardine, fruſtra
R eſtitui dilapſa petas. Occaſio, rerum
E ſt mater: quam qui ſtultus neglexit, habebit
Q uas ſua ſtulticiæ dant infortunia pœnas.
I ntereà pars iſta domi nil ceſſat. ita omni
V ndique ſe miſcet fortuna aduerſa periclo,
E uentusq́ grauat, mortemq́ in præmia ſpondet.
E t nihil exemplis opus eſt. Suen Ottho vagatus
I dq́ diu, quid pro meritis eſt iſte paternis
P ræſidij expertus? Henricum filius armis
E xigit, ac regno ſpoliat. tamen ille vetuſta
P rogenie clarus, factisq́ haud impiger, ecquid
M agnatum ſtudijs fulcitur? opémne propinqui
A ffinesúe ferunt? Sed enim quibus ante parentem
P ræſtiterat ſeſe, & ſummos tribuiſſet honores:
I nclinata equidem fortuna pertulit hoſtes,
A ntiquoq́ue nihil cedentes vidit amico.
H îc caſus noſtræ eſt faciesq́ & linea vitæ,
V t nihil humanis confidas viribus: haud te
I nfatuet ſplendor, promiſſaúe lubrica fallant.
V tq́ diu erratum eſt: aliquam tum Carolus ipſe
V iſus opem Regi fuerat decernere, grandes
C ùm fortaſſe rates aliquot Batauisq́ Selandisq́
I mperat, affinem iuncta qui claſſe reducant
R eſtituantq́ loco bellisq́ ac milite. Sed quid
Chriſtianus II in arce Kalundburgica captivus detinetur. *A ccidit? in portus claſsis delata marinos*
N ortuagicosq́ ſinus, Chriſtiernum exponit. vt inde
A duectus noſtras peruenerit exul in oras,
S onderburgiacos aut viſerit incola muros:
R ettulerint alij. Ludit ſors improba rerum:
E t ſummo quæ celſa gradu ſic deijcit: hinc vt

Fortu-

F ortuna diſcas nihil inconſtantius eſſe,
Q uamcunque in partem ſeſe inclinauerit. etſi
P ronior in lapſus, in culmina tardior ibit.
D urum eſt in ſtimulum calces defigere. cœlo
S i non promoueas, nihil eſt quòd cætera tentes.
I lle abit ac animo ſua fert incommoda forti
E t prudente, etiam medijs lætiſsimus vmbris:
C ùm nihil imperio, nihil afficiatur acerba
F ortuna. patiente animo ſua vincula vincit.
V t verò exceſsit funeſto terminus orbi,
I n libertatem aſſeritur: foribusq́; recluſis
I n Sialandiacas rediens deducitur vrbes,
N il faciem mutatus, & omnes integer artus,
H eroi ſimilis: cui circum candida latè
C æſaries multo ceruicem ambibat honore
D iuinumq́; viro texit caput. inde vetuſtam
Q uà Kalundburgum vicino mœnia ponto
E xerit, ac tuta ſeruat ſtatione carinas,
I ngrediens: hanc decretam ſibi protinus arcem
O ccupat, ac læto ſubit aurea culmina vultu
N il cunctatus: vbi quæ principe digna fuiſſet
C onditione vſus, Regum pro more miniſtris
A tq; clientela, & comitum ſtipatus honeſto
O bſequio, priſca ſe libertate ferebat
D onatum: ac gratis quæ ſors dedit accipit vlnis.
S anè equidem huic aliquot cùm conuerſatus adeſſem
M enſibus, & totos vitæ ſpecularer in vſus: Magnificè tractatur.
M agnificis tractari opibus, Regumq́; vetuſto
P ro ritu vidi deferrier omnia. multis
I d ſanè officijs & honeſta mente Canutus
P erfecit: rigidæ qui Gyldenſtiernius arci
P ræſes erat, Regemq́; animo curaq́; fouebat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ollicitus: cui, (cùm fato ſublatus abiret
A d Superos, vir præclara virtute, fideq́
E ximia, & veteri morum ſpectatus ab vſu:)
S ucceßit Steno: qui nihil inferiora ſecutus,
A ntiquosq́ imitatus auos, bonitate mereri
Æ ternam poterat benefacta ob plurima laudem:
E t meruit. Roſa cui nomen Sparriq́ venuſtum
S ic auxêre, Skarholdinis vt patribus ortum
S cire queas. Is pro patria dum ſtrenuus hoſtem
P roterit, ac Sueonum ſatagit turbare phalanges,
O ccubuit: fama victor, ſed victus acerbo
C aſu, cum medios inter cadit obuius enſes.
E t ſeſe impauidum tanta in certamina monſtrat.
H oc igitur rerum cùm curatore, bonoq́
P ræſide Chriſtiernus ſtudio foret vſus amico,
Q uòd placidis Steno conſilijs & moribus eſſet:
T ranquillam exegit vitam, curisq́ ſolutus
P lurima doctorum ſcriptis expreſſa legebat,
A ßiduus. non hunc vel priſca potentia Regem,
V el generis ſplendor, varijue inſania vulgi
I mpulit, vt quicquam quod non decuiſſet, habendum
T entandumue putaret: at hac in ſorte quieſcens
C ætera neglexit. Supero quin ſæpè parenti,
(C onſtat enim) ductas imo de pectore grates
P erſoluit, rerum quòd tempeſtatibus eſſet
S ubtractus. Vitam plerunque hoc more dieſq́
A bſumpſit, multusq́ ioco & ſale viuidus omni.
Cauſæ amiſſi Im-perii
C ur verò Imperij cura ſemotus in haſce
F ortunæ ſortes deuenerit, arbitror eſſe
H aud multis notum. Nam quòd graſſatus in hoſtes
S æuierit, Sueonumq́ aliquot Proceresq́ viroſq́
P ræcipuos, ſubita percuſſos ſtrage necarit,
H aud etiam parcens: vt non probo, multa ſubinde

Ignorare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I gnorare velit, qui nouerit omnia Princeps:
E t reliquos animi motus Clementia vincat.
S ic aliquo ſeſe poterit fortaſſe tueri
C onſilio. multis multorum vocibus hæc res
E uariat. neq; me cenſorem ſcribo. Nec iſtud
C redo etiam nocuiſſe viro quòd legibus eſſet
S trictior: ac certa multorum vela rudente
C ontraheret. Sed enim veteri rumore recordor
N eſcio quid paruum noſtras veniſſe ſub aures:
Q uo placuit minus. infracta fortaſſe ferebant
H aud ſemper coluiſſe fide, quodcunque ſigillis
P actus erat. ſumma hæc ſtudij eſt, & prima laborum
M ateries. cui cùm ceu tincta cruoribus arma
A dderet, ac vario miſcere incendia motu:
I amq; adeò extractos terra, buſtisq; ſepultos
V elleret, ac crucibus laceros ſuffigeret artus:
I ncuſſum reliquis odiumúe metumúe fuiſſe
C redibile eſt. At ſi quid forſan acerbius actum
E ſſe putes, longa penſatum clade fateri
E t meminiſſe velis. culpa caruiſſe, Parentis
S olius ætherei eſt. mortalia pectora nuſquam
P roſpiciunt ſatis: & variè impelluntur, vt eſſe
H aud ſatis æqua queant. captant compendia multi
E t ſuadent non recta: quibus cùm deferat aures
O bſequiturq; malis, hîc ſeſe euertit, habetq;
I am ſibi quæ viuus contraxit funera Princeps.
V tq; alios ſileam: Batauis aduenit ab oris
I nfœlix ſtudijs mulier Sigberta, Monarcham
Q uæ gratumq; bonumq; prius, dementat: eiq;
M ancipium Sathanæ ſic cunctos terminat actus,
V t neq; conſtiterit ſibi: nec quos imperet actus
E xpenſa ratione ſciat. ſubuerſus habenas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

“ I mpuræ liquit. quin fraus non parua iugali
“ M iſcetur lecto. quid enim? quò promptius illa
“ Q uod cuperet, magnis etiam perfecerit auſis,
“ E t retinere virum ceu prenſo gutture poſſet:
“ S ubmittit Regi gnatam. Venus impigra nullis
“ P arcit, & à recto quæ ſunt rectiſsima vellit:
“ S ummorumq́ animis incendia triſtia firmat.
“ H îc igitur prauo Chriſtiernus ceſsit amori,
“ N equitijs ſagæ victus, cui obtemperat: & dum
“ P aret, init noxam, cumulatq́ è pellice crimen.
E xcedunt aula Proceres, latitantq́. ſequuta
T urbarum moles, noſtri quæ culmina regni
P erculit, ac latè coniectos impulit ignes.
Intereà regnis abijt comitata Maritum
E lizabetha, Deûm ſoboles, & proxima cœlo
G loria, virtutum cuſtosq́ & imago. tametſi
N e regno excedat, quidam monuêre. reuerti
P oſſe virum, & læſas reparari in fœdera mentes.
E ſſe in conſpectu terram, cui præſit. at illa
A diunctam ducens ſobolem haud cunctata, paratam
H afniaco in portu nauem conſcendit, eaq́
V ecta procul tandem Batauis allabitur oris.
H îc degens vitam mutauit morte, iacetq́
I lla ſepulta ſuos inter, non flenda. parentis
C arolus ipſe vices ſubijt, paruosq́ nepotes
E t totam cura ſobolem eſt complexus: vt illis
E t pater, & genitrix poterant ſupereſſe videri.
H inc ea proſapies latum quæ ſparſa per orbem
E xcellit titulis, formaq́ ac diuite rerum
V bertate valet: cui nec genus acre clientes,
N ec virtus famam, nec opes fortuna negauit.
T eſtis es Imperij pars inclyta Rhene, decoram

Illuſtremq́;

I lluſtremq́; vides qui tot labentibus annis
D orotheam. illa tibi FRIDERICE^f adiuncta marito
R egna Palatinis in collibus ampla tuetur
V na etiam, & ſtudijs rem non fallentibus auget.
Q uid Mediolani pridem, Chriſtina potitam
I mperio te, magna canam? Lotharingia ſponſos
A uxit: & ex illo Princeps tibi principe natus
C reuit, in haud dubium qui mittet nomina culmen,
S i vita comite, & Chriſto duce fata ſequatur.
S ed calamo ſit meta meo. narrata proinde
L atius extendi, videam quòd plurima Rege
H oc de Chriſtierno vaniſſima ſpargier: & quæ
F alſa ſient, toti ceu vera obtrudier orbi.
V t verò regnum turbatus pectora liquit
C hriſtiernus: mox conſilijs communibus omnem
H oltzatico Proceres rem demandare Duciq́;
A tque viro, ex æquo ſanè optimo: & inſuper annis
S ic maturo, vt non temerè, quæ publica regni
I usq́; ſalusq́; foret, ſtudijsue aut iuſſibus eſſet
P lanè euerſurus: ſed recta monentibus aures
P ræbere, ac Procerum qui ferre hortamina vellet.
P oſtquàm igitur noſtras venit FRIDERICVS in vrbes
M agnatum accitus ſtudijs: quanquam Hafnia triſtem
O biecit remoram, Henricus cum ſumma tuetur
(Maximus è Gôijs) regni monumenta: quòd eſſet
C hriſtierno, fidei ſacro & pietate Secundo
D euinctus: quorundam etiam & non facta probaret:
O mnia: paulatim populi tamen ore manuq́;
A ſſeritur: portisq́; patentibus Hafnia Regem
A ccipit, ac veteri demum pro more coronat.
I s poſtquàm Imperij donatus iure fuiſſet,
H umana vixit nulli virtute ſecundus

f Palatine vid. in- decem.

Fridericus I.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N ec cuiquam grauis, affatu molliſsimus, omni
Q ui Proceres donat vel libertate, vel vſu
L ibertatis: honore equidem dignatus, auiti
P er quos imperij tandem ſit adeptus honores.
H ic Euangelij, Chriſtierno principe iactam
D octrinam amplexus, latè permiſit in omnes
R egnorum partes, atque omnia in oppida ſpargi:
H ortaturq́; ſuos, ne quid cœleſtia quiſquam
S emina proculcet: patefactaq́; verba ſalutis
R eſpuat, ac vitæ ſurgentes obterat herbas.
I pſe equidem ſtudio veræ pietatis & æqui
P ræſtabat: maiora quidem facturus, atroci
S i non Parcarum ceſsiſſet funera regno.
N am Gottorppenſi cùm functus in arce fuiſſet,
S leſuici tumulo inſeritur, regnumq́; relinquit:
H aud lætis etiam quod poſteà motibus actum
Q uaſſatumq́; fuit. Primas ſibi vendicat audax
L ubecum partes. Malmogia noſtra ſecundas,
A t reliquas fœdo cumulauerit Hafnia ſuaſu.
I nde miniſtrorum longa eſt diductio: qui ſe
M iſcebant rebus capita vt ſuprema gerendis:
P ercelluntq́; alios, aut ſpe ſub vulnera ducunt.
H îc VVllenueber & Marcus Meyerus ab omni
L ubeco ſubeunt, qui ſummi ſumma gubernent
F acta. Monetarium iungit Malmogia: iungit
H afnia & Ambroſium, quæ quatuor alta columnæ
S uſtineant rerum faſtigia, & inſuper vrbes
H as Lubecenſi firmatas nomine ſeruent.
S ed quia difficili populorum tanta fauore
P erficier res iſta queat, prætextus agendis
F igitur: vt Regi Chriſtierno vincula ſoluat,
E t patrios miles reddat tranſmiſſus honores.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H æc animos vulgi res valde affecit. at hiſce
N on etiam ſatis eſt niti rationibus. vno
S upremoq́; opus eſt rerum Duce: cætera cuius
A rbitrio veniant fœlici ad culmina motu,
Q uiq́; aliquo præſtet Maiorum ſanguine: quo ſe
V enditet in vulgus cognataq́; ſemina iactet.
H is aptum formis & idoneum ad arma putabant
C hriſtoferum, Altenburgiaca qui natus in aula,
C hriſtiernum è ſerie Maiorum attingere. nacti
H unc igitur celeri noſtra hæc ad littora claſſe
S ubuectant: quaq́; Huidtoram mare lambit, arenis
E xponunt, primasq́; dabant contingere ripas.
N ec mora cum Hafniacam veniens exercitus vrbem
O ccupat. ex illo latè Comes imperat: arces
D eſtruit, ac auidos, Sialandica rura, colonos
P artitur. Sed enim ne deſint robora duræ
M ilitiæ, actutum ſocio ſub fœdere iungit
A lbertum: qui Vicinis in gentibus amplam
M agnopolim veteri Maiorum è ſtirpe gubernat,
E gregius forma Princeps: qui dignus haberi
I mperio poſſet, cœlo ſi tanta iubente
C ulmina tentaſſet noſtrasq́; adijſſet in vrbes.
I s poſtquàm aduenit Comiti moderata monendo
P erſuaſit: celeriq́; manu quodcunque ſequatur,
P erficiat. ſeſe cuſtodem hîc eſſe futurum
C iuibus, vt tuti ſint noſtra ad tecta receptus:
A ſperius ſi quid fortuna facillima gignat.
T ranſcurſu ſed enim varias Comes ibat ad vrbes:
N obiliumq́; domos infeſtat, vbiq́; nocendo
G raſſatus. quid enim? aſpirat ſors æqua labori,
P rimaq́; ſuccedunt fœlici triſtia vultu.
H îc Roskildenſes igitur funeſtat: & altos

Söbur-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S öburgi muros, & Kalundburgica caſtra
O ccupat. actutum tranſmiſſo littora ponto,
C ulta Fioniacis inuadit collibus. hic ſe
I nſula ſubmiſit, dominoq́; paciſcitur, vrbem
S upremam capit, & lato ſub limite regnat.
N ec minus inſigni graſſatur acumine Clemens
I n Cherſoneſum delatus puppe, ſub illam
Q uæ ſeſe extremis connectit finibus oram:
A gricolasq́; mouet, miſerisq́; illudit honeſta
S ub ſpecie: Regem velut exemptura feratur
C hriſtiernum manus, & veteri ſit fida Tyranno.
I n Scanis minus eſt fortaſſe tumultibus actum,
C onſilijsq́; id Tyco tuis: qui plurimus vnus
N ec patriam prodis, nec tete indigna ſecutus
A dmittis. poterit generiq́; & florida cunctis
E x tete prorſus deduci gloria Krabbis:
Q ui cùm ſe tali videant è fonte ſub auras
T endere ſidereas, vitæq́; apprendere lucem:
M aiorum rectè acta velint imitarier, & quo
T u progreſſus, iter ſtudeant virtute tueri.
I amq́; omnis ſubito ardebat triſtiſsima bello
D ania, & hoſtili ceſſerunt multa furori:
E uerſæq́; domus, atque obruta caſtra, perempti
N obilium quidam: pulſæq́; in vaſta puellæ
E rrabant nemora, & circum ſua tecta vagatæ
N equicquam patrios ſpectant è colle penates.
C ùm ſeſe intereà deprenſis cladibus, alto
C eu ſomno quidam exſtimulant: qui dira tuentes
F unera, & euerſam Patriæ iam penè ſalutem
N on niſi de tenui pendere in pharmaca filo:
C onſilium ex ipſo captant ſibi tempore. quorum
P ræcipuos, (nec enim fas ſit mihi tanta ſilere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N omina, & æternam Muſis diſcludere laudem.)
R ettulero. quis enim claris Bildonibus ortum
N eſciat Acuonem: quo tunc Arhuſia ſancto
P ræſule florebat? quis Magnum, nomine & vſu
V erè etiam Magnum, Goijorum ſtemma? quis illum,
D ania Patrono quo ſe iactarit, Ericum
P rætereat? genus huic præſtansq́ vetusq́ ferebat
B annero titulos: ſed virtus inclyta famam
A uxit, & haud dubio florentem cinxit honore.
H is ego præcipuè rerum incubuiſſe putarim
M agnarum curam: quiſeq́ ſuosq́ tueri
E t nihil hoſtiles inter metuiſſe tumultus,
C onati, Procerum cùm eſſent communibus aucti
I udicijs, (quantum ſparſos coniungere poſſent
F ata viros, mœſtumq́ regit fortuna Senatum,)
" C hriſtiânum, miſſo Regem Oratore vocabant
" D ecernuntq́ ſimul, patriamq́ in præmia ſpondent:
" S i quod tum preſsit firma obſidione, relinquat
" L ubecum: ſeq́ opponat ductorq́ caputq́
" H oſtibus, ac noſtras veniat defenſor in vrbes.
" C onfuſum ſtudijs regnum, cladesq́ ferendo
" D iſtrahier. ſed enim non cunctis fracta voluntas
" A d libertatem eſt. ſaltem pars optima belli
" E ſſe velit, quoq́ externas iam milite gentes
" P ulſat, & haud firmas victor licet, appetit arces:
" H oc defenſorem Regno ſe præſtet: eoq́
" S i cœlum aſpiret, ſolida mox pace fruatur.
" A d Proceres verò quod & attinet, eſſe futuros
" Q uo velit ipſe loco. vires cum viribus addent
" C oniungentq́ operas. ſacro ſe aſtringere dicto,
" E t patriam exoptant communi è ſorte tueri.
" E ſſe animos ita Chriſtiâno menteſq́ bonorum

Legatio Procerum ad Christianum III de capessendo regno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D euinctus: nihil vt dubitet quæ magna Senatus
O fferat, amplecti patriumq́ capeſcere regnum.
N ec moueat, dilata diu ſuffragia bellis
T anquam extorqueri. non omnibus omnia rebus
T empora conueniunt. fato ditiſſima regna
I mperiumq́ dari. Scire ipſum, quanta parentis
I udicio fuerint rerum momenta. Sed hoc nunc

[redacted]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I mmittas, pariterq́; tuis hæc robora firmes.
C ætera perficient ſorsq́; & pia Numina. tali
F retum mandato Iohannem Friſium ad oras
C aſtrorum veniſſe ferunt, pariterq́; locutum
E xpoſuiſſe Duci: quæ ſit ſententia magnæ
N obilitatis: & vt patriam diſcrimine tanto
L iberet, hortatum. Suadentem magna, ferebat
C hriſtiânus: nuncq́; huc animum, nunc impulit illuc,
D iſcutiens tacitis ſecum rationibus, ecquid
E xpediat tantùm non victos protinus hoſtes
L inquere: vt è manibus tantarum occaſio rerum
E ffluat? huc ventum Lubeco & ciuibus eſſe,
V t ſi non dedant, belloq́; fameq́; coacti
D ediderint: noſtrasq́; manus ac iuſſa ſequantur.
C umq́; animis dubius tam magna negocia verſat:
P leroſq́; hanc ſuaſiſſe moram tantiſper, vt vrbem
O bſidione actam capiat: cùm ſpesq́; fidesq́;
C erta ſit, hanc noſtro ſuperari milite poſſe.
A c vbi, ſenſit enim, prædæ vel nomine quoſdam,
V el duplicis ſpe lucri animos impellere: ne quid
S oluere caſtra velint, exantlatosq́; labores
P erdere, & è tenui riſum conciſcere bello:
I pſe alia totos rerum ſub imagine fructus
E xpendens, poſita diducit lucra bilance,
E uentusq́; ſagax geminata examinat vrna.
N ec mora Lubeco tranſmiſſum ex vrbe Senatum
A udijt. vtq́; bonis ſic rem rationibus explet
V t diuturna quidem pax ſit: nuſquamq́; moleſtus
H oltzatico pro iure velit vel ciuibus eſſe
V el terris: ipſe actutum noua caſtra moueri
I mperat. vt mouit, celeri contendere curſu
E ydoramq́; petit: cumq́; vndiq́; contrahit, omne
M ilitiæ noſtras robur traduxit in vrbes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER V.

I AMq́; graues dederat victoria prima tumultus
E t ſubitã Nauarchus opem cumulatq́; ſuiſq́;
V iribus adiungit, coniunctaq́; deniq́; latè,
S i quà fata ſinant, diffundere robora tentat.
P erculſos etenim Agricolas, belloq́; metuq́;
P erſuaſos, (triſti cùm rerum pondere nutat
D ania, & haud tenuis dubias iniuria mentes
S ollicitat:) cùm vel fama, vel Marte valeret,
I mpulit, vt ſocias ſcelerata in funera dextras
P ræbere, & vitam pro libertate paciſci
H aud dubitarint. Nec magna eſt ſapientia ſtultis
A gricolis: nec ſeductos ſtrauiſſe colonos
G loria magnificis eſt æqua laboribus. hoſce
V t virga moderaris equum, ſic iuſſa ſecutos,
S uadendo vertas. nec magnam forſitan ille
M ilitia laudem ſequitur, quicunque colonos
Q ui ſeſe moueant non læſo Principe, ſternat.
N on ego turbarum molem probo. ſæuiat enſis
C ùm nihil hortatu perfeceris. Impulit ergo
H uc miſeros Nauarchus: vt hæc temeraria ſecum
A rma probent: ſortemq́; adeant, quæ poſteà victos
P erdidit, ac ſeros affecit clade Minores.
E rgo vbi Vendſoliam, quà Cherſoneſus in æquor

Subtendit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ubtendit caput, & Scagas deuoluit arenas:
D iffuſos tractu populos, animiſq́; feroces
M ouiſſet, propera Alburgi tum prima cohorte
M œnia tentabat: quæ cùm cepiſſet, in omnes
D iſtendit ſæuas, qui non parere, bipennes.
N obilitas hic multa perit, ſubitiſq́; ruinis
O pprimitur. quidam cùm fortè in templa ſubîſſent
I mmani cecidêre manu: pulſoſq́; trucidat
C lemens, & ſannis morituros aſperat artus.
A lburgo excedens terras premit. vndique cogit
A uxilia: & quos non deprendit ſponte ſequentes,
C ompellitúe minis, flammiſúe furentibus vrget:
V t ſeſe comites magna in diſcrimina mittant.
H oc numero accedit Randruſiî tecta vetuſti,
A tque vrbem obſidione premit. non Iuppiter autor
I mperij? & non eſt hominum pulcherrima virtus?
N ec tantùm illa quidem merita eſt celebrarier, vrbem
Q uæ pars ſeruabat: ne quid fortaſſe periclis
H îc Clementinis ſuccumberet obruta: multum
L audis habent & ab hac Gudium qui parte tueri,
E t iam ſpectantes ad triſtia multa colonos,
S ic poterant cohibere, geniſq́; immittere fræenos
S uadendo: vt nuſquam ſe gens hæc mouerit. eſt res
N on ita magni etiam momenti fortè: ſed huc ſi
S pectaris prudens magnam fateare neceſſe eſt.
S iue etenim Randruſîo illi tunc vrbe potiti
E ſſent, ac ſeſe huc tranſito ponte tuliſſent:
S iue hæc perſimili tandem commota furore
C iſgudiana manus turbaſq́; dediſſet, & arma
C orripiens ſimiles fudiſſet in arua tumultus,
S eq́; iſtos tandem ſubitos iunxiſſet in enſes:
I udicio ſanè maius res iſta periclum

E xſufflaſſet. at eſt cælo curante malumq;
D epulſum, & noſtras non ſe ſcelus auxit in vrbes.
C lementina etenim Randruſîo turba relicto
A lburgum repetit, cæca & temeraria poſtquàm
C onſilio melior ſublatus Finckius eſſet:
Q ui quàm fata diu ſupero produxit in orbe,
N auarcho res læta fuit. cùm morte periret,
C lementis fortaſſe opera: (quòd ſtrenuus eſſet,
E t maiore hominum aggreſſus ſiet omnia plauſu:)
E x illo fluere, & retro ſublapſa referri
R es Clementinis. Diſſentio ſola gerendis
A bſtulerit neruos & idonea tempora rebus.
S i tenui vires regno Concordia gignit:
Q uid maiore etiam imperio tum poſſe putandum eſt,
C um conſtant animis capita alta volentibus? ergo
O bſidionem hanc Nauarchus cum ſoluit, inani
D iſcedit ſimilis, ſeq; in ſua caſtra receptat
I ndignans. aſt hunc, Gudium qui ſpectat ab Ortu,
Q uiq; Arhuſîenſi parebat præſuli, & altas
O ceani latè procurrit tractus ad vndas,
I mmotas retinere manus: ſacramq; quietem
E xcolere, & nullo ſeſe proferre tumultu.
I ngens eſt terræ ſpacium, rebusq; nouandis
O pportunum etiam: varijs cùm portubus æquor
A ffluat, ac multa firmet ſtatione carinas.
A ſt hominum mores alij, feritasq; metusq;
E ſt minor. eſt ſolers animis cunctatio, quiq;
Q uod faciant, vera perpenſum lance ſequuntur.
C onſilijs dant eſſe locum, ceduntq; monenti
V tiliter, gratesq; ferunt hortatibus aures.
H ac igitur ratione manus in vulnera nuſquam
P ræcipitant. ſua quiſque domi tranquillus obibat

Munera,

M unera, & accenſos non adijcit ignibus ignes.
R es tamen hæc mage conſilijs ſapientibus vna
P erfecta eſt: hominum quàm vel ſecordia & vſu
T emporis ignauo: vel quòd metuiſſe periclum,
E t ſua lucra nihil poterant ſpectaſſe videri.
N on etenim hortator deêrat: pluresq; ſubinde
M onſtrabant ſeſe vicina ad littora puppes.
S ed nihil emoto quaſſata eſt cardine rerum
T antarum facies: ſolidam Rugſonia pacem,
E t viridem quidquid lambendo reſpicit amnem
H inc atque hinc, propterq; lacus Kolingici arenas
E ximios pandit fœcundaq; prædia colles,
P rætulit inſidijs. non circumſpectat in vlla
C ommoda, iuncta quibus fuerant diſpendia. quantas
H ac pro re curas, & quanta pericla Michaël — Erasmi Læti Pater vir de indicem.
I nguardo ſatus ac grata Scribonius arte,
S æpè adijt, poterant tùm multi ſcire. ſeneſcit
G ratia, & officijs exſpirant præmia noſtris.
E t tamen hoc lætor genitum me patre: quòd huius
C onſilijsq; operaq; ſalus ſit multa Colonis
P arta: quibus ſuaſit, ne quid tentando nouarent: — Monita Michaelis Læti
A ut vlla ſinerent ſeſe leuitate moueri:
V t ſanctum patriæ ac regni ſpreuiſſe Senatum
D icier, aut aliquo conuinci iudice poſſent.
A dmonitum ſe Banneroq; ac præſule, Regem
P rotinus adduci: qui fuſis hoſtibus vrbes
A ſſerat, ac victor deinceps hæc regna gubernet.
E x illo demum viſuros fine, quid hiſce
E ueniat miſeris: qui nunc funeſta ſecuti
A rma, nihil patriæ ac regni melioribus vſquam
D etulerint. quemcunque dabunt conſenſus & æqua
V ota Ducem, ſeſe hunc habiturum protinus eſſe

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t Regem & dominum. Suadere his ergo, quieſcant
I ntereà, & placido ſubdant ſua rura ligoni.
S cire autem ſeſe cumulatum fructibus iri
O bſequium: aduerſis cùm pars iſta altera damnis
O bruta, nequicquam lachrymis confecerit æuum
Q uod reliqui eſt. aut quæ, rem vera vt lance putaris,
S tulticia eſt, homines neque bella, nec arma ſcientes
R egibus immanes audere obtendere criſtas,
E t furijs bacchari? equidem non Iuppiter hiſce
S ic laxat frænos, nec fœda licentia lucro eſt.
S i magni nequeant, fruſtra eſt tentaſſe, Minores.
S e quodcunq; quidem admonitus cognouerit, eorum
A d rem quod faciat, nil cælaturum. at in vno
S e vigiles præſtent forteſq;: vt ſi qua furenti
O ceano loca iuncta vident, vbi miles ab alto
I nſiliat, noſtris proramq; aduertat arenis:
H æc ſibi cùm primis equidem tutanda putarint:
A tque aditu eſt prohibenda ratis: ne forſitan hoſtis
O pprimat, ac victos certa in diſpendia cogat.
E ius ſi rei quidquam contingat, haberi
L igna ſuis erecta locis, quæ ſacra tuendis
F inibus inſtituit populi conſenſus: in hæc mox
I ntulerint ſubitis augendos flatibus ignes.
I ndicio flammis capto, ne denique ceſſent
H oſtibus arcendis operam celerare. dabit res
E t laudem, & tutos ſeruarit honeſta penates.
H is monitis curam iniecit ſtudiumq; Michaël
A gricolis ſua curandi. cumq; ocia ſuadet
T uta alijs, equidem nihil is ſibi parcit: obitq;
N octe dieq;, quibus tranquillet cætera, curas,
V ndique proſpiciens: cumq; incitat æmula currus
M agnorum ratio, & leuibus dat fræna colonis:

Ipſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I pſe rotam multo ſtringit ſufflamine. tanti
O fficij memorem Chriſtiânus ſe eſſe futurum
P oſteà in Hornſnenſi conuentu ſpondet, Erico
B annero admonitus. Sed enim meliora parentem
F ata vocant: qui cum Inguorſdorpica tecta reliquit,
C ælum adijt, pietate Deo, & virtute futuris
A cceptus. Magno intereà Dux fluctuat igne
C urarum, & quæ ſe primùm ad diſcrimina vertat,
S ollicitè inquirit. Cimbrorum prædia vaſtat
N auarchus: Sialandiacas Comes occupat vrbes:
A tq́; Fionenſem miles peregrinus adegit
O bſequijs terram. Lubeco fama cohortes
M ittier, & paſſim cumulari incendia narrat.
V tq́; diu res eſt vtraque agitata biiance,
I ngentes animis motus capit. ergóne prædæ
D ania conceſſit? partem mihi vendicet enſis
S ic quoque, vt & noſtris ſiet alea iacta periclis:
E uentusq́; regat, qui me regit. inde Senatum
A ffatus, prima eſt, ait, opponenda ſuperbo
H uîc Nauarcho acies: qui nunc miſerosq́; leuesq́;
A gricolas dementat, & huc iam deniq́; quoſdam
I mpulit: vt poſtquàm primis victoria palmis
A ſpirat, cunctos equidem ſe deinde putarint
R egnorum Proceres, ac fractas ciuibus vrbes
O bruere, & bello peſſundare poſſe Tyrannos.
E t miſeranda quidem eſt facies. ſed publica cogit
V tilitas, ne quid parcendum duxeris his, qui
C ùm poſſent etiam, tamen haud tibi parcere vellent.
Q uisúe adeo Holgerum caſus mihi reddat? & illum
N iclaum, Brockos inter qui laude, boniq́;
C ommunis ſtudio verè ſuperabat? an Haccum
I mpunè abſtulerit, tantùm plebs aſpera? Eraſmum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uid Clementino iam notum agnomine, dicam?
Q uid tibi Göije duos referam clariſsime natos
S ic ſæua affectos bellorum clade, vt & vnum
C rudeli occubuiſſe manu, triſtiq́; ſolutum
M orte gemas: vnum prolapſo membra caballo
S ic preſſum cernas, vix vt tibi longa dolorem
A ut lenire diês, aut tollere triſtia poſsit?
N e reliquos memorem qui multi obiere. Sed illo
C redibile eſt, celſas ſucceſſu attollere criſtas
N auarchum, ac ſimili meditarier omnia caſu
I am ſibi: & incertis ſatiare euentibus aures.
H unc hoſtem à tergo tutúmne relinquere ducas?
P rimùm igitur rem, Dijs benè fortunantibus iſtam
A ggrediar. Si quid fortuna aſpiret, & illum
D eijciam, fama perterritus alter in ipſo
S ubſiſtet curſu, ceu conſulturus. opimam
M ox ſpem concipient fati melioris, acerbum
Q ui tolerant hoſtem confuſis hactenus armis.
S ic ait: educto cum milite protinus agmen
I nſtructasq́; Deo turmas forteſq́; phalanges
I n Clementinos tranſmittit. Ibi acta potenti
F œliciq́; manu res eſt: confracta colonis
R obora ſunt, lateq́; necem tolerare: procaxq́;
A lburgum capitur, pœnasq́; ob priſca luebat,
N auarchusq́; fugit: fugientem ruſticus acri
V ectus equo ſequitur, pariterq́; intercipit. inde
C ompactus vinclis, cùm ſæpè diuq́; timeret
H orrificam mortem, tandem obtruncatus obibat
V iburgi: è plumbo cuî tum ſententia factam
I mponi ſecta mandat ceruice coronam.
I ntereà Lubecenſi tranſmiſſa Senatu
A uxilia aduenêre: Fioniacosq́; petebant

Multæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M ulta viros: quòd ab his Comiti mens partibus eſſet
I n Cimbros transferre manus, & iungere ſtulto
N auarcho. cumq́ hoc animo molitur & omni
C onatu, ſubitis rumoribus accipit: eſſe
I am Clementinos Alburgo denique capto
O ppreſſos: ipſumq́ mali caput omnibus armis
E xutum: & vinclis neruoq́ ligante teneri
N auarchum: reliquos qui tanta à ſtrage ſuperſunt
A gricolas, fracto perculſos Marte, fugaq́
D ilapſos, quàcunq́ dabat ſors æqua pauentes
E ffugere, & miſeram curſu petiiſſe ſalutem.
Q uin Chriſtiânum etiam reuocato milite pugnam
E ſſe paraturum. Victorq́ exercitus amplo
I nſtructus numero accedat: cuî robur vtroq́
V enerit è populo. Danos Germania firmat,
I uſtaq́ de varia coaleſcunt agmina gente.
Q uid ſi autem & noſtras translatæ huc copiæ in vrbes
C ulta Fioniacis nobiſcum hæc rura colonis
I nuadant, propiusq́ etiam noſtra arma laceſſent?
C onſerere & pugnam cupiant? audacia creuit
N auarchi fatis, & alit victoria laudem:
Q uam nobis etiam victis fortaſſe tueri
G eſtit. ſed veniat: nec enim prohibebo phalanges
T ranſportare: animumq́ habeat decernere ferro
E t noſtras tentare acies. Ego prima docebo
Q uæ ſint tam magno metuenda pericula bello.
N on Lubecenſem è caſtris vexauerit vrbem:
N on miſeros teret Agricolas. hic campus & ampli
M ilitibus tumuli: quà ſeſe extendere poſſint
C ornua, & in totas proferre exercitus alas.
V enerit, ac quanto conſiſtam robore cernat.
S ic Comes: adductosq́ viros & militis arma

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D iſpoſuiſſe ferunt Aſnenſia prædia circum,
E t captaſſe locum, qui pugnæ commodus eſſet:
O biectoq; etiam muniret corpora vallo,
S i quæ præſidio res forſitan vlla videri
P oſſet egere. ſuos etiam Chriſtiânus equosq;
E t pedites celeri tranſmiſerat impete. quæ cùm
H uc ſeſe tandem infudiſſent agmina, triſti
H aud procul Aſneſo metati caſtra, ſub ipſos
H oſtibus adducunt ſpectacula viuida vultus:
C onſiduntq;. leui tentabant mœnia pulſu:
S i fortaſſe capi vallumq; ac mœnia poſſent.
S ed cùm defenſat Comitum manus oppida, noſtri
N on etiam oppugnant: gratis hîc de milite ne quid
D ecernat fortuna, nihilq; ob funera reddat.
Intereà ne quid deſit, Chriſtiânus in vrbem
C oldingam, pacta veteri pro more fideq;
O bſidibusq; datis, Comitem vocat. eſſe ſaluti
A duerſum nihil, ingenuè ſi forſan amico
C olloquio vtantur, rerumq; hæc pondera veris
E xpendant rationibus: & quid deniq; cuîque
E xpediat, regnoq; etiam ſiet vtile iuncti
D iſquirant. Ille haud quicquam cunctatus adibat,
S ed fruſtrà. Neq; enim quibus eſt rationibus vſus
C hriſtiânus Comiti perſuadet, vt inde reducto
M ilite diſcedat: regnumq; relinquat, vt ad ſe
Q uod nil pertineat: quodq; haud ex iure ſequatur,
Q uo ſe cunque ferat, titulosúe in prælia vertat.
Q uin (niſi quid pacem nolit fortaſſe) ſequeſtrum
I am ſeſe obtulerit pangendo fœderi, honeſtè
Q uo vtatur: capiatq; aliquid, donetq; viciſſim
I pſe aliquid. Sed enim dicentem plura retardat
C hriſtoferus. Vel quid noſtris, ait, auribus iſtud

Multiplicas?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M ultiplicas? non partitum tibi culmina veni:
N ec blandis moueor. Chriſtiernum in vincla grauesq́;
D etruſum tenebras exemptum acceſſimus: huîc nos
I niuſtè regnis patria & ditione repulſo,
A ut totum reddam, aut nihil. hîc Chriſtiânus atrocem
M iratus ſermonem hominis: mihine ergo relinquas
Q uiddam etiam: quem tute vides huc eſſe vocatum
C onſilio & magni conſenſu operaq́; Senatus?
Q uantum, inquit, tua nunc tibi vendicet haſta. ſimulq́;
D igreſſus tranſmiſit: & vt ſe ad caſtra recepit,
I mperat actutum, quodcunque neceſſe putarint,
E xpediant. ſibi Coldingæ luſusq́; choreasq́;
O blatas: alio ſedenim ſyntagmate ſaltus
D octurum magno ſeſe clamore minatur,
I nſultans. Quin Feltenium fideiq́; manusq́;
O blitum monui: ne quid fortaſſe ſequentes
S ub ficta capiat verborum luce Tyrannos.
H uic Comes haud tenuem contorto verbere pugnum
I mpegit, b:li motus, quæ pectora circum
I ngentes flammas tumidumq́; excíuerat æſtum,
P erfractæ cauſa fidei: cùm fortè miniſtrum
F eltenius ſeſe Comiti fore ſpondet, eumq́;
O biectum caſibus varijs impunè relinquit.
N ec minor exercet Chriſtiânum cura monendi
M ilitem: vt hoſtiles conſideret impiger actus
A ttendatq́; vigil: ne incautum cominus hoſtis
O pprimat, aut aliquo ſtragem molimine cauſet.
I amq́; dies alterq́; dies proceſſit Olympo
C ùm Comiti aduenit Lubeco certus ab vrbe
N uncius, adduci peditum tria ſigna, recenti
M ilite: qui ſeſe reliquis coniungat. ab illo,
P rotinus Aſnenſes monuit Comes, oppida linquant

O cyus, ac iſtis iungant ſua robora: cumq;
I unxiſſent, noſtros inuadant: Marte doloúe
E x æquo poſitum. Sed enim ſtratagemata ſenſit
R anzouius, ſensêre alij, quibus iſta Senatus
A gmina mandarat, rebusq; intendere iuſsit.
N ec mora, conſilijs agier res cepta trahebat
N unc huc, nunc illuc animos: quidamq; monebant
V t pugna abſtineant, donec lux craſtina toto
V ectet ab orbe diem: nunc inclinata ruendo
P ræcipitat. quidam ſibi ſupplementa videri
E xpectanda: aliudq; alijs eſt denique viſum:
C ùm ſubitò apparet deduci exercitus: hàc ceu
N on facturus iter, cùm declinare ſtuderet
N oſtros, ac turmas venientibus addere turmis.
H îc veluti rabie aut immani percitus œſtro
F eltenius volat in medium: niſi veſpere pugnam
H oc tentemus, ait, nihil eſt ſi tempore tentes
P òſt alio. ſi quid fidos lubet eſſe, ſequamur
F ortunam. ſuperis rem fortunantibus aude
E ximiam, ac certos animo tibi volue triumphos.
N on inquirentem quo vincas robore, lux te
C raſtina turbarit: ſed iam viciſse ſecundis
N unciet auſpicijs: cùm primis vectus ab vndis
S ollicitum pro te recrearit Apollo Tyrannum.
C aſtra autem propter Taurum ſcio fortia montem
F ixuros. at enim ſubiectis ignibus omnes
H aſce caſas latè dabimus lucere. putabunt
P erculſosq; metu, nuſquamq; audere morari
E ffugere, & ſera tectos ceu nocte elabi.
C ontinuò montem capient, atque inde ruentes
P ræcipiti conentur equo nos ſternere. retrò
P aulatim ex ima ſurgamus valle, ſimulq;

I n cliuum niti & faſtigia ſcandere pugnæ
T entemus. Sic Feltenius cùm diceret, omnes
O mnibus in caſtris conſpecti protinus ignes
A bſumpſere caſas. mox circumductus abibat
M iles, & aduerſum metatur in agmina montem.
T ormentis locus eſt magna datus arte. fuitq́;
O rdinibus digeſtus, & omni exercitus auſu
C onatuq́; alacris. Sed enim octo hîc ſigna pedeſtres
C opiæ habent: equitum turmas memorare vetuſtas
Q uatuor. his data ſunt veteri ſua ſymbola more
D iſcretæq́; acies. Sedenim quæcunque monendo
F eltenius noſtris cecinit ventura, profectò
E uenêre. rati noſtros fugiſſe ſecuti
S unt hoſtes: cumq́; exſuperant iuga montis, vt iſtic
V alle ſub obſcura noſtros hærere videbant,
E t ſpecies non magna foret: cùm denſa coirent
A gmina, & è celſo ſpectantibus arcta leuisq́;
A pparere manus: ſe protinus incitat hoſtis
V t pugnam committat, & ima in valle quietos
P roterat. hic pedites bis ſeptem ſigna ferebant,
S eptem equites: electi omnes clariq́; ſuperbiq́;
E t quibus in Danos grata eſt pugnare voluptas.
B ombardis ſedenim qui præfuit aduena noſtris,
A dmonitus ne quid temerè eiaculetur, honeſto
S ollicitoq́; modum diſquirit acumine, quam tum
I n partem certo diſplodere nitrea lucro
I nſtrumenta queat. ſub monte erecta latusq́;
O bliquum ſtabant ſpectantia. Vt hoſtibus ergò
I nuaſit calor inferna nos valle moratos
A ggredier, tormenta quidem depreſſa furentes
E x alto exonerant: nitroq́; ac ſulphure cœlum
I ntonat, ac latè circum concuſſa remugit

Tellus.

T ellus. aſt omni cecidit labor irritus vſu,
F uneſtatq́; aciem, ac ſcrupuloſo pectora turbat
E uentu. Sed enim nil ſegnius hoſtis agebat
E x ſummo ſeſe: quem cum iam cernit eundo
H aud retrò iam poſſe vias in culmina ferre,
Q uin ſeſe inſequier iam debeat. ille ſolutas
I n latus, in tumidi cliuoſaq́; tergora montis
B ombardas certo defixit vulnere: vt illo
I ngentes dederit ſtrageſq́; & funera pulſu.
V t ſparſi cecidêre: alijq́; alijq́; vel artus
A brupti, media vel mortem morte ferentes
E uolitant: noſtri tum demum ad culmina montis
N itier, atque manus conſertaq́; prælia denſant.
N ec mora longa fuit. veluti ferus vngue columbas
D iſsipat accipiter: quaſdam laniauerit, omnes
T erret, & aërios inter furit arduus orbes.
S ic Comitum quaſſata ruit manus. integra ſtabant
C orpora, & extentas præbere in vincula dextras.
E gregij verò Comites, animiſq́; manuq́;
P rompti: Chriſtoferum qui tanta ad bella ſecuti
A dfuerant, Höijuſq́; ac Teklenburgicus, ipſo
C onflictu in medio ſimul occubuêre: quibus pòſt
T ranſlatis victor iuſsit pius æde parari
S arcophagum: qua nunc Ottonia ſplendida ſumma
V titur. Hîc etiam Goſtaum, Antiſtitem auito
S anguine Trollorum natum occubuiſſe vetuſtas
P rodidit. Is miſerè propter iactatus honeſta
C onſilia, hîc tandem fatali vulnere vitam
D epoſuit. Sed non ſæuitum eſt longiùs. haſtas
A biecêre omnes, victoſq́; faterier. inde
E xcubijs opera eſt data, tum munita valente
C aſtra manu: atque armis victos ſpoliare; nec vltra

in templo Cannu-tino

Quicquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uicquam actum eſt. nam nox bellum comitata ſubegit
L ucem, atq; huîc magno finem dedit eſſe labori.
I amq́; aliquod nocti ſpacium diſceſſerat: & ſe
P er Boream rapido Phœbus temone ſub ortum
P romouet, æſtiuis ceu fit cum ſtrenuus horis
E xplicat è breuibus flagrantem Aquilonibus ignem:
R antzouio miſſus ſtricti Meilfarttica ponti
N uncius oſtendit ſe propter littora: nauem
C um petit, ac celeri aduerſas ſubit impete ripas.
H uc veniens vno iam curſu iter omne peregit
C oldingam. & primo portas cùm mane teneret
I ngreditur. tota Chriſtiânus nocte moleſtam
S ollicitamq́; vigil præſago pectore mentem
H uc atq; huc, dubiaſq́; inter dedit ire procellas:
C ùm ſuſpecta quidem ſibi duxerit omnia: ceu fit
C um metus ac aliquo ſpes ſuſtentata fauore
I n diuerſa animos, & vota ſequentia cogit.
H îc numero Comitem multo ſuperare, nouoq́;
M ilite ſuppleri: hîc recreatos eſſe quiete
I am longa, & plenis vſos prouentibus hoſtes.
C iuibus auerſum ſtudium: locus ipſe diu iam
C ognitus, & multo fiducia concita plauſu:
E xcruciant curis animum, varioq́; ſubinde
C onceptu terrent. contrà ſolantur, honeſti
A udaceſq́; animi motus in milite: prompta
E tiam nota manus: victoria parta recenti
C onflictu: cum Nauarcho deiecta peribant
R obur & arma, quibus rerum ſucceſſibus hoſti
I niectus pauor, & noſtris audacia poſſet
C reſcere. tum patriam ſtudiumq́; & cura tuendi
N obilibus. totos ſedenim ſuper omnia ſenſus
C onfirmat, cauſæ bonitas: cùm conſcius eſſet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I s ſibi nullius, quo vel nocuiſſe videri,
V el poterat factis alienam euertere ſortem.
H æc ſeſe Procerum veniſſe ad bella rogatu,
N on temerè: cùm nil planè affectaret: & eſſet
C onditione, ſuos inter qua poſſet honeſtè
V iuere, & optandam retinere ex aſſe quietem.
H oc ſuperis igitur confidere nomine. cumq;
H as inter curas animum partitur: & eſſe
I am certus cuperet, quo res vſuúe locoúe
S tarent, en ſubito irrumpit conclaue volatu
N uncius, ac læta Chriſtiânum voce ſalutat
V ictorem. Primo Chriſtiânus membra cubili
E xtulerat. Sed enim cum ſe viciſſe referri
A udijt, è ſomno velut èxperrectus, hiabat
A uribus: & dicto geminari læta iubebat.
P oſtquàm autem rerum famam percepit: & vt ſe
P ugna ſub inſtantem penè intulit aſpera noctem:
P roſtratosq; hoſtes, noſtroq; ex agmine nullos
F ermè obijſſe: loco quo conſtitit æthera vultu
C omplexus, grates ſuperis agit. inde ſuorum
V irtutem laudat: tum verò vbi pectora votis
I ntulit, vxori quæ ſunt communia narrat
G audia, & oppreſſas Comiti languere phalanges.
I lla, velut mulier, complectier arcta Maritum,
G ratari euentus, atq; vlteriora precari
P roſpera. quin lacrymis perfuſa cadentibus ora,
O ra rigat, gaudensq; ſibi ſua commoda fingit.
I nde Dijs grates ſoluit, mox talia fatur.
H oc tibi Principium fati melioris habeto
O vir, & ad magnos aditum ſecurus honores.
A nte mihi triduum velut inſultabat, honeſto
Q uando inuitabam recreari pectora ſaltu,

Nil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N il etiam ſiue ore mali, ſeu pectore verſans:
R eiecitq́; manus, aptas quas penè gerendis
E ſſe inquit iaculis, & ſcommate luſit acerbo.
S ed neq́; te viuo, Superisq́; fauentibus, iſta
G eſſero: nec, ſi quid fuerint fortaſſe ferenda,
H oc victore feram. riſit Chriſtiânus: & vt ſe
A uertit barbam mulcens, propterq́; feneſtram
C onſtitit, impelli cimbam procul aſpicit inde
A Dreijenſoddo, multisq́; ex ordine remis
F errier. intuitus, Munckum vocat: ille cubili
P roximus aſtabat iam ornatus colla monili,
N uncia quod propter lætiſsima geſsit. an iſtic
N on vexilla etiam geminis volitantia dextris
P roſpicio? ſanè, Dux inclyte, rettulit. illa eſt
M ilitibus noua miſſa tuis Legatio. noſco
S igna, meis etiam tibi parta & ſubdita dextris.
V tq́; ita proſpectant, vrbem ſubiêre: iubetq́;
A ctutum induci Chriſtiânus. at ocyus illi
S candentes, geminos proferre ex hoſte Leones,
M itia nunc, ſed quæ fortaſſe infeſta fuiſſent
S igna prius: pariterq́; Duci cum tradere, ſic ſe
I nſinuat prior. Vt valeas votisq́; fruare
D ux inuicte tuis, exercitus omnis, & ipſe
M ilitiæ Princeps bello non territus optat
R antzouius. duplici direpta ex ordine mittit
S igna etiam, fidei teſtes, magniq́; laboris
I ndicium. hoc equitum, hoc peditum fuit. alterum honeſtus
E populo quidam rapuit, ſtrauitq́; ferentem:
H oc verò audaci minitans Biörnſonius enſe
O ccupat, ac vita ſpoliatum donat: equeſtres
C ætera quisque ſuum retinent. Dux agminis vnum
I d rogat, adduci quo militem & arma iubebis,

Q uæúe deinde velis victor tentare. locuto
S öſtedio mentum tetigit Chriſtiânus: eiq;
P ræmia decernit prolati multa metalli
P ondera. at exiguum capias licet: arbiter omnis
I uppiter euentus, ſi qua melioribus haſce
I mplerit mihi lance manus; alijsq; tibiq;
P ro meritis venient neglecta haud præmia veſtris.
N uncq; adeò, ne quid ceſſandum exercitus eſſe
F ortè putet, tecum, (nec erit mora) caſtra ſubibo
N oſtra comes, reliquisq; adero pars proxima bellis.
D efunctum me etenim Coniunx paulò ante periclis
A iebat, vates: ita nunc fortuna ſecundet
V ota mihi, & nullis obiectet noſtra ruinis.
V t res cunque tamen cadat, ipſe fidelibus inde
A dſuerim turmis, & quæ facienda monebo.
S ic dixit, celeriq; iubet ſub fræna caballos
M ittier, ac cunctos opera præſtare clientes.
R ectè autem accedit Chriſtiânus caſtra ſuorum
I am victor: Cherſoneſo cùm nulla ſuperſint
Q uæ meritò poterant dubium retinere pericla,
N auarcho oppreſſo. quid quòd multò ante fidemq;
A tq; ſacramenta à populo accepiſſet: in vrbe
Q ui dudum Hornſnenſi ſeſe iurando futuris
O bligat obſequijs, ſeq; in ſuffragia dextris
M ittit. Pacatis igitur cùm Cimbrica rebus
T erra foret: nihil impedijt, quin caſtra Tyrannus
I pſe adeat, verosq; ſimul decernat in vſus.
C onſilijs etenim atq; audaci pectore valde
P ræſtabat. poſtquàm vxori mandata dediſſet
V t Coldingenſi tutam ſe ſeruet in arce
T antiſper, rerum formam dum ſpectet: abibat
P rotinus, ac magnis contendens curſibus Euro

Ocyor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O cyor impulſo, medios ſuccedit in orbes
C aſtrorum, Phœbo multum rutulante. Proinde
V t venit, miles tum circumfuſus ouabat
G rataturq́; . nec obſequio minor ipſius, honeſtè
O mnibus alludit, vultuq́; æquiſsima ſpondet.
I nde vbi Rantzouius venientem exceperat, illum
C hriſtiânus Proceres inter collaudat: & inde
F eltenium: tum Magnanimos, quicunque præibant
N obilitate: fidemq́; operamq́; agnoſcere ſeſe
D ixit, & à cunctis geſtam rem voce probauit.
M ox, quòd adhuc multum videat ſupereſſe diei,
P rogreſſus pugnæq́; locum ſpeculatur, & iſtic
C orpora multa virûm gladijs confecta tuetur.
P rotinus inquiri Comites iubet. Hoijus aures
P one vnum, dextra ſubtus geminauerat ala
A lterum: at ex iſto nutantia vulnere clauſit
L umina. ſed Teklenburgo traiecerat enſis
I lia, & impulſu media tenus extitit aluo.
H os oculis victor rorantibus aſpicit, iſta
I ndignos nece. Sublatos transferrier vrbem
R egalem iubet. inde agier tellure ſepulchra
E t vaſtas aperiri vrnas præcepit, vt iſtuc
C ongerat in tumulos exanguia corpora miles,
Q uæ latè diſperſa iacent. pars plurima magno
E x Equitum numero cùm nil dare tergora vellent,
C onciderat. Quidam ſtabant procul ordine victi
E x acie pedites, totis plebs integra membris,
I gnauum pecus, in medio certamine tela
Q ui manibus iacit, & turpes in vincula dextras,
O fferre. hos cum contempſit Dux, imperat inter
P abula captatum varias diducier vrbes.
P rotinus in Cimbros tranſmiſsi. namque ferendis

S umptibus, immani vexata Fionia damno',
H orruit. aut ſi quid poſſet tolerare, futuram
C hriſtiâno ſemper magna ad compendia. victus
I n Cherſoneſum quapropter miles abire
I uſſus erat, niueos manibus ceu tela bacillos
P rætendens. ſed enim cùm dimittenda putarent
H æc etiam quidam & ceu corpora inania regno
E xtrudenda, aliud viſum eſt ſapientibus. his ſe
C hriſtiânus poſtquàm expedijt, iubet ocyus omnes
P erculſum inſequier Comitem: numerosq; recentes,
Q uos huc Lubecum ratibus tranſmiſerat, acri
I nfeſtoq; etiam quærendos Marte. dabit ſors
E uentum huic ſimilem. iam fractas anteà puppes
H oſtilemq; adeò claſſem Langlandia vidit
D epreſſam: ſeptem tantùm cum nauibus æquor
S ulcantes, horum bis ſeptem in prima carinas
L ittora depulimus: quà ſe fortuna labori
P rimùm aſpirabat, noſtrisq; ingeſſit agendi
F idendiq; animum. nunc hæc ſuperata cruento
Æ gmina fregiſti telo. tibi ſigna ſequentis
H æc habeas manifeſta boni. confide Tonanti,
E t quæ præterea reſtant tibi, fortiter aude.
D ixerat. hac equidem Chriſtiânus nocte moratus
C aſtrenſes inter curas interq; phalanges
S omnia deduxit: ſummo cum mane moueri
Æ gmina tota loco, atque Ottoniam adire iubebat
E t celeres proferre gradus. cum venit, inanem
R epperit, ac verſam furioſis ciuibus arcem:
D iuertitq; aliò. mox quærier vndique mandat,
Q uà degat Comes, & quanto ſe robore cingat.
C ùm ſimul in medium quidam Neoburgica ab vrbe
I am veniens, iuſſu perductus rettulit, ipſo

Hoc

H oc mane impoſitas ratibus ceßiſſe cohortes,
E t Comitem tranaſſe: æquoq; ita flamine vectum
S ub Sialandiacos iam vela remittere portus.
H oc rapidum Dux hoſtis iter, celeresq; viarum
M iratur curſus. quin nos quoque deferat idem
V entus, ait, pariliq; fugacem puppe ſequemur.
N ec mora, contractos cum tota Fionia ciues
A gricolasq; Duci ſiſtit: qui iusq; fidemq;
P olliciti, ſacro ſe obſtringunt pignore, eumq;
I urati dominum, & præſentem agnoſcere Regem.
M ox cunctas minimis recipit ſudoribus arces:
V xoremq; vocans Neoburgum accedit, ibiq;
C iuibus illatam cladem, variasq; ruinas
P ercipit, ac multo quaſſam rem funere cernit.
C umq; diu hîc hæret, quòd quas Comes ante carinas
H inc ſecum abſtulerat, velis ſpoliarit: vt inde
H aud etiam poſſent patria hæc ad culta reuerti,
S i vellent: equidem celeri Dux prouidet iſti
L ege malo. nam celoces, lembosq; volantes
C orbitasq; graues, & acutos roſtra parones,
T um cymbas ſcafasq; leues, vicina popoſcit
O ppida. continuò primas dedit ire carinas
S uinburgum: mittit Kiertmynda celerrima quasdam
N on paucas: mittit ſimili Bounſonia cultu
O bſequioq;: aliquas Foburgum deſtinat. omnes
I mpete penè vno poſtquàm aduenêre, ſequenti
T ranſportant commiſſa die fœlicibus vſi
V entis, ac flatu ſubigentes tranſtra ſecundo.
I pſe inter primos terram Chriſtiânus inibat
N il veritus. nam non nudatum milite littus
S uſpicio fuit. at primas vbi puppis arenas
A ttigit, extemplò Dux ſeſe in littora mittit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræproperans, plauſitq; oculis ac talia fatur.
S alue terra meis æquiſsima rebus, auito
P ræſidium generi, & noſtro calcata parente.
S is fœlix, quodcunque feras, quocunque labore
E xercere velis. non me tibi detulit hoſtem
F ortuna: has teſtor quas iam tranſmiſimus vndas
I ngentesq; maris fluctus: qui pectora terror
S emper acerbus edat, ſemper mihi triſtia gignat,
S i fallam. Iam ſeſe exercitus omnis ab vndis
E xpedijt: cum Chriſtiâno Korſorius aſtat
C onſul. is admonitum docet, hîc nihil eſſe pericli,
N il, quod vel metuat, vel non tentare licebit.
F inibus his hoſtem planè exceſsiſſe: relictam
A rcem præſidijs nil conſeruarier. Ipſum
S e celeri Comitem valde exſtimulaſſe volatu
H afnenſem vt ſubeat collectis viribus vrbem:
H ucq; fuiſſe etiam curſum. tria ſigna pedeſtris
A uxilij properans ſecum tulit, vnicum equeſtris
A gminis. in pagos igitur iam poſſe cohortes
D iuidier. Supereſſe etiam quibus agmina neruis
E xcipiant. turpes diſpendia maxima nautas
H is auxiſſe locis: alio non milite multum
P aſſa mali: vicina equidem penus oppida proment
P roq; tuis, biduo quantum ſatis eſſet, habebunt.
S ic ſenior. delectatum ſermone ferebant
C hriſtiânum: quòd ſimpliciter, quæ recta fuiſſent,
D ixerit. actutum vicina in rura phalanges
D iſtribui ceptæ. quaſdam Korſora recepit
S anè etiam multas, quaſdam Slauloſia. priſcis
V rbs ea temporibus: cùm tempora ſcilicet eſſent
T alia, quæ veris cumularent fructibus vrbes,
P lanè equidem cultas inter potuiſſet haberi,

Magni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M agnificis etiam titulis, Regumq́; frequenti
G rata mora, nunc fatali ceu preſſa ruina
L anguet, & haud vno deplorat triſtia morſu.
H oc etenim cyclo verſantur magna, capitq́;
S ummum quodque citos in acerba volumina motus.
Q uid Troia vberius? quid Roma maius? Athenis
C ultius? & lata Chartagine celſius? omnes
A duerſos ſenſere Deos, ſenſere ruinas:
E t ſua multiplici tolerabant funera planctu.
I nterea exiguis creuit res vrbibus. vtq́;
N on alias memorem, Venetum latiſsima ſummis
C ondita tecta vadis, tenui nónne orta feruntur
I niicio? ſed enim cauſa eſt, quæ mouerit illos
M agna ſatis: rerum fundamina parua, rudisq́;
O rſus erat, medijs cùm ſeſe in fluctibus vrbem
M oliri, & ſolidos naturæ immittere nexus
P ræſumunt. tamen hæc tantis ſudoribus & re
O rta leui, quantas nunc vrbs ſuperauerit vrbes
Q uanquam ingrata? mari ſaltem duce libera Chriſto
S ic vti velit, & pro libertate paciſci
G loriam: vt hoſpitium præbere fidelibus, intra
T ecta Euangelij doctrinam admittere, rectum
C ommendare ſuis, & ſe ſibi ſubdere certet.
H is etenim medijs paulùm durabit auitæ
G entis honos. nam fœderibus, pactisq́; virisq́;
N itier, aut dubijs confidere viribus, vt nil
F irmæ fortis habet: ſic ſi te aduerſa præhendant,
F abula eris, mundoq́; iocus, Chriſtoq́; piamen
Q uem contempſiſti. fortiſsima mœnia, nomen
C hriſti, ac æterno confeſsio iuſſa Parenti.
S ed nihil hæc moueam. Slauloſia priſca ferebat
R egibus haud tenues in ſarta æraria fructus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D um fortuna fuit. Chriſtiânus vt ergo cohortes
H uc aliquas abiiſſe iubet, ſe quatuor iſtuc
M ox equitum vexilla ferunt: peditesq́; per amplos
I ntereà pagos, & ruſtica tecta frequentes
D iſtribuunt. Quosdam Skielskora accepit. vt omni
P roſpectum eſt turbæ, Dux Antuorskouica ductu
C lauſtra tuo Friſi prima ſub nocte petebat,
C oniugis eximiæ comitatum amplexus. vt iſtuc
P eruenit, biduum feſſo dat habere quietem
M iliti, & agricolas inter digeſta morari
A gmina. iam geminas cum luce excedere noctes
P aſſus erat, cum Rantzouio ſuadente moueri
C aſtra iubet. prudens nec enim conferre Senatus
A ſſerit, haſce moras inimicis cedere: cùm ſe
I ntereà cultas immiſerit hoſtis in ædes:
E t penus omne ſuis congeſſerit. Vtq́; ſequatur
N il aliud, ſanè quoſcunque habet ampla colonos
H afnia circuitu populabitur iſte: ſimulq́;
I n ſua direptas ſtipauerit horrea meſſes,
S iccatasq́; dabit ceu pabula prima caballis.
M ox quodcunque boum eſt, & pingues carne bidentes
C ongeret, & nuſquam ceſſauerit integer vrbem
I nfercire bonis: ne deſit copia, ſi quid
O bſidio fortaſſe famem protracta grauarit.
H æc vbi dicta dabant, citius res vndique dicto
P erficitur. miſſus tubicen qui caſtra Ducesq́;
V nà omnes moueat. Chriſtiânus milite certo
S tipatus, magnis contendit curſibus. illum
P one Senatus, & in duris non territa rebus
N obilitas ſequitur: primaq́; à luce profectus
N il reliqui celeres rerum ſibi fecit ad vſus,
Q uos iter explebat feſtinans. cumq́; moratus

Ringſta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R ing ſtadij vix eſſet, equis calcaria rurſus
S ubdit. at vxorem monuit ſubſiſtere: poſſe
H aud illam tolerare viæ curſuſq; labores
A ſſiduos, ſe deînde quidem recreata ſequatur.
Q uin quo tuta loco demum veſtigia figat
S e ignorare: vbi conſtiterit, ſe protinus eſſe
M iſſurum, qui quæ fuerint facienda, monebit.
I lla viro blandita, nec hanc ait, eſſe moleſtam
D uco viam: quæ me comitem præſtare marito
C oncedet. nec dura putes conamina, noſtro
Q uæ generi proſint, reddantq; in præmia Regnum.
H ac ætate quidem cùm ſit manus apta ferendis,
V t ludit bonus iſte, haſtis, te conſequar. annis
C ùm ſpacia accedant, & erit grauis vſibus ætas,
S ubſiſtam: & multa requiem cum prole tuebor.
S anè ego quà te te ſiſtat fortuna, videbo.
N am me ſecuram reddet, qua tute fruâre,
C onditio: hac viuam & quantum dent fata quieſcam.
S ic dixit, riſitq;. viro quæ dicta, placebant,
E t laudat. quin Magnanimos probat ipſe Senatus
I ngenij motus: & honeſti facta iocoſq;
P ectoris extollit. Sed iter Dux vrget, eumq;
P er medias equitum deducunt agmina ſyluas,
V allabantq; virum. qui poſtquàm euaſit, & ipſum
A ttigit Ooſtedium, gradibuſq; ac ordine iuſſit
P alantes cogi. ignotis ſe infundere campis,
I gnotoſq; homines hoſtiq; obnoxia rura
T ranſire. accelerant equites: Roſchildia tandem
S ub noctem laſſos æſtuq; viaq; recepit,
H oſpitiumq; inter medias præbere ruinas.
H ic vbi collegit ſeſe Chriſtiânus, equoſq;
P ræſtolatur: init cura ſtudioq; futuri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E uentuſq́; operæq́; modum. ceu ſæpè videmus
A ccidere, vt quanto propius ſub lucra feramur,
T antò damna magis percellunt pectora: cùm ſe
I ntulerit metus aut facies ſe aſpera rerum
O bijciat. præſertim autem cùm maxima magnis
P ro rebus ſubeunda ſiet contentio. certè
H îc tuti nihil eſt. dubijs agitatur arenis,
Q uæ tibi firma priùs viſa eſt baſis. ergo Senatum
C ontinuò vocat, ac ſibi quæ facienda putarit,
C onſulat in medium, lucemq́; ſequentibus addat.
I lle equitum peditumq́; aliquot ſuadere cohortes
E ſſe expectandas: quas lux vbi craſtina noſtris
A ddiderit, nullo ceſſandum cardine, quin mox
H afnenſem totis excludas motibus vrbem:
E t prodire vetes. obiecto milite portas
C lauſeris: ac ſi quid vicinis fortè ſuperſit
A gricolis, noſtros ſeruatum habeatur in vſus.
I htereà latè Sialandica rura mouebis
S ollicitesq́;, tuis vt opem conatibus addant,
C omportentq́; cibos, alimentaq́; plena tibiq́;
A tque tuis, precio ſemper vendenda, caballis
P abula, & in victum quæ ſint communia mittant.
E t tamen è certo deſcripta Viotica cenſu
V rbesq́; agricolasq́; petas: ea debita caſtris
I ntulerint, nullamq́; moram cunctando ſequantur:
Q uin quæ ſint numero tribubus mandata, viritim
E xpediant. planè id faciendum eſt, miles in ipſa
C aſtrorum inijcio ne quid patiatur acerbæ
I ngratæq́; famis: quò primis tædia factis
C ontrahat, eq́; iſtis quæ ſunt ventura, queratur.
I ntereà donec collegeris iſta, propinquis
V tatur miles prima in nutrimina pagis,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t pretijs alimenta petat. Stipendia primo
A cceſſu ſoluas. inuito nulla colono
D iripiant. ita ſe maiora ad commoda ſemper
S uſcitet agricola atq; alijs aliud ſuffecerit: arua
E xcolat, ac pecorum ſtudio ſe firmet, eruntq;
P ræſidio noſtris vicina hæc horrea caſtris.
C ætera res moneat. nos te tua cura ſequemur
C onſilijsq; operaq; tibi promptiſſima: ne quid
Q uæ iubeas, poterint vllis neglecta videri.
S ic dixit. res acta ſtatim eſt: quòd certus in omnes
S criba locos magnis inſtructus iuſſibus iret:
Q ui certo prendat numero, prenſumq; tabellis
D igerat, in noſtra hæc quid quiſque immittere rerum
O bſoniiq; queat: quiq; ocyus imperet iſtud
P erferri, & tridui ſpacio ſub caſtra reponat.
S ic dictis celer eſt manus addita, ne quid obeſſet
I ngratæue moræ, aut damno ſint actibus vrbes.
P oſtera lux aderat nitido gratiſſima cœlo,
O rdine cùm peditum vexilla, equitesq; videres
S ubſequier. quoſdam cepit Roſchildia: quoſdam
D iſtribui in pagis, & circum rura locari
P rouiſum eſt. cunctis data ſunt mandata, ſequenti
L uce profecturos ne quid remoretur. vt ergo
A ltera ſuccedit Phœboq; & ſidere multum
C lara dies, primoq; infert Sol lumina mundo,
C hriſtiânus turmas equitum, pleniſſima quinque
S igna vocat, ſeptem peditum: quibus ore locutus
S ic fatur. iam nunc opus eſt pedibusq; manuq;
O ſocij, & valde celeri eſt opus vndiq; curſu.
F eſtinate viri, & comites præſtate. volando
A nticipemus iter, veniasq; haud cognitus. vrbem
P rotinus Hafnenſem ſolito excludamus ab vſu,

E t latè ne quid pòſt libera turba vagetur,
P erficiam. dicto parentes ſtare. proinde
V xore hac etiam pauliſper in vrbe relicta:
(Q uæ, quas Oelmannus tunc Archidiaconus ædes
V icinas templo & veteri ſplendore ſuperbas
I ncoluit: comitatu equidem haud oneroſa grauisúe
O ccupat, & votis cedenti iuncta marito,
C onſilium rebus ſucceſſum ad magna precatur)
C orripuitq; vias: medioq; ſub agmine cunctis
C elſior inuehitur: vel equis calcaria ſubdens,
V el peditem hortatu ſtimulans. iam nunc mora nullis
G rata ſiet: ſubitas hoſti immittemus habenas:
V t caueæ vectes, & ferramenta calenti
O bdiderit nido, & miſeram ſe includat in vrbem.
I amq; Crucem, quæ iuncta viæ eſt Snubbena, vetuſti
N ominis indicium & cædis monumenta peractæ,
T ranſierant, quidam cùm venerit obuius: is, quid
N unc ceſſatis ait? taurosq; caprasq; bidentesq;
E n quanto impellunt Hafnenſia ad oppida curſu
G raſſantes. lateq; boues armentaq; monſtrat
A d Notias agier vicini littoris vndas,
E t tacitis tranſire vijs. Has paſcua vaccas
C arpentes, quidam ſubmiſsi ex hoſte legebant
I nuitisq; adeò agricolis depellere. Pagi
S unt iſtic ſanè eximij pecorumq; feraces
H erſtedium, Vallentzbeckum, tum Bröndbyca rura,
A udorum, & toto ditiſsima plurima tractu
P rædia: quæ ſpolijs ceſſere ingentibus. has vt
C hriſtiânus prædas agier videt, ocyus vnum
P ræſidio miſeris ſignum iubet ire. volantes
R eſtituunt equites prædam, pariterq; trucidant
P rædones: quoſdam capiunt vinclisq; cohercent,

Atq;

Atq; ex mandato reddunt reparata colonis.
Sic etenim rerum ſatagens Dux imperat. inde
Valbyaci heſperium montis latus occupat: è quo
Hafniacas ſpectare domos & mœnia latè
Celſa videre potes. poſtquàm huc aduenit, equeſtres
Continuò turmas ambitam curſibus vrbem
Cingere præcepit: circumq; vrgendo propinquam
Planitiem & campos diſcludere ciuibus, omnes
Infeſta terrere manu: ſubducere portis
Præſidia, atq; hortos aditu prohibere futuro.
Vt loquitur, res eſt effuſo milite tanta
Dexteritate quidem perfecta, vt quicquid ab ipſo
Monte per Arctoi lateris faſtigia vaſtos
Pertinet ad fluctus pontoq; immittit arenas,
(Circuitu certè longo, & curuamine multum
Spectato,) ereptum fiet hoſtibus. ipſe phalanges
Extemplò circumducit tantiſper, vt iſtis
Intulerit campis, vbi ſummos ipſe Leones
Fixit: & hîc tutos metari caſtra iubebat.
Atq; hæc ſumma quidem rerum eſt. nam cætera, quanto
Intereà ſpacio longæ obſidionis acerbas
Hafnia pertulerit, ſæuiſſima tempora, clades:
Quid damni ſit paſſa, fero dum milite ciues
Ciuili perdit ſub proditione: quibuſq;
Conflictata malis, quæ vulnera ſenſerit, & quam
Difficiles annonæ vſus experta, famemq;
Quàm turpem, & quantos perpeſſa ſit vna labores:
Non huius memorare loci eſt. Chriſtiânus equeſtri
Inſtructus peditumq; acie, peruenit ad vrbem
Et caſtris munire ſuos: qua luce, Leonis
Dimidium Phœbus peragrando explerat, & vna
Parte magis totos ſeſe fundebat in æſtus,

Hafnia obſidetur à Christiano III.

Maturam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M aturam propè ſementem iam nactus. at illi
N on minus æquoreo res bello eſt acta, ratesq́;
O ccupat hoſtiles, pontoue excludit. in hanc rem
E ximiam præſtare operam generoſa propago
H accus: & à Scotis multò qui venerat ante
C arolus, antiquo regni qui militat ære,
E gregius bello miles, Neptunia proles
A tq; animis audax: quem Norbius ipſe ſacrarat
P uppibus: ac Suecos contra fuit vſus honeſto
E t præſtante viro. his alij maris alta ſecuti
P rælia coniungunt operas, atq; æquora purgant
P iratis, animumq́; Duci ſucceſsibus implent.
E rgo Fioniacos Chriſtiânus vt obruit hoſtes,
N auarchumq́; vſu ſpoliat: Scanenſia triſti
R ura malo vexata gemunt. Malmogia quaſdam
I nterdum populando manus emittere: quaſdam
L ubecum ſparſit. quidam Stiſonius omnes
V ndiq; turbat agens, belloq́; infeſtat. at hiſce
I ntereà fortuna dolis ſtultoq́; medetur
P ropoſito. quid enim? curæ hæc res ardua primùm
N obilitati erat & claris Scanenſibus. hîc te
K rabborum genus acre Tyco quis laudet, eoq́;,
Q uem facto meritus, ſatis exornarit honore?
S anè ea venturos inter tibi ſarta nepotes
G loria, fœlici natum te ſidere: teq́;
E ximium patriæ columen, fortemq́; probarit
E ſſe virum: cuî non ſcelerum congeſta maniplis
C onſilia, aut vani poterant placuiſſe malorum
C onatus. quare Helſingburgum ſtrenuus arcem
S ic ſeruas, nihil vt funeſto ceſſeris hoſti
T erritus, aut blando dederis ſubigenda veneno
P ectora. cùm tanto coleret Tyco pacta fidemq́;

Ingenio,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ngenio, ac alios quantum licet enſe tuetur:
A Suecis veniunt Goſtauo Rege cohortes
Q uædam, quæ inſtructo præſtabant milite: ſanè
E gregiæq; amplæq; manus: quas miſerat hiſce
P ræſidio, qui te Chriſtiâne ampliſſime bello
A ſſerere, & patrio cuperent ſubmittere regno.
H æc Goſtaue fides magnum te reddidit: vt cùm
I pſe etiam, ſi quid libuiſſet fœda, moueres
N eſcio quid, cùm non fortaſſe occaſio multis
D efuerit rebus: malles tamen iſtud agendo
A mplecti, quod præſtantem decuiſſe Monarcham
V icinosq; animis poterat iunxiſſe videri.
I lla equidem res nata Deo eſt & firma parente,
M utua concordi ſociat quæ pectora vinclo
V icinamq; ſtudet vicinæ adiungere genti,
S ed curſu eſt reuocanda manus. mihi Suecia tanto
N omine perpetuis celebranda eſt laudibus. indè
V t manus hæc igitur venit, iam Scania iuſto
M ilite par hoſti latè ſe vindicat altam
I n libertatem: paſſim res cepit habere
I am melius victorq; ferens Tyco promouet arma,
C hriſtiâno vicos reuocatq; & oppida ſubdens.
H îc rerum ſucceſſus erat, cum Dania prauis
C onſilijs diſtracta: (nec hæc nunc diſcuto, nec quo
F luxerit inijcio rabiesq; & prima malorum
S entina:) è caſtris Chriſtiânum deuocat, vt ſe
H oſtibus internas regni vaſtantibus vrbes,
O pponat: cuî ſi prius hæc delata fuiſſent
C ulmina, fortaſſis minor hos labor eſſet in enſes:
E t tranquilla ſuos tenuiſſent oppida ciues.
S ed Phryges hîc iſti ſapiunt: quodq; vtile regnis
O ptandumq; foret, plerunque euentibus aſtra

g Expe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Expediunt. Iamq́; obſidio diuturna premebat
Incluſos, poſtquàm prærepta Amageria victu
Deſtituit ciues, ſolidumq́; negauerit vrbi
Præſidium. iacet hæc obuerſis Inſula ripis,
Prætenditq́; latus pelago, quà plurima portum
Et tutam ratibus ſtationem procreat: arci
Hafnenſi oppoſita, & tercentum paſsibus inde
Admiſſo ſubmota ſalo. ceu munit Athenas
Littoribus, portuq́; infuſas alterat vndas
Eubœa, & vario fluxum dat creſcere motu.
Hæc equidem magna cùm fertilitate redundet
Inſula, quotidiè Hafnenſem tranſmittit in vrbem,
Quo noſtræ veniunt haud commoda parua culinæ.
Hac igitur ſenſit cum Dux tellure iuuari
Obſeſſos: nec frangi animis, Amageria donec
Suppeditet plenis alimenta diurna caniſtris,
Intuleritq́; cibis porcosq́; agnosq́; butyrumq́;
Et cæpas rapasq́; naposq́;, & quicquid in vſus
Pellendæ dant rura fami. ſuper omnia lactis
Copia non vllis penè intermiſſa diebus,
Prima coquis implere manus: pretioq́; minori
Cùm vænit, grandi ſuffercit mœnia lucro.
His vbi præſidijs cinctos videt omnibus vti,
Atque obſidentis contemnere iuſſa: ſtudebat
Quanta opera poſſet terraq́; vſuq́; repulſos
Arcere, & tanto prohibere Hafnenſia fructu.
Miſſo igitur ſera de nocte huc milite totam
Inſulam obit, celeriq́; manu facto aggere terram
Occupat, ac latè congeſto ceſpite munit.
Machina continuò ſequitur, quæ plurima nitro
Fulminat, ac miſeram quaſſare tremoribus vrbem.
Nec tantùm prohibere viros Amageria: at omni

Æquore

Æ quore diſcluſos macra ad compendia cogunt:
E t verè clauſos veris nunc luctibus vrgent.
H oc hoſti mens eſt ſtratagemate fracta: quòd ille
H actenus interdum vel nocte, vel arte ſoleret
P oſtico elabi, quà ſe ſinus iſte ſub Auſtrum
R etro aperit, cymbisq; viam Steffnenſia verſus
L ittora, Vandalicas atque hinc tranſmittit in vrbes.
C ommoditas fuit hæc hoſti opportuna: quòd hinc nunc
R oſtochium, nunc Lubecum decurrere lembis
H afnenſes: potuq; onerant & farre carinas,
T ranſuectantq; adeò merces, mendacia citro
A tque vltro important: cæcis illudere: neruos
E xtemplò ſubmiſſum iri: conſpecta ſubinde
S upplementa, quibus Lubecum denique. ſed me
Q uorſum ago? dementat Comitem fallacia. Sed cùm
S eſe Amageriaco ſpoliatum cæſpite vidit,
N udatamq; illa tunc vrbem parte: pauensq;
N e Dux immittat celeres ſub mœnia puppes,
E t noctu inuadat turbatam ciuibus vrbem:
O ccupat actutum fauces, aditumq; per vndas
O bſtruit, ac medio geminas ſub gurgite naues
I mpletas vterum ſaxis demergit, eaq;
E xcluſit portu maiores fraude carinas.
P ræſidijs ſed enim nihil his arcetur, in ipſo
Q ui ventre exercet funeſtum ſæuior hoſtis
I mperium. nam cùm eſt erepta Amageria ſæuò
P rotinus acceſſu languorq; famesq; metusq;
I ncubuêre: vnoq; omnes è vulnere peſtes
G raſſari, & miſeros rapere in ſua funera ciues.
H îc trepidatum ergo eſt, & alit diſſentio fractis
P ectoribus flammas, quas non extinguere blanda
A mplius ora queunt. Summa huc redit: ipſe paciſci

C um Duce compulſus comes eſt, & dedere victum
V ictori populum, & ſeſe ſubmittere. ciues
C ontinuò accepit Chriſtiânus, & ocyus vrbem
I ngreſſus Comitem diſcedere iuſsit. at ille
A lberto iunctus fortunæ ceſsit: eamq́;
E xtulit audaci partam ſibi pectore laudem:
Q uòd fuerit tentare auſus, quæ ſæua negarent
F ata tamen. capta Hafnenſi res protinus vrbe
I n noſtras venêre manus. pax publica latè
P roclamata nouam populis ſub pectora lucem
I ntulit. Oceano pacatum iter omnibus auxit
F ortunas, redeuntq́; amplo ſua fœnore lucro.
I amq́; dies hyemem expulerant, Zephiroſq́; benignos
V er agit, ac primis inſiſtit motibus æſtas:
V nanimes cum Chriſtiânum decernere Regem
D anorum Proceres, quorum ſuffragia primi
E reliqua delicti etiam mox plebe probarunt,
A uplauduntque ſimul. veniunt notiq́; propinquiq́;
E t quoſcunque quidem celebri concordia plauſu
H uc vocat, ac noſtris defert in fœdera regnis.
H os inter ſenior primos tum geſsit honores
A lbertus, vir & ingenio, & virtute ſecundus
N ulli: cuî læto percultа Boruſsia fundo
P aruit, atque Duci validos ſubmittere faſces.
H unc nec iter longæq́; viæ: nec plurima bello
T errita difficili retinet Germania: quo ſe
H uc minus intulerit Chriſtiâno affinis haberet
C ùm Dano genitam, ex vtroque parente ſororem
A nnam: qua noſtris melior non altera regnis
E xternos adijt mulier complexa penates.
H oc illi pietas, virtuſq́; & gloria functæ
N omen habere dedit, veroq́; inſcripſit honori.

Illa

I lla igitur comitata virum deuenit in vrbem
H afnenſem: quo ſe Proceres multò ante ſimulq;
M iſſi Oratores magnis à Regibus vnà
I ntulerant: tum Nortuagici pars magna Senatus
H oltzaticiq; Duces, Saxo, & Pomeranus. at ipſe
B runopoli Princeps Henricus, vt omnibus vnus
I ngenioq; animoq; audaci & pectore maior,
S ic ſolerti etiam cura, rerumq; ſecundo
M aximus euentu (nam nunc non omnia fati
P ondera diſquiro, cunctas neq; verſo bilances.)
C ùm tete patrijs auctum regionibus vnum
L iquerit hæredem: qui iuſq; fidemq; Deumque
I uli optate colis: ne quis dubitauerit eſſe
P ropitio tete genitum Ioue: maxima cuius
N umina cùm toto verearis pectore, certè
Æ terno potiere Deo, rerumq; periclis
E xemptus longa patriam ſub pace gubernes.
H ic igitur tantus cùm eſſet, multoq; propinqui
F œdere deuinctus, miſſo Oratore recenti
C hriſtiâni imperio, ac merito tum plauſit honori.
I nde vrbes pleræque etiam, Hamburgumq; ſuperbum
E t Dantiſcanæ Legatio publica gentis,
A duenêre. Sed hæc quorſum diduco? moram res
S uſtulit. Vt ſacra Chriſtiânus in æde Coronam
E manibus Pomerane tuis accepit, & vnà
C oniugis incingi frontem Diademate vidit:
I pſo actu molem imperij cum ſentijt, omnes
R eijcit euentus ſuperi in pia Numina cœli,
S eq; ita ſuſtentat, planè vt cognoſcere poſſes
H umanis illum nil fidere viribus: vni
S ubmiſiſſe Deo faſcesq; & pectora, cuius
I am ſeſe arbitrio & regni commendat habenas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nde aliquot ſanè meritos benè honorat Equeſtris
M ilitiæ gradibus: titulisq; auroq; nitere
D onat, & oſtenſæ virtuti præmia laudem
A ccipere. haud proprios tantùm tamen ornat. in illo
C riſtoferus cætu Sueticis natalibus ortus
I ndole vir ſuaui clarus: qui fortè diebus
V enerat hiſce, ſuo legatus Principe magno
G oſtao. dignus cuî ſortis quicquid acerbæ
E ſſet, nequaquam cumulaſſet triſtia fato
T empora. Dantiſco Iohannem poſteà miſſum
C onradum ſimili percuſſum vindicat enſe
E t titulo ſplendere dedit. re deînde peracta
E xcedit templo, patriosq; ſecutus honores
P er mediam vehitur cunctis ſpectantibus vrbem,
I mpoſitamq; gerit cœlo plaudente coronam.
H uîc niueo comes ibat equo Regina, marito
I uncta latus, Proceresq; inter cernenda, creatum
Q ui circa Regem ſtudioq; ac ordine ferri,
D educuntq; vnà. ſedenim pretioſa metallo
F ulgenti ceu gemma nitet: quando angulus auro
P ercuſſus vibrare faces & lumina donat:
A ſtantumq; oculos tanta in miracula cogit.
H aud aliter cunctos in ſe Regina videntûm
C onuertit vultus: non quòd ſpectabilis auro
P urpureisq; foret tum veſtibus vſa: ſed eſſet
C orpore cum toto pulcherrima: cuî neq; formam
N ec formæ adunctos Venus æqua negaſſet honores:
I ccirco aſpectans hanc prædicat Haſnia. certè
S i verum liceat nullo culpante fateri,
A rbitror hanc multas vnam ſuperaſſe venuſto
C orporis aſpectu: cùm membris iuſta niteret
O mnibus harmonia, & poſitos diduceret artus

Forma,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F orma, modus, ſeries, plenoq́ vberrima ſucco
T emperies. hanc Gratia, quæ ſolet eſſe decoris,
S ic auxit, meritò vt ceu nata ad magna videri
P oſſet. vt ingenium & ſtabiles in pectore motus
N il referam: quæ ſi fortaſsè aliquando moleſtos
F ortunæ ſenſit minitantes triſtia vultus:
H aud animo eſt euerſa: at contra audentior omnes
P errupit, vera præſtans virtute, dolores:
S olaturq́ virum, melioraq́ ſingula ſpondet.
M ulta autem & magnis hominum perplexa, ſuisq́
E ueniunt non grata modis: quæ ferre neceſſe eſt
H unc etiam, Imperio qui celſior eminet: hac ſe
E xemptum ne quid communi à ſorte putarit:
S ed ſentire vices fortunæ ac vulnera poſſe.
H îc certè officium coniunx ſolando modeſta
P ræſtiterit, curasq́ leuet rationibus, & ſe
A fflicto veluti medicum dabit eſſe marito:
N e doleat. ſanè Chriſtiânum multa ſubinde,
P ræſertim inijcio regni turbare: quòd inter
H orrendos fluctus dubiam ſe vrgere carinam
V idit, & arrectos inſtare euentibus hoſtes.
A t verò cùm ſe regni in faſtigia toto
F irmaſſet Procerum ſtudio curaq́ Senatus:
P aulatim explicuit ſeſe: nuſquamq́ moratus
P erfecit, ne quid turbarum exiſteret. Illi
P rima igitur mox cura fuit, contraria Chriſto
T ollere. multiplici res hæc obnoxia fato
Æ ſtuat, ac vario cenſuræ fluctuat igne.
T erritus ille nihil ſtudioq́ auſuq́ potentum,
P ræſulibus faſtum & mundana palatia dempſit,
A mouitq́ loco. mox ſeſe Eccleſia luci
I ntulit, ac radios deterſo plurima cœno

Papiſmus abrogatur.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I n medios proferre dies. reprænſa fatiſcit
P ontificum impoſtura, Deo ſua gloria Chriſto
R edditur, Idolis cumulantur funera: queſtus
E xcidit, ac ſtultæ conſtant ludibria Miſſæ.
V tq́; ea res caperet celeri incrementa labore,
E gregios quoſdam medio delegit aceruo
I nſtructosq́; viros: quibus eſt mandata docendi
C ura: miniſterio qui præſint: quiq́; tueri
D octrinam, ac hoſtes ſtudio conuincere poſſent.
P alladium cepit Sialandia noſtra, modeſtum
I nſignemq́; virum: Franciſcum Scania, natum
H ollandum: ſed qui noſtris regionibus indè
A puero aſſueuit, linguæq́; inſtructus in vſum
M ulta Euangelio promouit ſemina. Ripas
I ohannes Slauus: claramq́; Georgius vrbem
A ccipit Ottoniam: qui quòd Vibergius eſſet,
S ic dici voluit. Studijs vir & ore diſertus
I ngenioque acer: puræ qui viuida noſtris
T auſano iunctus doctrinæ ſemina regnis
I ntulit, ac ſanctis pietatem motibus auxit.
A ut quid ego hos verſu comprendere certo? ſubibant
H inc alij atq; alij: paßimque eſt aucta docentum
T urba, nec è vano veniunt ſua præmia fructu.
I amque adeò loca quæque ſuos habuêre miniſtros
E t curſum doctrina capit. Nortuegia latè
F loret, & inuoluit veteres obliuio ritus:
C um ſimul aduertit Chriſtiânus lumina noſtræ
T ota Scholæ. fuit hæc multos inculta per annos
E t nullo curante ruit. quæ occaſio ſtragem
F ecerit, haud dicam. hanc ergo inſtaurare laborat
E t magnis ſaluare ſtudet prouentibus. eſt res
P rincipe digna, Deo primas offerre, ſecundo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S i ſis euentu & claris ſucceſsibus auctus.
H anc verò aggreditur totis rem viribus. addit
V ſibus his igitur bona Knardrupenſia, cenſus
O rdinat: & quanta veniant profitentibus artes
I ngenuas ſolers poſuit ſtipendia lance.
H æc eſt Hafnenſis multis Academia regnis
C ognita: Danorum decus, & pulcherrima Regum
G loria, quæ latè famamq́; & lumina ſpargit
D octrinæ: & quantum venturo aſſurgit honori,
P ropitio tantum fruitur Ioue: maior eundo
S emper, & à tergo quæ ſunt anguſta relinquens.
M ulti illam docti pridem exornare, Deorum
P rogenies: ceu Palladius, Machabeus, & hiſce
A diunctus Theſeus Synningius. addidit ipſe
C hriſtiernus, nobis peperit quem Morſia, nomen
E ximium, medica cùm maximus eſſet in arte,
E t diſciplinas calleret doctus. & hiſce
N unc annis abijt Iohannes, indole clarus
E gregia, & Superos ſcandens Albertius orbes,
F ortunæ victor. fuit hîc VVichboldus: at illo
E didit haud alium meliorem Fryſia, ſeu quis
I ngenium, ac animi culturam ſpectet: honeſtos
S eu ſtudeat mores & nomina grata tueri.
Q uin ſua iam latè Petrum gratiſsima Paruum
F ama tulit, præſtantem equidem virtuteq́; animoq́; &
N obilitate virum: cui multus pectora candor
I mbuit, ac niueo linguam ſale Gratia ſpargit.
Q uidúe Haccum memorem profitentem ſidera? quidúe
R eimpertum magni Conſultum iuris? eúmne
S pitouius numerum, & ſenior Chryſoſtomus auget?
H is immaturum penè omnibus inuida fatum
M ors tulit, ac vario miſcebat funera planctu:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uòd vita digni longaq; ætate fuiſſent
O mnes, officium cùm vera è laude frequentent
C œleſtemq; colant grata pietate Parentem.
H is alij accedunt toto quibus ardua regno
C ura fuit verbi cœleſtis dogmata latè
S pargere. ceſſerunt fatis pleriq; : ſed ipſo
N omine perdurant, famaq; è funere viuunt.
N ec dubium eſt, quocunque premant hæc dente minores,
T um certè primas tenuiſſe Arhuſiam: vt in quam
F uderit extemplò ſeſe Deus. Ergo docendi
M unere præſtabant: Andreas LAETVS honeſto,
H ercle loco natus: mihi qui, quòd auunculus eſſet,
M uſarum iecit fundamina prima. valebat
I s verò eximia ſtudiorum laude, diſertus
E loquio, & celebri doctrinæ cognitus vſu
A ntiquaq; fide. qui quanquam lumine captus
D educi puero ſacras deberet ad ædes,
H ocq; miniſterium Inguardus mihi frater obiret,
I dq; diu: tamen huîc ad res tam fida gerendas
M emoria erat, tantaq; animi virtute valebat,
V t nuſquam quodcunque foret docturus, inanem
F alleret: aut minimo cunctantem preſſerit æſtu.
Q uæ res viſa loco miracli eſt pluribus: vt qui
N ec ſatis ingenium, nec vim mirarier, è qua
H æc reminiſcendi deflûxit copia, poſſent.
I lle autem faciliſq; animo, verbiſq; modeſtus
I nuiſam nullis vitam traduxit. & eſſe
C um poterat diues, mediocria prætulit: vſu
H oc etiam maior, quàm ſi centena putaſſet
I ugera, & ingenti diponderet æra talento.
I ntulit exemptum fatis Arhuſia buſto:
Q uà Clementina Notius patet arcus in æde,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t rigidum fulcit Rolando baltheus enſem.
H uîc ſocios fortuna dedit doctosq; bonosq;,
E t firmis claros opera ad tam grandia donis:
N iclaum, patria Molſum: ſermone profectò
S ic cultum, vt magno doctrinam tradere fructu
Q uiuerit, & contra dicentes vincere poſſet.
T um verò Torchillum etiam: cuî ſtirpe vetuſta
P omerio gentile fuit cognomen: at ipſus
D octrina, ac animi præſtans virtute nitebat
P ræcipuos inter ceu candida lilia flores:
H oc maior, quòd & eſſet opum contemptor, & omni
C onatu ſtuduit ſparſas adducere Chriſto
R elliquias. Horum perfecta laboribus eſt res
I nijcio: & celeri tum Eccleſia condita motu
D octrinæ agnoſcit fundamina vera ſalutis:
I dolisq; fidem cultumq; ac vota negauit.
M ox alij ſeſe adiungunt, operamq; perurgent
C ommunem, & magna docuerunt laude. Philippus
P ratenſis, Gallus gentem: cuî plurima veris
I ndicijs circum regnabat pectora virtus,
E t conſtans in dicta fides: cuî iusq; ſacrumq;
E x æquo placuit, formamq; modeſtiæ & omnis
P ræſtabat pietatis. ab hoc Vinterius, & qui
O mnium adinſtar erat Symon Chriſtiernus in ipſis
E xcultus Muſarum adytis: vir plurimus omni
D octrina, & ſacris ita dexter in artibus: hoc vt
P ræceptore quidem faciliq; bonoq; fideliq;
V ſi ſint, quos nunc ſummos habet Hafnia: vel qui
P aßim Euangelij doctrinam & ſemina ſpargunt.
P òſt Cherſoneſo proſpectum eſt ampliter. aut quid
M artinum memorem Hegelium, quem triſte procaxq; ɔ: Hegelundium vid. indicem.
A lburgum doctorem habuit, verbiq; ſalutis

P ræconem? ſanè is lapidem mouet omnibus omnem
O fficijs, Chriſto vt ſubmittant pectora, qui tum
N on etiam humano præſtabant pectore: vicit
I s tamen, ac celſas depreſsit in infima quercus:
M iſſarumq; dolos altaria & impia vertit.
H uaſſo Viburgum Paſtore ad lumina verbi
P rodijt ætherij. Koldinga eſt vſa modeſto
A pprimeq; etiam docto ſeniore: cui quòd
C ognita Pontificum Niclao lucra fuiſſent
E t funeſta lues: Idola oppugnat, abuſus
I ndicat, errores damnat, meliora reponit,
E t quacunque poteſt Chriſtum ratione propagat.
Q uin multos etiam tum cauta Fionia doctos:
E t ſibi non paucos Sialandia vendicat. vni
T unc Helſingoræ commiſſa Eccleſia Petro
E nituit. fuit hic ſumma vir & indole cunctas
A d virtutes, & cunctis præſtabat: eratq;
D octrinæ ſtudijs ita firmus: vt arbitrer huius
O fficio multos Chriſto innotuiſſe: nec vnquàm
D icentem audiui, quin me commouerit. illo
S implicior quiſquam nec erat moderatior. vtq;
H æc ego prætercam, Andream Malmogia Lõngum
A ſſeruit ſibi lectorem verbiq; miniſtrum:
P ræſtantem virtute virum: cui Phœbus Apollo
S ic mentem pinxit, pictam ſic caſta Minerua
I nduit in cultus, ſacroſq; æquauit in actus:
V t minimè hunc dubitem multis præferre. valebat
I ngenio, atq; omni multùm virtute vigebat,
C omparcenſq; nihil baculumq; manumq; ferebat
P auperibus, largoq; inopi dat munera diſco.
H unc iuxta Spanmagerius, Niclaus, & alter
L undenſes ſcripto qui Petrus adegit, vt ipſi

Errores

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E rrores tandem poterant ceu luce fateri
I llata. His igitur (neque enim nunc cuncta per omnes
G eſta ſequar populos, non cuncta hîc oppida, pagos
E gregioſq́; viros, aut facta ſalubria dicam)
C hriſtiâno tum Rege nouis Eccleſiæ mox ſe
C ultibus aſſeruit. templis ſua forma, miniſtris
E t ſua deſcripta eſt. decretum, quidquid ad vſus
S acrorum, & fidos poterat ſpectare docentes.
H ac re perfecta, ſummum cuî ſemper honorem
D etulit, ac primo ſemper memorabat ab ore
C hriſtiânus: ſeſe ciuilia ad acta ferebat,
E t ſua priſca viris obſignat iura, nihilq́;
D erogat, aſt veteri conſtant ſua robora regno.
S altem illis, Clementinas qui fortè ſecuti
S tulticias fuerant, iusq́; & poſſeſſa colonis
P rædia, non etiam iniuſtè fortaßis, ademit:
S i iuſtè tua damna luas qui talia faxis.
C ætera, quæ fuerant ſolita ſub lege, reliquit
C onfirmatq́; ſuis antiquas moribus vrbes.
T ùm patriæ leges & municipalia iura
E xpendit, ſuppletq́; recenti priſca receſſu:
E t noua pro varia rerum vtilitate probauit.
P lurima Nobilibus, fidei memor auxit. ab hiſce
C ùm finem faceret, tùm demum aduertere mentem
E xternis cepit. vidit ſeſe hoſtibus eſſe
O biectum magnis, Chriſtierni nomine. quare
N e quid obeſſe etiam tranquilla ad tempora poſſet,
H uîc adhibere malo ſtuduit medicamina, remq́;
P erfecit. Sueonum pepigit cum Rege, decemq́;
S eq́; ſuoſq́; inter ſtatuunt ampliſsima luſtris
F œdera. Sic ſeſe Chriſtiânus multa ferendo,
E xpedijt. pacem peperit ſolertia: quam cùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E ſſet adeptus, init Chriſto cum iudice pactum,
S eq; Deo obſtringit, ſuperosq; paciſcitur orbes.
I nterea quali vſus erat ſanctoq; Senatu
P rincipibusq; viris, facilè eſt non dicere. laudo
N oſtra: ſed hoc verè me dicere poſſe putarim,
E gregijs planè & facto præſtantibus vſum
E ſſe: quibus tùm planè autoribus omnia Rege
D igna adit, ac celebri nomen ſibi comparat vſu.
T andem etiam cum pauperibus proſpexerat: & iam
E ſſet vbique Scholis conſultum: ipſe omnibus vnus
S acrorum officijs plerunque interfuit. hac ſe
O blectare quidem ſub conſuetudine: nuſquam
N eglexit pietatis opus, Myſtasúe docentes
C ontempſit. ſi fortè geri minus vtile quiddam
I nterdum aduertit, monuit placidusq; ſimulq;
E gregiè prudens, ne quem confuſio verbis
F rangeret aſperior. ſtuduit prodeſſe: dabatq;
H anc operam, vt nulli grauis aut truculentior eſſet.
C eu multis volupe eſt: qui, ni ſibi nomina, vultus,
P erſonas, voces & intolerabile fingant
A cceſſus pretium, Reges ſe poſſe putari
H aud credunt. at enim non ſe Chriſtiânus acerbo
I n quenquam vultu, non ſæua voce procacem
E xhibuit. facili congreſſu eſt vſus, eoq;
A rceri ne vel minimos eſt paſſus: ibiq;
A gricolas, ciues, fractosúe labore colonos,
S acrorum myſtas, mulieres: denique quicquid
H uius erat generis populorum, admittere. quin vel
O buius ipſe quidem miſeris procedere: vel ſi
H aud licuit, certè adduci plerunque iubebat,
E t quid veniſſent, ex ordine quærere cauſas.
H unc igitur Patriæ Patrem, virtutis & omnis

Aſſerto-

A ſſertorem æqui paßim clamare . nec ipſe
T antùm mitis erat , nulliq́; moleſtus . eum qui
Q uotidiè circumſtabant , & iuſſa miniſtri
P erficiunt , ſimili virtute excellere. multos
I lla ætas vidit . ſed Cancellarius vnus
O mne tulit punctum : vir natus ad omnia , quæ vel
C onſilio , rerum vel poſſent mollius vſu
P lanari , & laudem parerent perfecta Tyrannis.
H ic eſt Iohannes , qui tot ſub Regibus omnem
F riſius expleuit non fracto pectore ſortem :
E xegitq́; adeò numeros , ſeq́; intulit æuo
M ultiplici certè cura : dum multa monendo,
P lurima dißimulando etiam , quæ publica regno
S unt bona confirmat , pacemq́; ad commoda flectit.
A ut quid Ericum etiam , cui Valckendorppica gratum
N omen habere dabant è priſca ſtemmata gente:
M uſa ſiles ? fuit hic Regi gratißimus : alta
C ùm virtute quidem præſtaret honeſtus , & eſſet
I n miſeros ſtudio nuſquam ceſſante : quòd illos
I llorumq́; adeò perſæpè negocia Regi
P andat : & in melius ſemper quæ triſtia vertat.
H ic igitur charus ſemper fuit omnibus : ipſi
C hriſtiâno acceptus : quò demum interna miniſtro
M ulta peracta putes : cùm Rex huîc imperet illas
A ulæ operas , fidoq́; domeſtica plurima mandet.
H uîc pòſt Henricus cùm Gyldenſtiernius eſſet
S uffectus , magna curam virtute peregit
N il faſtu tumidus : ſed enim moderata ſecutus
E git , vt & Regi & reliquis placuiſſe feratur,
H ocq́; adeò iam nunc præſtans excellat honore.
T ùm verò Myſtæ ſacrorum vnaq́; frequentes
A ßiduiq́; aderant , Henricus , Paulus : at illi

Brock-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

B rockhoffenſe fuit nomen: Nouiomagus iſti,
Q ui cùm vir fuerit Doctrina magnus, & vſu
C ommodus, ingenijq́ valeret acumine, verbo
S ic Euangelij tàm ſanctæ præfuit aulæ,
M ultiplici vt fructu moresq́ fidemq́ gubernans
A uxerit, ac pleno pietatem adſtruxerit auſu.
S ed quid ego hæc? rerum ſeries eſt longior hîc quàm
P erficere, & plenè pertexere ſingula poſſum.
E rgò vbi iam morbis hunc fata frequentibus vrgent
C hriſtiânum, viresq́ diu crebrisq́ fatigant
I nſidijs: dum nunc Lunda, nunc denique caſtro
I n Noeburgenſi vario ſyſtemate frangunt
V incentem, & fracto paulatim funera cæcis
E ſpacijs ſubigunt, æuumq́ abrumpere certant:
C oldingam tandem quocunque ex more, ſecundò
P eruenit. numerus non eſt hîc æquus, eodem
S i fortuna loco morbum geminauerit: eſſe
C eu rebus nonnunquam alijs fatalem, & habere
I gnotas multis perplexa in pondera cauſas.
P roſtratum hîc igitur tenuatis viribus, omni
O ccupat actutum morbus ſtratagemate Regem
I nuictumq́ prius, vincit. ſeu cura medentes
F allit: ſeu fato ſit linea certa, nihilq́
P rorogat immani ſubuerſos morte calores.
C edendum eſt Superis, & qui ſic vixit, honeſtè
V ictor abit, mentemq́ Dijs & pectora mandat.
M iraclo mors iſta fuit ſpectantibus. Ille
D iſceſſus horam cùm pridem oſtenderit, hac ſe
C ùm venit, placidè ſic exſoluebat: vt iſtinc Calend. Jan. 1559.
A d Superos rectà fuerit ſpes eſſe profectum,
C ælitibusq́ frui: ſoli ſuper omnia Chriſto
V iuere, & æterna laudem virtute mereri.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER VI.

FAMA volat ſubitis percellens triſtibus vrbes,
Chriſtiânum fatis iam conceßiſſe: ſacrumq́;
Tùm Coldingenſi conſiſtere funus in arce.
Hæc vbi vox latè ſparſa eſt, ſubijtq́; per omnes
Vndique Regnorũ vicos, mora nulla, dolorem
C iuibus, ac miſeris auget lamenta colonis.
C umq́; omnes poſita Patriæ lugere Parentem
L ætitia, & varijs opplere pauoribus æuum:
K alundburgenſem res eſt delata ſub arcem
C hriſtiernoq́; ſtatim innotuit. nihil attinet iſtud
Æ d viuum reſecare. equidem iam pectora mœſtus
S ederat ille diu: morbo quòd ſciret acerbo
C hriſtiânum affligi: & dubium foret, vſque maligno
Q uo ſeſe tandem proferret acumine: ſaluum
C ùm ſibi perpetuis patruelem vocibus oret:
S eſue adeò haud cuperet functo ſupereſſe, moleſtæ
T riſtior vt ſubeat faſtidia plura ſenectæ.
N unc ergo vt fama & ſignis cognoſcit obiſſe
D ilectum ante omnes Regem ſibi. (namque ſolebat
I nterdum Chriſtiânus adire, vltroq́; ſuaues
C ùm Sene vel conferre iocos, vel ducere latè
V enatum, & varijs recreare è luſibus: iſtic
C ontinuare dies aliquot: quæ multa Secundum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bleƈtare quidem præſentia:) protinus omnem,
Q uod mirêre, animum durandi abiecit: ab illo
N il ſibi dulce die, nulla exoptanda reliquit.
Q uin mox auditæ voces, immenſa probarunt
V ota viri, quibus hoc ſe abſolui corpore multis
O rabat dictis. quid enim fortuna Deusq́;
H as mihi ſublato vlterius ſeruetis amico
E xuuias? ſatis eſt æuo datum. honoribus aucti
V iximus. humanæ tum ſortis vulnera largo
S enſimus impulſu. poſt nubila Phœbus amœnam
R eſtituit lucem, meq́ue hac ita fouit in vrbe:
V t libertati nil deceſsiſſe putarim,
S i patriæ tollas vſumq́; ac iura Coronæ.
E t mihi vita quidem hîc traducta eſt molliter. aſt hanc
I am mihi Parca ſecet. tribuas excedere noſtro
C hriſte loco: quem qua ſiuiſti ſorte tueri,
S uſtinui: & curſum decreta è lege peregi.
H aud noſtræ permagna quidem delicta iuuentæ
S ub tibi conſpectum redigas: ſed lumina clemens
A duerte. & cùm ſis generis cuſtodia noſtri
E t ſolus promiſſa ſalus: cape vota reductæ
N unc ouis, ac cœlo propter tua vulnera iunge.
H uîc autem Patrio pacemq́; ac proſpera regno
A ttribuas. varijs ignoſce erroribus: & cùm
S is Deus, haud reddas commiſſa Nepotibus. auge
D ona tuis: lucemq́; tuo da creſcere verbo
S emper, vt à noſtris veniat tibi gentibus vni
G loria, & Idolis ceſſet reuerentia fictis.
T alia cùm ſæpè orantem ſeu fortè miniſtri,
S iue Steno offendit, quanquam lenire dolorem
S olariq́; parant: nihil is tamen omnibus vnus
P arat. at actutum ſacris ſe munit: & inde

Cen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C eu deceſſurus mentem firmare. cibo mox
A bſtinuit, precibus noćteſq; dieſq; ſacrauit
I ntentus Cælo. cùm iam lux nona ſubiret
C hriſtiâni à morte, hic ſolito pro more cubili
S urgit, & aſſumptis cum veſtibus ambulat horæ
M omento, Verbi loquiturq; auditq; miniſtros:
T ranquillamq; Deo mentem ſubmittit. vt ignem
E xceptus ſella propter conſedit, in altum
S ubuexitq; manus, vocemq; ita ſoluit. auitum
H oc mihi regnum erat, in quo nunc cum ſoluor honeſta
C onditione: equidem grates tibi reddo Parenti
Æ therio, & lætus morior. mihi pignora quæ tu
P ridem donabas tibi nunc commendo: veliſq;
H is Pater, & cuſtos, paruiſq; Nepotibus eſſe.
H æc vbi dićta dedit, iam linqui ceperat: vtq;
L ućtatur, Stenonem manibus comprendit, eiq;
P lurimus incumbens vitam finiuit. in artus
P oſteà quæſitum eſt quæ morbi cauſa fuiſſet:
Q uoúe malo his ſubitis correptus motibus æuo
C eſſerit, ac celeres in funera duxerit aćtus:
C ùm nihil eſt Bordingi opera, Mediciq; viriq;
S anè etiam eximij deprenſum: viſcera quamuis
M agno etiam ſtudio perſpexerit. omnia formis,
P artibus, & pleno ſunt prorſus cognita ſucco
A tque colore. vni fellis ſed paucula ciſtæ
G rana inerant: reliquum vitij nil corpus habebat.
V t planè conſtet votis in fata ſolutum
P ropitioq; Deo. quanquam ieiunia, cùm nil
I ndulgere cibo menſiſq; vacare volebat,
H aud nullum morbo poterint tribuiſſe videri
A cceſſum. pòſt Sarcophago eſt incluſus, eiq;
A ućtus honos Regem quem tu decuiſſe probares.

I amq; duo pariter ſociati in funera ſtabant
R eges, intereà cum ſe FRIDERICVS *agebat*
E Scanis. nam cùm ſentire pericula vitæ
C hriſtiânus, finemq; adeò iam doctus haberet
C œleſti notum monitu: mox voce vocari
M andabat Gnatum: qui poſt ſe regna capeſſet
D anica, & his etiam deberet honoribus vti.
I lle vbi tantopere didicit languere parentem
S eq; accerſiri: quanquam mens cæca futuri,
N on etiam certo quæ ſunt ventura notarit:
A duerſi præſaga mali tamen horret, & ipſum
Q uod metuit varia repetitum luce figurat.
P ræcipuè verò non dextra inſomnia terrent
Q uæ iam ſæpè videt: cætu deducier amplo
P ompoſóq; patrem, templumq; accedere ſponſi
I nſtar, & hac valde ſublimem ſorte videri.
T ùm verò accelerat, quantumq; inſiſtere magnis
C urſibus, & quantum properare ad Balthica poſſet
Æ quora, tantum equidem nuſquam ſibi ſomnia ducens
C ontendit. ſed enim quanquam maturat eundo
P ræcipitatq; viam: tamen haud traiecerit, antè
N uncius abſumptum referat quàm morte parentem,
E t gelidos clauſiſſe dies. iam lentiùs ibat
F ilius, è tanto veluti mœrore ſub alta
P ondera delapſus: lacrymiſq; indulget iterq;
D amnat, & hoc ipſum veniat quod flentibus odit.
A ttamen accedit, charamq; ante omnia Matrem
S olatur: quæ mæſta virum lugebat, & intus
S ola ſedens multo vitiarat lumina planctu.
M ox fratrem natu minimum, tum deinde Sororem
A mplexus, quantum communes ipſe dolores
D iſsimulat, tantum his minuit lugubria. iuncti

Ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A dpatrem accedunt omnes. FRIDERICVS *vt ora,*
O ra patris vidit, non ſeſe continet. amplo
I ndulgere ſinit molliſsima lumina fletuî
E xundatq; oculos lacrymis: breuiterq; precatur.
D iî dent, vt tua ſint veſtigia noſtra. Senatum
M ox adit: ac poſtquàm grates egiſſet, ob illam
Q uam languenti operam poterant tribuiſſe videri
E t nauaſſe patri, verbis collaudat: & ipſos
H ortatur ſimili deînceps vt pectore ſeſe
A tq; animi cura & fidei virtute ſequantur.
O fficijs monſtraturum, ne fortè doleret
O bſequier. Sic dixit. ab hoc commune ſubibat
C um reliquis onus, & quæ tum ſpectare putabat
F uneris ad Pompam magna cum laude peregit:
M andabatq; ſimul. Poſtquàm iam tempus adeſſe
C onſtabat, quo ducendis operamq; manumq;
E xequijs adhibere Viri & ſua debita poſſent
O fficia, haud quicquam ceſſatum eſt. omnibus omnis
N obilitas conſcripta locis, totusq; Senatus
A dfuit. extemplò partiti munera funus
C oldinga expediunt: triduiq; laboribus vrbem
A pprendere: vbi ſe pulcris Ottonia tectis
I mplicat, ac hominum gratos fert aurea vultus.
H uc ergo vt veniunt, ſacra tum protinus æde
I ohannis, vario populi mœrore locatum eſt:
H icq; adeò tridui ſpacioq; & honore moratur.
A ſt vna tantum mediante ex æthere luce,
C hriſtierni ponto tranſuectum funus eidem
I llatum eſt vrbi. quod poſtquàm aduenit honeſta
N obilitate quidem adductum, comitantibus iſtuc
E Sialandiaca multis tellure: pariq;
T um FRIDERICO *etiam Feretrum ratione ſequente,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nFranciſcano perlatum denique templo
C onſtitit ornatum. Quid tu mirâre? duosnè
H îc Reges parili defunctos morte videndos
S e populis præbere? an verò his omnibus vnum
E ſſe ſuper, qui non tantùm curare modeſto
F unera conſilio: ſed regna amplexus vtriſque
S uccedat: fatoq; duos ſternente ſecundis
T ertius auſpicijs patria in faſtigia ſcandat?
H umanæ cœlo res diſpenſante feruntur:
N ec caſu conſtare putes. quemcunq; Tonanti
C oniunxit virtus, iunctum ſibi ſidera ſeruant:
E t quo ſe euentu magna ad compendia mittat,
D ecernunt. nihil eſt aduerſo maxima cœlo
M oliri, & quò te non ducant Numina ferri.
" N il facile eſt, quod non graue erit quando aſtra repugnant.
" N il graue, quod leue non fuerit quando aſtra ſecundant.
T u verò, quisquis regnorum ad culmina tendis:
S ubde Deo mentem, ſtudijsq; adnitere gratus
V t virtute ſies. pòſt, quæ fortuna ſequatur,
H anc ita tute feras: ne quid patientia, ne quid
V era etiam pietas poterit tibi læſa videri.
I amq; dies alterq; dies defluxit Olympo:
B isq; octo gradibus, cœleſtia ſidera, Piſces
A ureus explebat nitido Sol vectus in orbe:
I nferias cum Chriſtiâno de more parabant,
E t ſacris inferre locis: vbi membra quieſcant
I ntereà, donec tranſlata ferantur in vrbem,
Q uà Roſchildenſi ſtant condita buſta Sacello,
A tq; Æuus æterno pariter iacet auctus honore.
E rgo vbi deduci ceptum eſt iam funus, in ædem
L onga Canutinam protracta eſt Pompa, choroquæ
I ntulit exuuias & corpora ſancta Tyranni,

Protinus

P rotinus ad populum dicta eſt oratio, vulgi
S ermone: vt cunctis percepta auferre dolorem
T riſtibus, aut lætis mœrorem infundere poſſet.
V t templo in medio res hæc perfecta quieuit:
C ontinuò in thecam conſtructam hos funus in vſus
I nſeritur ſeruandum: vbi ſe chorus implicat altis
O rbibus, ac clauſo circumfert pulpita gyro.
I anua cuſtode obſeſſa eſt, ne forſitan iſtuc
Q uis ſubeat temerè, Heroas ſanctumq; Senatum
P ræter, & officijs qui pars communibus eſſent.
M ox loculo ſuperinijciunt inſignia, bini
A rmiferam Heraldi chlamydem: quæ deſuper auro
P ertexta, èx humeris latè pendebat, auiti
I mperij teſtis: cuî tot ſunt ſigna ſeorſim
P endula, quot noſtris inclinant culmina regnis.
A ddunt præterea duplici quæ bina gerebant
S ceptra manu. tum verò impactis ianua valuis
A dijgitur, geminisq; ſeris inducta Monarcham
O cculit, ac molli comprenſum cardine ſeruat.
I amq; faces ſtabant & cærea lumina dèxtris
G eſtantes, clariq; viri magnusq; Senatus,
P ullati ante alios, omnes, lugubria latè
V eſtimenta quidem, ac quod funebre dixeris eſſe
E t lacrymas oculis, & pectore vulnus habentes:
C um ſeſe ad dèxtram Princeps FRIDERICVS *agebat*
C onſiſtitq; choro: aduerſam pars inclyta partem
H oltzatici tenuêre Duces, mœſtiq; morantur.
M ox verò in medium producta eſt ſella, caput quà
D efuncto vergit: quæ nigro protinus oſtro
I nduitur, gratumq; dabat ſpectantibus orſum.
H îc ego, mandato cuî res commiſſa fuiſſet,
P rogredior, mentem perculſaq; pectora valde

Sollicitus:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Oratio Erasmi Laeti in funere Christiani III.

S ollicitus: ceu ſit, tali cum verba Coronæ
S unt facienda: vbi Maieſtas dicentibus ora
O ccupat, aut primos ſaltem perſtrinxerit orſus:
V t minus audere, & faciles conſiſtere poßint.
C ùm tamen impoſitum magnis mihi iußibus eſſet
M uneris id, Chriſto mihi propitiante putaui
P erficiendum. igitur medio cum conſtiti, & huc iam
O mnibus eſſe oculos conuerſaq; & ora videbam:
E xorſus Latio vitam ſermone ſequebar
D efuncti Regis: quæq; is præclara ſuiſq;
P rima ferenda locis, geminis gratißima regnis
E t populo feciſſet: & hæc qua laude quibusq;
A uxilijs, quantaq; animi virtute peregit,
R ettulimus. tum quæ gelidæ iam proxima morti
G eſta forent: quibus indicijs crudeſcere morbus
V iſus erat. tum quanta animi conſtantia, quantus
E ſſet amor patriæ, & quantum pietatis aſylum
L anguenti Deus, & grauibus patientia rebus
V iſa ſit, explicui. poſtremò optata beatæ
T empora mortis, & ingenio quo ſingula iußit
C ircum ſe fieri: ſobolem quo ardore Senatuî
I s commendarit: ſibi quos cantarier hymnos
E t Paulo Nouiomago præſcripſerit: horam
Q ua poſuit diuinam animam, fatiſq; expletis
D eceßit, ſomno indulſit victorq; quieuit,
E xpoſui. fuit hæc ſermonis plurima noſtri
P ortio multorum ſtudijs digeſta: cubanti
Q ui Regi adfuerant, varieq; excepta notarant:
N os, quibus addidimus lucemq; & membra ſuumq;
O rdinem, vt haud vili conſiſtere tegmine, certè
E t capite & cauda ſpectarier integra poſſent.
T andem etiam ne prima forent neglecta, Monarcham

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T ùm deſignatum monui, Veſtigia ſancti
V t patris apprendat: pacem colat: acta modeſto
P erficiat quæcunque animo. non bella, nec enſes
C autus inutiliter moueat. cumq; omnibus altam
S pem ferat imperij multùm florentis, in illud
V iribus incumbat totis: vt publica conſtent
O mnia, & æternum regnis meditetur honorem.
S ic dixi. res eſt dicto finita. ſequenti
L uce parant tumulo Chriſtiernum inferre, parentem
I uxta: ſub dextram quà ſe locus obijcit Auſtro
A dmiſitq; vrnam, Regemq; incluſit auitum
C oncedens. valde ſedenim pompaq; locoq;
E ſt celebri tumulatus: vt huic FRIDERICVS & ipſe
A ſtitit, ac buſto mandari ea funera vidit,
S uſpirans. aderat magna pro parte Senatus
N obilitaſq;: & qui Korſora ex vrbe profecti
A bbates, vt Sorenſis, Ringſtaddius, & qui
A ntuordskouenſem rexit Prior optimus ædem
N iclaus: quo non alius virtute, boniſq;
M aior erat ſtudijs, nec qui minus eſſe procaci
I ngenio poterat. Soram tum rexit Olaus,
V ir pius & largo dandi qui plurimus vſu
P ræſtabat: ſacros inter pars prima miniſtros,
E ſt viuo quorum promota Eccleſia verbo.
Q uin Prouiſores plerunque hæc Sora modeſtos
E ximioſq; viros habuit: quibus inclyta laudem
C onciliat doctrina, animuſq; ad honeſta paratus
O fficia extulerit. qualem vulgata fuiſſe
H enricum refert noſtras iam fama per vrbes:
N iclaumq; etiam: mecum cuî ſanguinis eſſe
I uſq; graduſq; dabat primo fortuna ſub orſu.
H uîc autem noſter cùm ſucceſſiſſet Olaus,

k Martino

M artino tandem fatis exemptus habere
H æc loca culta dedit. Sed & is cum ceſſit, Iuarum
I nuexit ſors læta: cui minus, ante ſagaci
R ingſtadium ſuberat. ludit fortuna, aliosq́;
E uehit, aſt alios aduerſa deprimit vrna:
A tque obſcura prius media inter lumina firmat:
A t verò ſtudijs excellit Iuarus, & acri
P lurimus ingenio præſtat: cuî Pallas amico
P laudit, & Aönijs iungit conſortia Muſis.
H is igitur rerum perfectis curſibus, iſtinc
D iſceſſum eſt. Coldingam equidem Regina reuertit
C um ſobole. aſt totos FRIDERICVS obibat agrosq́;
A tque vrbes, curasq́; animi virtute leuabat.
I ntereà ſpargi rumores audijt, eſſe
V icino conducta Duci: quibus ille ſuperbos
P ræſidijs, ſi quid faueat ſors optima, tentet
D ythmarſos. ea res aliquo tum pectora motu
P erculit, vt ſubitis quæ ſit ſuſcepta vijsq́;
C onſilijsq́;. quòd & communem hanc ducere cauſam:
E t tamen hoc ſeſe planè ignorante videret
C onſtitui. ne quid moueat fortaſſe: petitum
M ilitem, & externum: vicino in limine cogi,
A ugeriq́; manus, præſertim hoc tempore. Sed nil
S uſpicio hîc mentem grauior perturbat. vt ergo
C ognoſcit patrui ſtudium, & quæ cauſa cohortes
H as cogat, ſeq́; vltro etiam inuitarier, æquo
V t turmas numero belliq́; ſalaria iungat:
N orttorpum accedit, quò tum venêre Ducesq́;
H oltzaticiq́; etiam Proceres: pactisq́; peracta
R es coit, ac pleno cernuntur fœdera bello.
D ecretis celeri ſubſcribunt milite: quem cum
C ontulerant, miſſo mox Oratore monebant

Bellum Dythmarsicum.

Dythmar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D ythmarſos, tandem vt ſapiant: & priſca ſuorum
M aiorum rata iura ſinant: quæ Regibus eſſe
D anorum, Haltzatiæq; adeò ducibusq; virisq;
C ompetere, haudquaquam poterant neſcire. ſaluti
C onſulerent. huc rem perductam pluribus eſſe
C onſilijs: vt ſi ſubmittere celſa recuſent
P ectora, & haudquicquam cedant ſuadentibus: armis
S e tentaturos iuſto quàm Numina ſortem
D ecernant bello: ſeq; hæc extrema pericli-
t arier, & longis finem dare velle querelis.
N on ipſos etenim tantum haud parere: ſed eſſe
T utores ſcelerum, ac alijs ſecura tueri
H oſpitia: inuiſo ſi qui ſe crimine latè
P olluere, & ſæuis graſſarier artibus auſint.
P ræterea nil limitibus, certaq; teneri
R egnorum meta, vicina laceſſere, cùm iam
I ncurrat noſtros poſita formidine fines,
A tque alios alio afficiat pars improba damno:
S yluarumq; aditus luſtrent, & commoda lucro
D ecerpant: monitos nihil his abſiſtere. Quare
S i ſibi id expediat dominos agnoſcere: tradant
C onditione quidem lauta Prouinciam: honeſta
E t libertate & rerum vbertate fruantur.
N on tam illos dominis, quàm defenſoribus eſſe
V ſuros: ſi quid veris contendere certent
O fficijs, veris vt defenſoribus vti
H is poſſint, patriæq; velint bona priſca tueri.
S i ſecus inducant animum: non forſan abeſſe
L ongius, inquirat ſæuo qui milite, quantum
P ræſidio gens hæc prorſus confidat inani.
A dmoniti reſpondebant: ſe iura vetuſti
I mperij neſcire: nec his ſe moribus eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ſſuetos, multo vt veteris certamine mundi
S ollicitent animos antiquaq́; facta reuoluant.
V num ſeſe agere, & præſenti Marte tueri:
A cceptam vt Patriam & Dythmarſica prædia linquant
L ibera venturis commiſſa nepotibus. huc ſe
P ropendere quidem ſtudijs, conatibus, armis
C onſilioq́;. nihil cuiuſquam inuadere: nulli
I niuſtam vim inferre. quod hinc fortaſſe ſubinde
E xcurrant quidam vicinaq́; rura locosq́;
I nfeſtent, ſyluis etiam aut graſſentur: id ipſis
I nuitis fieri. ſi quenquam nomine certis
I ndicijsq́; notent, noxæ hunc ſeſe eſſe daturos
S upplicijsúe reum. interdum quod fortè receptent
Q ui ſeſe intulerint peregrini: id ſcire, benignos
P oſſe decere homines: qui nullum lædere, cunctos
O fficijs ſtudeant & honeſta laude mereri.
E ſſe equidem terris fructus & ditia glebis
S emina, quo multis poſſint prodeſſe. quod illos
C riminibus fœdos aut certis actibus eſſe
F uneſtos referant, ſe non diſquirere. præſtò
A ccuſatores ſint, atque intenta probarint
F lagitia, extemplò dabitur reus. Eſſe vetuſtam
D ythmarſis gentem, quæ ruſtica prædia magnis
A ucta laboribus aſſiduoq́; exerceat vſu,
L ibertate quidem maiorum freta. precari
H anc ne quid cupiat vicinia læta quietem
R umpere, & agricolas inuiſo inceſſere bello.
Q uod ſi nil precibus valeant: quæ proxima Chriſto
P ro Patria ſunt arma, manuq́; & pectore ſeſe
S umpturos: & quid miſeris fortuna colonis
D ecernat, bello facturos eſſe periclum:
S eq́; adeò haud alia ſub conditione daturos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ic dixêre. Duces propero ſe infundere curſu
M eldorpumq́; petunt: primusq́; hanc impetus vrbem
O bruit, inuictam prius: & documenta dederunt
M ilitiæ illatæ. Schonuueſius acer in illo
C onflictu cecidit. ceciditq́; Georgius vrbis
O ttoniæ ciuis, primus qui mœnia victor
O ccupat, ac victæ ſignum prior intulit vrbi,
S tuchmannus. Sed enim pòst itum in viſcera terræ est,
E xuſtoq́; Hamo res deniq; ad Heidica bellis
M œnia, tentata est: vbi victi dura coloni
T erga dabant, celeriq́; fuga ſe infundere Marſis.
I ncenſa est mox Heida, diuq́; èxarſit. honeſti
Q uo quidam occubuêre loco, dum tela viroſq́;
O bterere, ac auidis ſatagunt dare vulnera dèxtris.
R önnouius certè Marcus, ſpes vltima priſci
S temmatis hîc telo traiectus obibat: Ericus,
E Podebuſchorum numero, vir fortis: & hos quem
A nte dies Princeps magnos FRIDERICVS *in vſus*
L egerat, ac partem patrij dedit eſſe Senatus:
N oſtrateſq́; etiam plures. Aneſeldius vnà
Q uidam obijt: Friſus quidam, quem fortè parente
C hriſtierno natum fortuna hîc ſtrauit. honeſta
D efuncti ſunt morte omnes, patriamq́; cadendo
A ugere, atq; hoſti frænos immittere. talis
F ortibus est mors clara viris, quacunq; manuúe
A ut quocunque loco veniat ſubeunda. Salutem
Q ui patriæ peperit, vitam ſibi morte parauit.
I am biduum exierat, pulſi cum fortè Coloni
(I nteriora pari qui ſe ſub clade tuliſſent
A d loca, & incertos Marſis defigere curſus:)
S ubuerſas vidêre domos: arceſq́; vetuſtas
I n cineres redigi, & latè nunc hoſtibus arua

O mnia parere, euerſoſq́ fatiſcere muros:
N on etiam ex hominum numero ſupereſſe, labantem
R eſtituant rurſus qui integro milite pugnam,
H oſtileſq́ manus & robora frangere poſſent:
P oſtremò excluſos ſeſe vſibus eſſe: nihilq́
P ræſidij miſeris vſquam apparere: quòd Anſis
I niectus belli perfregerit omina terror:
V alde autem infeſtum iam iam ceruicibus hoſtem
I nſtare, & totam properare exſcindere gentem:
D eſperant rerum ſucceſſibus, arma doloſq́
A bijciunt, ſtudia & ſeſe ad meliora reſeruant.
E rgo Oratores toto de corpore lectos
P rincipibus mittunt, qui pacem ac fœdera poſcant.
I uſſa autem ſeſe facturos eſſe, modeſta
C onditione quidem ſi ſuſcipiantur: & eſſe
S ic liceat victis, vt libertatis honeſtæ
L egibus vtantur. ſe commoda certa quotannis
P enſuros: ſaltem maneant agriq́ ſuiſq́
V ita, nec informi ſubigantur prædia quæſtu.
Q uod ſi hæc obtineant, toto ſe ex pectore dictis
M anſuros: ſi non, decretum hîc omnibus eſſe
O ppetere, aut vitam pro libertate tueri,
D um liceat. Regis tamen hîc ante omnia ſummam
I mplorare fidem: ſeſe huîc committere, ne quæ
D urius in miſeros poterint conſulta videri.
E xpoſitis demum mandatis, plurima quamuis
P ectora Principibus feriant, animumq́ ſubinde
N unc huc nunc illuc rerum pro pondere verſent:
R eſponſum tamen eſt. Non hunc maioribus vſum,
N on mores placuiſſe: armatum vt viribus hoſtem
S int paſſi formam pactis præſcribere, qua ſe
V ictores meta ventura in fœdera ſtringant.

Abijciant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A bijciant prius arma: atq; huc tum deniq; cuncti
A ccedant: quæ ſit pietas victoris, honeſta
E xperiantur ope. Vtq; aliquo res conſtet ab vſu,
I am vitam donare: nec hîc ſe durius eſſe
I n quenquam acturos. ſtudijs ſed nitier, vt quæ
P oſſideant, magna pòſt vtilitate bonoq;
S int poſſeſſuri. audito Regiſq; Ducumq;
R eſponſo, cuncti ſeq; & ſua plurima dedunt
C orpora. cum veniunt, quanquam variare repertum eſt
C onſilijs quorundam animos, promiſſaq; quodam
N eſcio quo oppugnari auſu: Rex improbat actis
P romiſſiſq; fidem ceu abſcindier. vtq; futuris
N il ea conuentis obſint, diducier æquo
H os numero iubet, ac partem ſibi tradier. illos
S e ſeruaturum, ſibi quos fortuna dediſſet
S eruandos. ita conſultum eſt vno omnibus ore,
E t nihil admiſſum eſt quod acerbo deniq; morſu
Q uiſquam inſectetur. Decretum, vt quiſque vetuſtos
P oſſideatq; & ſeruet agros. ſit penſio certis
A nnua menſuris: vtantur legibus his, quæ
N on tam priuatum, quàm publica lucra gubernant:
A rma etiam tradant: non cingant oppida muris:
P ræfectis, quem quiſque ſuis deſignet, honeſtè
A uſcultent, moremq; gerant. FRIDERICVS *vt illos*
A dmonuiſſet, vt officiumq; fidemq; ſecuti
C onſtantes maneant, Dythmarſo exceſſit, eo iam
C larior euentu: & patrio quòd funere luctus
C ontractos, aliquà poterat leniſſe videri.
Intereà medijs deceſſerat orbibus æſtas,
E t Phœbus multùm rapidos agitare iugales:
C um Sialandiacas ſeſe FRIDERICVS *in vrbes*
V ictor agit. ſectantem equidem Dythmarſica ciues

Sollicitis

S ollicitis complecti animis, precibusq; tueri:
C um veteris certè funeſta volumina belli,
E t varias quas fata vices inducere poſſunt,
H aud ignorarent. at vbi ſaluumq; reuerti
I ncolumenq; vident: veluti cum pondere quiſquam
E xemptus fortaſſe graui, iam liber anhelat
M otibus, atq; alacri meditatur plurima curſu:
P rincipis haud aliter reditum complexa iuuentus
C ordatiq; viri, plaudunt victricibus armis,
S ucceſſumq; petunt. ille oppida plurima ſpectans
P ergit, & Hafnenſem celerabat lætus in vrbem.
H uc vbi peruentum eſt, aderat ſimul ipſe Senatus
C onſilijsq; agier cepta eſt res: eſſe Coronam
H uîc dandam, & patrij tribuenda palatia regni.
N on lucro mora, nec laudi eſt dilatio. quid ſi
D ythmarſos inter clades accepta Monarcham
A fflixiſſet? erant auidæ in noua commoda mentes:
M iles erat, nec erant vario ſine murmure multi,
S ed tacito. aut iſtis, aut his occaſio vires
A udacesq; animos planè adieciſſet. & eſt res
G rata etiam Regnum, pro quo decernere, nulli
E ſt viſus labor. & primum eſt, ſi iure fruare
F ortè aliquo: tum ſanè animos contentio firmat
S ollicitatq; manus: tum ſanè euentibus enſes
I mplicat, ac multo victoria fingitur auſu.
E t nihil eſt niti concepto fœdere. rumpunt
R egna fidem, primusq; aditus ſub culmina fraus eſt.
S ic fortaſſe aliqui ſecum. nec crimen ineſſe
H iſce poteſt dictis, quæ re plerunque probari
E uentuq; vides. Igitur poſtquàm omnibus eſſet
P rouiſum, dictusq; dies ac certa fuiſſent
T empora, Nobilitas è toto maxima regno

Huc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H uc conſcripta coit: teq́; ô FRIDERICE *Corona*
D onatum totis regnorum faſcibus ornant,
I mpoſitoq́; ſibi ſtatuunt diademate Regem.
D igreßi à templo magnis comitatibus arcem
A ccedunt, epuliſq́; vacant ac pocula poſcunt:
E xactiq́; dies aliquot ſunt luſibus. inde
Q uiſque domum repetit. Rex ipſe moratus, auitæ
I ndolis indicia, & patrij dat ſigna fauoris,
E rga omnes. Iamq́; huc animum totoſq́; ferebat
C onatus, grata populis vt pace fruatur,
C umq́; ſuis habitet nullo prohibente ſub alto
O cio, & è vera patriam virtute gubernet.
V tq́; minus dubitent ſe Rege pioq́; bonoq́;
V ſuros, primùm qua relligione parentem
C onſtabat populis ſtuduiſſe inferre ſalutem:
H ac ſacra præcepit regnis proponier: illa
H aud ſe paſſurum quemquam diſcedere. Si quis
A udaci fortaſſe animo conuellere certet,
E t noua non notis inducere iurgia rixis:
H aud fruſtra facturum etiam. mox priſca ſacriſq́;
I ura indulta locis: tum municipalia, leges,
P riuilegia, conuentus, & cætera iuſtè
O rdinibus conceſſa probat, confirmat. ab illis
H uc ſeſe vertit, minimo vt ſua regna grauarit:
E t nihil in prauos, reditus conſumpſerit vſus.
M ulta igitur loca vel penitus ſubuertit, & eſſe
A mplius iſta vetat. vel ſi non verſa fuiſſent,
V icinis iungit, coniunctaq́; copulat, vni
P ræfecto tradit: qui quæ paulò anteà plures
C urarant, iam nunc ſolus curauerit. aut quid?
E xpedit haud forſan multas prudentibus ædes
E ſſe viris, quibus vno & eodem tempore cultu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Bellum ſeptennium inter Daniam et Sueciam

P rouideant. multò minus id fortè vtile magnis
R egibus eſſe putes: qui cùm non omnibus ipſi
V el ſupereſſe queant vel formam tradere, lucro
V ellitur, ac ſtricta pendent Regalia lance.
D umq; hæc ſectatur nulli grauis, annus & annus
L abitur, ac grato voluuntur tempora motu:
E cce equidem à Suecis veniunt Legati, & ad vrbem
H afnenſem accedunt, Goſtaus Olaus & alter
E Bielkis Turo, patrijs vir & vtilis armis,
C onſilijsq; bonus: quibus eſt cum facta poteſtas
D icendi, mandata quidem præſente Senatu
F RIDERICO exponunt: & quæ videantur Erico
E x vſu fore magnificis ſermonibus augent.
E tſi autem nunc non Oratio tota Camœnis
H iſce ferenda ſiet: ſumma huc tamen omnibus vna
E numeris redit: Imperio iam Gotthico ademptam
E ſſe diu Gothlandiam, & id ſine clade grauiq;
S uecorum fieri non poſſe dolore: ſilendo
Q ui tamen ad clades tam magni muneris altè
C onniuent: ne quid turbaſſe hæc noſtra videri
R egna queant, pacemq; armis fregiſſe ferantur.
C ommoda ſic Sueonum cordi eſſe hæc publica Regi:
V t nihil haud faciat, nil non patiatur, vt eſſe
C ommoda longa queant. eadem conſidere velle
F RIDERICVM: quem iam deceat connitier, vt quæ
E x vſu geminis ſtatuat fore maxima regnis,
C onſilijsq; iuuet ſtudijsq; tuerier auſit.
M ulta autem Regum citroq; vltroq; priorum
T emporibus ſunt acta, nihil tamen hiſce moueri
I am Sueones. Sola eſt quæ rem Gothlandia totam
A ut pacare quidem aut poterit turbare videri.
H anc ſi tu reddas, vel ſi deducier æquis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I udicijs patiare, cui iunctiſsima regno
P areat, ac vero res ordine prodita conſtet:
C ertè equidem placidis fundamina ſaxea regnis
I eciſti, ac faciles ſubduxti motibus anſas.
Q uod ſi te quiſquam tanta hæc in commoda durus
I mpediat, tibi ſe Sueonum Rex omnibus offert
A uxilijs: ne te tam iuſta hæc facta ſequentem
P erturbet. vetus eſt etiam, Rex inclyte, regnis
C ertamen: cuî ſint tres iſtæ ſigna Coronæ:
E t cuius clypeo ſtent ornamenta. tuetur
S uecia ſe longo maiorum iure. relinqui
H as ſibi Rex Sueonum petit, atq; ex omnibus vnà
D anorum eradi noſtra hæc monumenta ſigillis.
H oc pacto geminas inter concreſcere mentes,
E t quæ firma ſient coaleſcere fœdera poſſe.
C umq; etiam iuuenes, & ſint florentibus ambo
F ortunis, animos habeant & iuncta modeſtis
P ectora conſilijs. obicem iam tollere certent,
V t longa deînceps fraterna & pace fruantur.
H ic finis ſermonis erat: licet addita quædam
N eſcio quæ fuerint, (ſi ritè audita recordor,)
D e quadam veteri, quæ fortè pecunia Scanis
C eu pretium terris aliquando ſoluta fuiſſet:
E t reddi poterat. ſed enim non in duo viuis
C uncta coloribus. & locus eſt vbi dicier iſta
P lanius acta queant. FRIDERICVS pauca locutus,
(E tſi haud obſcurè quorſum hæc oratio ſpectet,
S enſerit,) amplecti Sobrini verba benignè
S eſe ait, ac quo ſe reſponſo in talia ſoluat,
M ox prouiſurum. intereà menſæ admouet. & iam
T ranſierat biduum, cum Rex mandabat adeſſe
L egatos, illi vt venêre, ita Friſius infit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M agna viri vobis ſunt tradita iuſſa: ſed hiſce
S ic reſponderi mandat rex Daniæ. ab ipſis
S e regnum ſuperis agnoſcere: cætera cordi
S ic ſibi cuncta fore, vt pacemq; animumq; tueri
F raternum, mundo ſeſe ſub teſte probarit.
Q uin optare quidem communia commoda multis
A nte alijs ferri: quantumq; hîc pectore poßit
C onſilijsq; bonis, operam ſeſe eſſe daturum
V t malè non habeant, qui ſeſe authore fidemq;
O fficiumq; colant. ſi quid cognouerit, in quo
F œderibus ſaluis & regni iure, volenti
P ræſidium Sueco tulerit: ſtudiumq; laboremq; haud
D etrectaturum. dij dent, ne præbeat vnquam
H iſce aures, pacem qui connitantur honeſtè
S ancitam prauis ſubuertere motibus. eſſe
I n Boream ſparſis natura ac Numine regnis
S ic actum, vt magna nequeant ſine clade moueri:
E t maiore quidem nequeant ſine clade reuelli.
C oncordes animos igitur tueantur, & eſſe
F raternos libeat. ventura hinc commoda, quæ nunc
N on etiam ſunt nota quibus contraria mens eſt.
C ætera quæ latè ſunt dicta, moramq; locumq;
E xigere. his, vbi ſint mihi rectè expenſa, neceſſe
Q uod prius eſſe putem: ſic reſpondebo, nihil ſe
F ruſtratum vt voto Sueonum Rex ſentiat eſſe.
M ittam autem, qui ipſum accedant, coramq; loquantur
C onſilium & rei inquirant. vos hortor, & ipſum
V os moneo, vt paci conformia corda geratis,
E t quæ vicinum deceant ſuadere velitis.
R eſponſo Legati abeunt. res perculit ipſum
C ontinuò Regem. quid enim? iam occaſio noſtras
Q uæritur in ſortes: nec ſeſe obſcura ſub auras

Argumen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A rgumenta ferunt, odijq́; ac prima tumultus
I ndicia. aut aliud quid quærit denique? noſtros
F œdera maiores inter ſancita, vetabant
I n cauſam duci Gotlandiam. at iſte paternis
E xcedens monitis, cùm, quæ interdicta fuiſſent
A nte diem moueat, pacto eſt iniurius: & quæ
E ſſent firma, graui verborum ambage reſcindit,
F œdera perrumpens. hæc eſt occaſio, quàm nos
A duerſum captat: qua nosq́; & noſtra procellis
O bijciat, ſubitisq́; inuoluat motibus. atqui
Q ua tumet is rerum fortuna, haud neſcio. multas
D ecedens pater huîc & opes, & plena reliquit
O mnia diuitijs, æraria plena, ſuoq́;
C onferta argento latisq́; vndantia maßis.
H as quibus inſumat nunc vſibus, & quibus addat
F ortè incrementis, vt ſint ampliſſima lucro
F œnora, cùm ignoret: fucatis motibus ignem
E xſufflat, pulcrè latuit qui tectus: vt hîc ſe
F œlicem oſtendat, digeſtaq́; commoda regni
P roferat in lucem, ac ſtudio ſpectetur: atrocem
E t ſimul vſuram per viſcera noſtra ſequatur.
S ed neque ſuſpicio, leuitas nec inanis honeſta
O cia perfringet: nec belli damna probarim,
S i liceat mihi pace frui. ſi prouocet, & non
T ranquillum ſinat eſſe, operam Chriſto auſpice, veſtro &
C onſilio dabimus, ne quid me Dania Rege
V el detrimenti capiat, vel fracta ſuperbis
C oncedat populis. Valde eſt FRIDERICVS *in hiſce*
C ommotus. ſed enim placida tùm voce Senatus
A dmonet, è primis rerum conſpectibus eſſe
N on extrema etiam ſemper cenſenda. putare
S eſe equidem, ſi de rebus, quas fœdera certo

C omplexu prendunt, ritè admoneatur Ericus,
E ſſe quieturum. quod ſi vlteriora procaci
C ommoueat ſtudio, nec ſe comprendere poſſit:
C onſilio Regi ac opibus non defore. ſeſe
H îc tamen hortari, pacem vt ſub pectora multis
A dſtringat vinclis, nec ſe ſubitoue moueri
I mpulſu ſinat, aut alienæ indulſerit iræ,
Q uæ noſtris cupiat deterrima prælia damnis.
L abitur annus equis velociq́; incitus orbe:
C ùm Rex non bellum ſpectans ſua curat, agitq́;
S edulus, vt Patrio ſua ſint non languida regno
P ræſidia. ornatam deducit in æquora claſſem:
M achina colligitur, munitio creſcit, opesq́;
S tipantur. multisq́; illata pecunia ciſtis
C ongeritur, placidis conatibus omnia: cum ſe
A ltera de Suecis profert Legatio, cuî tum
P ræcipuas auxit partes Steno Ericius]. ille
Q uod prior, explicuit maiore audacia: at iſtam
D e Scanis cauſam nummisq́; aliquando expenſis,
D eq́; Coronarum viciato iure, peregit
L iberius. Rex auditum placideq́; benigneq́;
A ccipit. at poſtquàm reſponſo eſt auctus, abibat
M ulta mouens animis, & acerbo percitus igni.
V t verò exceſſit, iam non obſcura patebant
S uecorum ſtudia: ac animo quo tentat Ericus
D anorum mentes, Regemq́; procacibus auſis
S ollicitat. nihil is dubitat ſibi bella parari
A Suecis: Itaque haud ceſſat patriæq́; ſibiq́;
P roſpicere, & celeres ad maxima tendere neruos.
E t tamen haud quicquam temerè mouet. anxius vni
S i quà fata ſinant aduertit pectora paci.
Q uanquam autem crebris hominum ſermonibus omnes

Impleri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I mpleri vicos fama ſpargente videbat,
M agnifico Suecis hanc rem conamine & vſu
P erficier: numeris ſolidas conſiſtere puppes:
D electus agier, muniri voce colonos:
P aulatimq́; alios alijs regionibus iſtuc
I nduci, & totis increſcere viribus vrbes:
N on tamen hac ſeſe Danus ratione moueri
S uſtinet, vt quicquam quod pacem tollere poſſet,
T entarit. ſed enim dilapſa æſtate Senatum
C onuocat, ac animo quæ ſunt ſibi viſa recludit.
L egatos Sueco mittendos eſſe, ſatis qui
P romiſsis faciant: & quo ſit pectore, quoúe
C onſilio magnis inquirant mentibus. aut quæ
I nſcitia hæc noſtra eſt, aut quæ patientia? iam bis
I n noſtras, inquit, terras ac prædia noſtra
L egatos, eadem tantùm mandata ferentes
H aud tenui immittit numero: qui neſcio voces
Q uas mihi cum memorant, oculosq́; aresq́; putarim
P enè alijs magno curarum aduertere quæſtu.
I lli equidem quanquam fuerint fortaſsis honeſti
E ximijq́; viri: longas tamen vſque cateruas
C ùm circumducent, ſanè haud res noſtra latere
H oſce queat. fortaſſe etiam ſibi plurima fingunt,
Q uæ cumulent dictis, & noſtra in vulnera vertant.
I lle ſuos habeat Suecos ſibi: quando tumultus
N eſcio quos fama eſt illum molirier. haud me
S ic illudendum fas eſt exponere. iungat
C oncordes animos, & qua fortaſſe tumeſcit
E xuat inuidiam, & noſtro ſiet æquus honori:
T ùm me vel totis accedat gentibus. haud me
V icerit officijs: & quæ communia nobis
E ſſe dedit natura, equidem communia verè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Sentiet. intereà ſuſpectos eſſe recurſus
Procurſusq; mihi liceat, cùm nulla fauori
Detulerint: potius ſed ſpargant ſemina bello,
Diuellantq; animos ſtudijs, & fœdera tollant.
His igitur ſit finis. vt eſt Rex iſta locutus,
Aſſenſere viri: totoq; è corpore mox eſt
Corficius delectus: in hunc Legatio plenis
Incubuit neruis, cuî mox mandata modusq;
Traditus: & quo ſe Sueonum ſermone Tyranno
Inferat, oſtenſum eſt. fuit hic VVlfeldius vnus
Omnibus acceptus virtutem propter, & altas
Ingenij dotes, qui nec ſimulare, nec eſſe
Impoſtor poterat: nec honeſtæ perfida laudi
Scommata, nec dubijs aſperſit ſumina flammis.
Mitius hoc meliusq; nihil natura ferebat,
Nec qui maiori ſtuduit prodeſſe miſellis
Affectu, quacunque via aut ratione valebat
Conſuluiſſe bonis. hunc Rex FRIDERICVS habere
Continuò ſecum, multis præferre, parenti
Chriſtiâno gratum prius: vt qui plurima multis
Aularum grauia ac artes tolerarit ab annis:
Quiq; odijs nullum preßit, non obfuit vlli.
Huîc igitur mandata dabat FRIDERICVS. at ille
In Suecos abijt paucis comitantibus. huc vt
Peruenit, Regi fuerant quæ iuſſa modeſtè
Solerterque adeò expoſuit. veniſſe ſecundò
Legatos, Sueonum miſſos à Rege: quibus quid
Iniunctum fuerit, tum quæ concredita Dano
Rettulerint, ipſum non ignorare: quòd eſſent
Conſilijs primi, & Suetico pars plurima regno.
Aſt eadem cùm ſint iteratò allata, tametſi
Literæ in hæc pridem tranſmiſſæ culmina tete

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræcipuè Regem poterant docuiſſe, quid eſſet
H îc noſtris animi, tum qua vicinia iam nunc
S e tibi vicino cupiat virtute probari:
H aud tamen id viſum ſatis eſt: cuî quicquid honeſtam
A d pacem faciat, ſemper minus eſſe putatur.
O mnibus huc etenim contendit viribus. & me
P ropterea miſit, qui quid tibi mentis in haſce
R es ſiet, exquiram. nam quòd Gothlandia, quodq́
S cania nunc cauſis inducitur: eſſe recenti
M aiores inter veſtros ita fœdere cautum,
Q ua vos vná etiam comprendi lege volebant:
V t tibi poſſe putes nulla hæc ratione moueri,
Q uin ſimul & Superos violes, & ſacra reſoluas
I ura patrum, diuis iam teſtibus ædita. Scire
M aiorum ſtudijs ita te deferre, prophano
V t nihil æquus agas impulſus acumine. tum quod
A ttinet ad vetera hæc regnorum inſignia: Danos
C eu noſti, priſcis ſeclorum à curſibus eſſe
H is vſos: nec ſe, vt minus his vtare, proterúe
A ctūrum. Id petere, ac ſi quid contendere poſſit,
H ortari monitis: vt quæ præſentia, quæq́
M aiorum à fatis tranquilla ac ſacra fuiſſent,
O rnare, & ſtudijs certent fraterna tueri.
M ulta equidem varijs ſpargi rumoribus, ac ſi
C onflatum conſtet iam bellum, armisq́ redundet
S uecia. ſed Danum nihil expectare maligni
C onatus à vicino, quem iusq́ fidesq́
C opulat, & ſibi quem maiorum ſtemmata iungunt.
S i quæ communem regnorum poſſe putaret
A d pacem ſpectare: equidem quo more parentes
S e ſunt complexi, cum res afflicta duorum
C onſilijs tolli, aut operas poſcebat amicas:

S ic neq; conſilijs, nec honeſto longius vſu
D efuerit. ſaltem ſtudeat vicinus ineptas
M ultorum voces, & blandimenta ſagaci
D euitare animo, paciſq; ſacrata tueri
F œdera: ne regnis tantùm, ſed pectore iuncti
M utua fraternis duplicarint commoda rebus.
S cire equidem paucos quantum diſcrimen in armis
E t quæ damna ſient. motis Reſpublica bellis
L uget. & haud facile eſt reparariér ocia, cum iam
V icini rident, oculoſq; è vulnere paſcunt.
H æc tum Corſicius Regi mandata locutus,
E tſi ſe inijcio gratum veniſſe modeſto
A lloquio Regis penè intellexit: in ipſum
R es tamen eſt finem ſic demum adducta, boni nil
M agnoperè vt poſſet noſtris promittere. longas
I mplicat ambages Suecus, queriturq; vetuſto
G otthorum imperio Gothlandica culmina, primam
S ubtrahier partem, & Danis accreſcere: cùm nil
I lla etiam ad Danos poterit ſpectaſſe videri.
H oc equidem vt toleret ſe penè vererier. illam
R eddiderint Dani primùm, mox cætera poſſe
C olloquijs agier. quod fœdera ad iſta parentum
P ertineat, non his ſe etiam fortaſſe teneri,
C onditione quidem quòd nunc meliore fruatur
Q uàm pater. is populi conſenſu culmen adeptus
R egium erat. mihi nunc hæredi Suecia faſces
S ubijcit, ac nullo regnum prohibente miniſtro.
I lle equidem veluti precibus moderatur apertam,
A st mihi nunc patriam clauſit fortuna Coronam.
Q uod ſi fortè volens non cedat Dania: certè
V enerit hoc, mihi quo conceſſum tempore vellet.
N oſtro autem regno conſultum ita cenſeo: ne quo

Penè

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P enè etiam indigeat. ſi quis me vtatur amico,
I lle equidem officij fructum ſtudijq; benigni
P ercipiet. ſi quæ eueniant contraria, non me,
F ortunam ſed quiſque ſuam & ſua facta queratur.
H æc Suecus, barbamq; manu diduxit. erat Rex
E ximius forma iuuenis, quo pulchrior alter
N on fuit, excepto FRIDERICI corpore noſtri.
M agna autem vis ingenio, & gratiſsimus ardor
A d diſciplinas inerat. quapropter in omni
A rmorum genere & Muſarum prima tenebat
C ompita, & immenſo ſuperabat acumine quotquot
P ræcipuos inter florebant nomine Gotthos.
N amq; equitare, manu pancraſtas ſternere, diſco
L udere, moliri cuneos & vincere curſu,
D octus erat. tamen haud opus hoc tu ducere ſummum
A ut ſublime potes, reliquis ſi fortè libebit
H is conferre, quibus ſolus ſuperabat. in illis
S æpius & plebes vincit: roburq; colonis
M aius ineſt, ſeruiſq; licet velocibus eſſe.
A ſt quòd Muſarum ſtudijs ſacriſq; Mineruæ
A rtibus excellat, peregrinis pectora linguis
C ulta gerat, nullaq; animi virtute careret:
I d laudem vero poterit cenſore mereri.
E t certè haud dubito Europæ Magnatibus illum
H is rerum conferre bonis: ſed fata premebant
I nuida, & ob tantas contracta ſuperbia ſortes.
O mnibus in vita ſemel eueniſſe neceſſe eſt,
Q uod doleat. quamcunque ferant tibi culmina laudem
H ac ne confidas. magni eſt ampliſsima regni
G loria, ſed duros dant celſa palatia caſus,
E t graue pondus habent. veniaq; fauoreq; dignos
H os tamen eſſe putes, quos vel fortuna fefellit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V el ſua decepit miſeros perſuaſio Reges:
D ummodo ſidereos contra diuoſq; perhennemq;
H aud etiam fuerint ſæuiſſima turba parentem.
N amq; indulgendum his nihil eſt, qui Numina pellunt
S edibus, ac odium ſtricto minitantur ab enſe.
I n reliquis decet humanos, decet eſſe benignos:
V el quia perſimili ſint vſi ſorte, vel hac quòd
P oſt vti rurſus reparareq; priſtina poſſint:
V el quòd te ſimiles aliquando inuoluere motus
E t turbare queant. lucrum eſt miſereſcere, cum te
V el virtus aliena monet, vel propria vincit.
I nterea hæc fiunt dum temporis omnia, & ipſe
C orficius præſtolatur referenda, vel illud
N unc iter ingreſſus noſtra hæc ad regna reuertit:
E xacta eſt hyemis pars maxima penè, citumq;
T ranſmittunt Phœbum peragrato ſidere Piſces.
P roximus inſtabat rutulanti vellere gratum
A uratis aperit nobis qui cornibus annum:
E cce iterum à Suecis rediens Steno Ericius vrbem
A ppulit Hafnenſem: fidenſq; ingreſſus, ab aula
L iterulas poſcit: liber quibus æquora demum
B althica traijciat, Henetaſq; feratur in vrbes.
C umq; rogant: Regem nunquidné accedere? nunquid
N on etiam veteri cupiat pro more fideq;
A lloquier? gratum id FRIDERICO *ducier: vt quem*
P ræcipuo hic fuerit ſemper dignatus honore.
H aud ſibi nunc, inquit, Dano mandata Tyranno
E xponenda, ſuo commiſſa à Rege. negociũ
A lterius cauſa noſtras vrgere per vrbes
T antum iter. optare vt celeri Germanica curſu
L ittora contingat: domini inter id eſſe. precari,
V t ſe maturo properantem hoc munere iutent,

Officium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O fficium id gratum Regiq́ ſibiq́ futurum:
C uì pòſt, ſi vſus erit, cumulata æqualia reddat.
F riſius (hunc etenim FRIDERICVS iuſſerat eſſe
P ræſidio rebus: qui ſeſe abſente tueri
E t præſtare locum, Hafnenſiq́ morarier arce
D ebeat, ac vigiles peregrino aduertere ſenſus)
A udito, nihil his Stenoni regionibus eſſe
Q uod peragat: ſeſe miſſurum, dixit, ad aulam
P rotinus eſſe aliquem: qui quod petijſſet, eodem
P erficiatq́ feratq́ die: quòd proximus eſſet
R ex etiam, atque noua nunc fortè moretur in arce:
M oxq́ adeò miſit. Steno nil opus eſſe putabat
S ollicitum reddi leuia hæc ob munera Regem.
H ìc ſatis eſſe quidem, ſi Friſius ipſe roganti
A nnuat: atque abitum ſecuraq́ littora præſtet.
F riſius haud tantum ſibi poſſe licere: nec eſſe
I d laudi, dixit, Stenoni. quin penè vereri
N e Regem offendat, ſi ſic agat. eſſe benigno
I n Stenonem affectu: quem ſi fortaſſe cupiſſet
C onuentum, ſibi ſe fabam cudiſſe. rogare
N e graue ſit minuiſſe viam, paulumq́ morari.
A ſt indignatus Steno, neſcio protinus ore
Q uid fremere, ac dubijs contendere vocibus. acres
I uſſit equos ſterni, manibusq́ inſtare miniſtros.
D um verò hæc geminos inter variata geruntur
H eroas, multa hìc animum partitur in acta
F riſius: & ſemper cùm proxima damnat, in illa
M ox tamen ingenio nunquam fallente reuertit.
S uſpitione etenim haud minima percellitur: vt quid
H uc iterum Steno? quid properat? cur denique Regem
C eu fugiat? cur conductu non ſaluus in vrbes
H as ſeſe noſtras, his ſeſe immiſerit oris?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræcipuè Regi cùm nec mandata, nec vllum
E xplicet officij ſignum, nil deferat: idq́;
V ir tantus? vel quo iam denique ceſſerit: aut quid
C ontendat? curas ita Friſius impulit. alter
H oſpitio fremebundus atrox ſub murmure verſat
P ectus, & haud tardis abitum ſibi greſſibus vrget.
S ed nihil eſt cùm fata obſtant, meditando triumphum
F ingere. planè autem diuerſa hos indole ludens
O biecit fortuna viros, qui mutua tentent
P ectora, & haud dubias prodant certamine mentes.
A lter ab excelſo proflans ſpiramina vultu,
A tque ſupercilijs oculos motando tumentes
I ndulgetq́; iræ ac clatros vi rumpere certat.
I ndomitus veluti cum ſe Leo ſuſcitat, omnes
T erret agitq́; boues: rugitibus implicat auras,
E t latè circum perculſa armenta vagatur.
I lla tremunt, victasq́; ferunt in præmia palmas.
A lter at ingenio facili, ſed pectore valde
P rudenti, ac animo quæcunque ad facta ſagaci
S olertiq́;, nihil voces agitare ſuperbas
N on pugnare minis: nec ſeſe èxtollere ſæuis
V ocibus: at firmis ſubnixus in ardua neruis
O fficio nuſquàm cedit, Patriæ ampliter auget
C ommoda, & accenſos multorum faucibus ignes
S obrius extinguit, curſusq́; eludit inanes.
I lli igitur cùm ſic fuerint, à tempore noſter
C onſilium capit. Henricum de Rade, miniſtrum
A ntiquiq́; virum generis iubet ire citato
V aldè etiam curſu (nam nunc olfecerat eſſe
P enè in procinctu ac abitum molirier) ipſum
Q ui Stenonem verbis & honeſto more ſalutet:
S ignificetq́; animum Friſo eſſe accedere: verbis

Colloquier:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C olloquier: ſi quo, quod honeſta exquirere poſſint
O fficia indigeat, ſe curaturum: aderit mox
P ublica qui ſalui conductus ſymbola reddat.
R adus vt expoſuit domini mandata: nihil iam
E ſſe ſibi Steno reſpondit, quo vellet egere
F riſiî opera: nec colloquijs ſibi poſſe vacare
H ac vice. Radus in hæc non multa locutus,
S ollicitat greſſum veſtigiaq́; incita crebro
P ræcipitat motu: curſumq́; ita digerit, vt iam
S udor in ora fluat. Quem Cancellarius vt ſic
A longè aſpectat, quod erat facile anteà verſans
P ectoribus: quid nunc, Rade, inquit, Ericius án nos
C olloquio dignatur? an haud etiam? ille moratus
H ic nihil, Haud etiam. Sibi nunc non poſſe vacare
C ongredier. iam iamq́; parat diſcedere: frænos
M andat equus, quidamq́; diu vel ephippia preſſant,
V el iam preſſuri celeratis curſibus inſtant.
H ócne, inquit Friſus, modo? at heus ne denique ceſſes
T ute etiam, & tibi ne iam deſit cura, videto.
V ade age, & Andreæ dic Gotskio: vt ocyus acris
E t vigilans vrbis ſeruet cuſtodia portas:
E gredierq́; vetet Stenonem. fuit ille modeſto
I ngenio Andreas, & vir, ſi cætera ſpectes
M uſarum præter ſtudia artificemq́; Mineruam,
T alis, qui cuîuis conferri poſſet, honeſto
C umprimis animo & rerum experientia, eratq́;
P ro Patria ſtudium & Regem moderatus amabat.
H oc igitur Conſul cùm tempore is eſſet, ad illum
F riſius Henricum miſit: qui protinus vt rem
M andato accepit, rem perficit. aucta recenti
A ctutum ſtabat cuſtodia milite: cum ſe
V ectus equo multis Steno ſuſpectantibus infert

Occiduamq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O cciduamq́ petit celeri conamine portam,
P ræcurritq́ ſuos. ceu cùm vaga retia Ceruus
P roſpicit, ac denſo torqueri verbera gyro:
D euitare plagas curſuq́ eludere funes
D eſtinat, aut rectos ſaltu tranſcendere vallos.
H aud aliter pleno dum tentat Ericius auſu,
I nuitis etiam tum clauſtra tuentibus, vrbe
R umpere, & obuerſos in mœnia ſoluere ronchos:
A d portam tendit. Sed enim non fida dabantur
H îc reſponſa ſatis: nec gratum erat arma viroſq́
A ſpicere, & circum veſtiri corpora ferro.
V t tamen exegit vigileſq́ manuq́ remouit
Q uosdam etiam, & magna vi nititur: vtque ſequentes
P roclamant, Stenonem, Stenonem eſſe: nec illius eſſe
I mpediendum iter: ille autem validoq́ citoq́
T rudit equo: quidam, quid enim vir peßime? nóſne
V nà omnes etiam? & dicto, venabula fronti
P angit equo, retroq́ agit, & ſubſidere cogit.
H îc vt ſeſe abitu vidit prohiberier, etſi
I am ſatis, atque ſatis bacchatus voce fuiſſet
I ndomita, dum nunc fures, nunc denique lixas
C aloneſq́ vocat, magniſq́ minatur, biantes
A uerſum turbas adigit, tum rurſus in vrbem
P ræcipitat curſum: cumq́ explorarier audet
P ortarum reliquas, ſimili tùm pignore firmas
I nuenit. Ille vijs totam clamando per vrbem
D iſcurrit. vel quis ſtomachi imq́ potentis & auſus
E xplicet effrænes? mihi quas dabit Hafnia pœnas?
H afnia? quas etiam pœnas dabit Hafnia? ceu iam
D ania perpetuis ſubſideat obruta damnis:
Q uòd fortaſsè virum non ſanè recta ſecutum
H afnia pauliſper retinendum duxerit? ac ſi

Non,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N on etiam interſit regnorum, opibusq́ animisq́
P oſſe valere? equidem ſtolidis licet eſſe colonis:
R egibus haud etiam fas ſit. Si Suecia iuſtis
P erpetuisq́ adeò circumſpicit actibus, iſtuc
Q ui ſeſe intulerint: quid peccat Dania, ſi ſe
M uniat, ac vigili partum tueatur ocello?
E t vanum eſt contemptu agere: ac ſi naribus iſtic
N il homines valeant, cæcoue è lumine cernant.
T um quæ ſtulticia eſt maior, quàm voce minisq́
I n totas gentes, & tota in culmina ferri?
P ræcipuè ſolidæ cum libertatis ab vſu
E xcuſſus teneare. hîc nil tibi iurgia proſunt:
M itibus eſt opus: vt longos patientia vincat
C ircuitus. etenim varijs varia aſpera ſæpè
E ueniunt: his non pugnandum eſt robore, quanquam
V iribus excellas alibi. ſimulando, parumqúe
D iſsimulando omnem, ſi fato vtare ſecundo,
E t molem excutias aduerſaqúe plurima vincas.
B is ſapit, inijcio quiſquis ſapit. omnibus hæc ſit
R egula certa viris: ne magnis mente ſuperbos
M uneribus iungant. fortunam hij frangere poſſunt,
S arcire haud poſſunt. prima eſt & prima ruina
I mperijs, quando elato Prouincia Regi
S ubditur, elatos & habet Rex ipſe miniſtros.
A ut quid Alexandri regnumq́ & ditia ſtrauit
C ulmina? nónne ſuperbia? non ſuperiq́ue hominesq́ue
Æ què odêre aliud. quæ tunc eſt peſsima, cum ſe
V enditat officijs agninaq́ vellera ſumit,
O biectatq́ tuis aſtutas ſenſibus vmbras.
A t Steno cum vidit ſibi fortè pateſcere nuſquam
E greſſum, hoſpitium repetit: queriturqúe minaturqúe,
E t ſibi quas fingit non attinet edere voces.

V t Regi innotuit factumq́ & cauſa, probauit:
I amq́ aliquot ſubière dies, & Martius ipſe
E xegit medias per prima volumina partes:
L egatus rediјt Suetico cum noſter ab orbe
C orſicius, Regemq́ adiјt tunc arce morantem
F ridricksburgenſi: cuî cùm retuliſſet Erici
O mnia verba: videri equidem ſibi, dixit, ab illo
N il expectandum, quod quis ſibi poſſit amicum
D ucere: ni mentem atq; ardentes forſitan iras
M utet, & in melius quæ ſunt concepta, reflectat.
H æc cùm dixiſſet: FRIDERICO *pectora nuſquam*
S unt turbata. equidem ſi ſic, ait, eſſe neceſſe eſt,
A rdeat: ac tumido ſi ſic iuuet, arſerit igne.
A lea iacta ſiet. Superos ego teſtor, & huius
F acta futura manus, non me me bella volentem
V lla ſequi. Sed tantoperè ſi noſcere Sueco
C ollibeat quis ſim, vel quid mihi Dania poſſit:
H aud quaquam impediam, minus vt ſua vota ſequatur,
E xſatietq́ nouo crudelia pectora damno.
T um verò hîc infert VVlfeldius: annê per haſce
F ecit iter terras: cum nuper Ericius inde
A Suecis veniens Germanas impiger vrbes
A cceſſit? riſit placidè FRIDERICVS, *& huius*
N on tibi facta viri, rerumq́ audacia conſtat?
I lle equidem per nos cum vi perrumpere certat,
A Friſo retinetur: habetq́ hunc Hafnia valde
I ratum, & ſæuis minitantem funera dictis:
V t quos protelet, pauidosque in vincula mittat.
C orſicius primùm obſtupuit. mox deînde, beaſti
M e me, ait, ac læto cumulas Rex inclyte, ſenſu.
O factum benè. vir multis ſtudet iſte malisque
A tq; vijs noſtro conflare pericula regno.

Ipſa

I pſa etiam hunc varijs nunc culpat Suecia dictis
P roſcinditque: licet non audeat vna querelas
P andere, & hunc contra quæ ſunt meliora tueri.
V ſq; adeò huc Regem pepulit, ne flectere poßit
C onſilium, & magnæ meditari commoda paci.
M ulti illum quacunque via, quocunque profectum
A d mala fonte putant: quamuis quædam inſcia rerum
P ars abijſſe ferat, ceu connubialia tractet
F œdera prætextum fingens: ſentiſcere fraudes
V t iam nemo queat. certi nil dixero, nec quod
I n dubio eſt populis, conſtanti ego gutture firmem.
V alde opportunè tamen accidit, illius eſſe
S ubuerſumque iter: & meme huc redijſſe priùs, quàm
F inibus hunc noſtris retuliſſet fama teneri.
N amque id per Superos tibi Rex ego teſtor, in ipſum
S i quid perfectum meme præſente notaſſent,
H aud ſanè huc greſſus referentem dura tuliſſet
S uecia. at hîc ſi quid paſſus fortaſſe fuiſſes,
R ex ait, à Friſo tibi ſcires eſſe profectum,
Q ui frænos homini iniecit, prohibetque viarum
V ſibus, ac portis hinc intercluſit euntem.
C orficius Friſum laudat, rectè arbitror illum
F eciſſe: at tibi nunc ſeruandum cenſeo, donec
H æc quorſum erumpat ſtudiorum flamma malorum,
P erſpicias. pòſt tute ſcias, quàm noxia ſecum
H ic Steno conſilia & ſceleratos deferat auſus.
H æc ſecum vario cum Rex libramine penſat
A tq; omnes implet numeros meditando, iubebat
E xtemplò Stenonem abduci: qui vectus in arcem
K alundburgenſem, totos ibi quatuor annos
D egit, non aliquo vitæ ſemotus ab vſu,
Q ui benè commeritos poterat decuiſſe clientes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C umq́ ea geſta forent, languere VVlfeldius ipſo
F orſitan è motu, deq́ aſperitate viarum
C epit. & vt nullo ſuccedunt pharmaca fructu
D eficit, ac vitam triſti ſub funere mergit:
A uguri oq́ fides Regi fuit. Illius hæc eſt
S umma velut nobis Rex ipſe ea ſomnia narrat:
Q uæ, cum Corficius reditum maturat, habere
D ixit, & hoc magno iam ſe terrore moueri.
N am caput huic demptum ſeſe vidiſſe necato,
I dq́ manu Regis Sueonum: longeq́ cruorem
P urpureum & multo ſubeuntem flumine ferri.
Q uæ ſi vera forent: equidem data cauſa fuiſſet,
V indicibus quæ iuſta dijs mihi traderet arma,
H æc quibus haud tenui crudelia cæde piarem.
O pto autem neq́ ſic Suecum inſanire: nec iſto,
M e luctu afficier, rerumq́ euentibus angi.
N os ſolamur: & huc ſaluus tibi venerit: inde
S i quid contingat, Regi non falſa fuiſſe
V iſa probet. redit ille quidem ceu diximus: aſt vt
R edijerat mortem ſibi protinus induit, inter
L anguores queſtus ſeſe hoc ſibi funera motu
I nſolitiſq́ vijs, pocliſq́ frequentibus, & re
M enſarum inſueta ſic contraxiſſe, ſibi nil
V t medicina quidem & curarum impendia proſint.
I lle autem magna eſt animi conſtantia, & auſu
E gregio extinctus. caput aſt ſors abſtulit, acri
C um bello implicuit Danorum Suecia gentes,
L egatoq́ nocet: ſed enim ſua deînde cruore
M utua multiplices implebant vulnera riuos,
C urarumq́ vndas varijs terroribus augent.
I llatus tumulo eſt ſacrata VVlfeldius æde
H afnia qua prima nunc vtitur. inde relata.

Concilio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C oncilio res eſt, ſummoque expoſta Senatuî
I ncendit mentes: alterq; hoc, alter at illud
C um ſuadet, cunctis ſententia patribus vna
H æc placuit: ne quid tranquillo principe Sueco
R ex moueat: cauſam prior vt tribuiſſe videri
P oßiet, ac grandiieciſſe exordia bello.
S ic tamen & curam eſſe adhibendam rebus: & hiſce
C onſilijs actus moderandos eſſe, neceſſe
V t ſi fortè ſiet patriam defendier armis:
N e tum ſecuros, ne tum mala nulla timentes
O pprimat, ac meritis ſua ſint diſpendia damnis.
Q uin ſtultum eſſet, in his rerum rumoribus eſſe
N il etiam vigiles. poterit vicinia pace
V tier: & nobis ſit fas exquirere, belli
Q uo ſcelus auerti aut poßint quo incommoda tolli.
R ex operam ſeſe tum clara voce daturum
S pondet: vt inuito, ſi belli flamma ſequatur,
A ccenſam ſeſe cunctis ſapientibus eſſe
P erſpectum poterit. Sed enim cum nauibus ante
A udierat curam Sueonum impendiſſe Tyrannum
P ræcipuam: ſanè nihil ille laboribus eſſe
P arcendum ratus, actutum pedibusque manuq;
N ititur, vt ſolidæ conſtent ſua robora claßi.
P ræcipuè Batauis Zephyrasque colentibus oras
C um monitus foret, haud tutos iam deniq; fluctus
P ræſtari ratibus: neq; littora tuta ſubiri
E ôasque plagas, Dano ni vindice pontum
S ulcare, & lætas poterint proferre rudentes.
H eſperijs fama ſparſum eſſe in partibus æquor
T anquam obſideri Sueticis iam puppibus. iſtud
P ermetuiſſe: vt qui Dano conſueta dediſſent
H elſingorenſi diſpoſta telonio, in altum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N epòſt delatis geminare tributa neceſſe
T um ſiet, ac Sueticæ ſubmittere lintea claſsi
Q uod ſanè inuiti facerent. orare proinde,
P ræſidium vt Rex his accommodet vſibus. haud ſe
E t Sueco, & Dano præſtare ea munera poſſe.
R ex ſtudijs hominum motusq́; & iure vetuſto,
H anc ſibi rem curæ fore rettulit. inde parando
E toto èxpedijt numeroq́; & robore puppes
P ræcipuas, omni inſtructas quam màxima poſſunt
P oſcere bella manum: rebus nil defuit, & nil
D efuit his ipſis dura ad certamina: miles,
M achina, pila, globus, latera ardua, robora, nautæ:
T ormenta & puluis: tum res, quibus æqua culinis
S upplementa forent. magnis velut vrbibus inſunt
O mnia, ſic inerant his puppibus omnia: quas tum
D eductum Batauos firmas iubet ire carinas.
P ræfectum Brockenhuſa de gente Iacobum
H uîc ſummum claſsi ſtatuit. qui deînde profectus
V ſus erat facili propaſſa in carbaſa vento.
H ollandi rectà Dantiſcum accedere. noſtri
Q uòd nihil hoſtilem ſenſere in fluctibus æſtum,
D urant, ac vacuo dominantur in æquore: nec quid
V el Sueonum flammas, vel nitra crepantia cernunt.
I nterea totus Veneri ſacer èxijt orbe
M enſis, & in Maium delatus Apollo, ſub ipſum
T endebat finem: Geminosq́; ſecabat in iæquas
H inc atq; hinc partes rutuloq́; ardebat Olympo:
C um ſubitò è Suecis noſtrum prorupit in æquor
N auibus inſtructus paucis, itidemq́; Iacobus
N omine & à patrio iam dictus Baggius orbe.
H unc Ammiraldi iam pridem Suecus honore
O rnarat: quòd conſilijs vſu q́; valeret

Plurimum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P lurimùm, & audaci ſpectaret ad ardua motu.
V enerat à noſtris olim regionibus, hiſce
I n terris natus, quà ſeſe Hallandia ripis
O bijcit ac lato proſpectat in æquora curſu.
I s Chriſtiâno igitur cùm operamq́ fidemqúe Monarchæ
O btulerit, cuperetqúe aliquo tum forſan haberi
C enſeriqúe loco, rebusqúe præeſſe marinis,
N on ita iam generis celeber ſplendore: repulſam
P ertulit. ad Sueones igitur cùm fortè profectus
E ſſet, & his opera ſtudiumqúe fidemqúe probaſſet,
G oſtao placuit: qui morum cenſor & omnis
I ngenij mirus ſanè explorator, vt eſſe
H uic ſtudium ac alacrem magna ad conamina mentem
P erſpicit, acceptat, rebusqúe adhibere gerendis:
S eu Moſchos pellit, ſeu lata per æquora puppes
I nſtruit, ac primis ſubducit viribus Anſas.
H uc ergo ratibus poſtquam deuenit, vbi eſſe
P roſpexit noſtros, cum ſigna, ſtatusq́ notasq́
C ernit, & è totis quod res erat, accipit armis:
P rotinus inuehitur, lateri & latus obicit: vtq́
Q uà collimari celſa in carcheſia poſſe
V idit, ab immani primos Serpente iubebat
L axariq́ globos, nitroq́ impellier ignes.
I llico corripiunt flammas tormenta, tonatq́
Æ ër, ac magno pontus ſtridore remugit.
H inc aliudq́ aliudq́ itidem diſploſit: & vt iam
H aud procul à puppi quodam ferit aëra, noſter
C olloquio ſignum, & iungendis ſymbola verbis
E xtulit. is ſignum poſtquam probat, arte carinas
O ccupat ac Holmam ſecum traducit ad vrbem.
H oc belli inijcium, hic violati fœderis orſus
E t pars prima fuit. Abductis nauibus vt res

Conſtitit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſtitit, hunc equidem caſum FRIDERICVS acerbo
P lanè animo tulit: egregio quòd milite, quodq́;
N auibus, & primis afflictus viribus eſſet.
D iſsimulat tamen & celerem præcone Senatum
C onuocat, ac tali venientem voce moratur.
Q uò ſe noſtra viri fortuna inclinat, & è quo
N os conſobrinus ſpectat nunc lumine: rerum
E forma & lato populi rumore videtis.
N ec multis opus eſt ſermonibus. anteà fratrem
E t mihi præcipuo dilectum pectore Magnum
S ollicitat: fidei oblitus generisq́ue paterni
V t ſibi ſe iungat deſerto Fratre. recenti
N unc etiam noſtras nobis ſtratagemate naues
A bſtulit. an verò expectandum fortè putatis,
V t cœno inſpergat faciem mihi? is vndiq; ſeſe
M unit & audaci prorumpit in æquora curſu,
P rædaturq́ue tuis penè in conſpectibus. idné
P ertulerim? an bello cladesq́ue hoſtemq́ue repellam
C ommiſſumq́ue mihi regnumq́ue ac iura tuebor?
D icite. quantumuis variè eſt hic vocibus actum:
D um repeti naues quidam, ſed iudice quidam
D ecidi rem poſſe putant Suecumq́ue moneri:
V t fœdo abſtineat quæ ſunt tranquilla mouere
I mpulſu, & grauibus cauſam dare ceſſerit armis:
C um tamen illa diu res eſt agitata, probarunt
B ellum omnes: Regemq́ue iubent molirier, vt nil
P rincipe ſe detrimenti cepiſſe videri
R egna paterna queant. Sed enim rogat ille, velintné
V nà etiam ſecum belli tolerare labores:
C aſtra ſequi, conferre operas, neruisq́ue tueri
I mperium, ac animis præſtare lubentibus hoc, quod
E x vſu ſiet: ac communem augere ſalutem

Conſilijs?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſilijs? illi officium facturos dicere. tandem
D ecretis bello eſt ſubſcriptum animiſq; quierunt.
H eu quanta eſt homini facta in maleſana ruina,
Q uantus amor rerum, noceant quæ euentibus: & quæ
C um factæ conſtant, luctus in præmia reddunt?
V alde autem ſegni ferimur vel ad optima curſu:
V el ſi quid fortaſſe etiam contendimus, iſtuc
C ùm ventum eſt, agimus nihilominus omnia prauis
M otibus: aut animis concepta remittimus: aut nos
C onſilijs duci patimur vertiq; malignis,
V t quæ iuſta ſi etiam fracta mente ſequamur.
V na autem re valde etiam ſunt lyncea nobis
L umina, ſtulticiæ partes ſectarier. & cùm
V itæ vſu nobis tranquillis eſſe liceret,
O fficijsq; vacare, & honeſta pace potiri:
E lati ſtudijs ita rumpimus ocia, nos vt
N ec pax, nec ſanctæ quæ ſunt communia paci
C ommoda, nec rerum poſſint nos iura tueri.
H is præſtare malis cauſam, nil te eſſe peritum
R erum: at delitijs innatum, ſemper amicis
S emper blanditijs, ſemper gnatonibus vſum:
Q ui quæ optare potes ſtudeant tibi triſtia blandis
P erficere: vt tacito cumulent tibi vulnera morſu,
Q uæ vix ſcire quidem niſi duro in funere poſſis.
Q uòd ſi iactatus fortunæ caſibus eſſes,
E t varios inter prenſaſſes læta dolores:
M ultò aliter rerum complexus lucra modeſtos
I ndueres animi tranquilla ad culmina motus:
E t tibi ſollicito retinendam iure putares
F ortunam. Sed enim nihil eſt Magnatibus iſtud
O bſequij laudare genus. libet eſſe proteruos,
E t quo prima ratem trudit dementia, ferri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uin ſi quid duris interdum caſibus acti
C onſiſtunt: ſi ſe expediant vitæq; fruantur
L ibertate, graui rumpunt tranquilla furore:
A ſperiusq; etiam graſſati cuncta reſoluunt,
C unctaq; tranſiliunt: nec quo ſe iure teneri
A ut ratione volunt. ſi qua ſe occaſio longè
O ſtendit, celeri arripiunt hanc forcipe, quaq;
E t via crudeli miſeros ſub funere ſternunt.
T ùm benefacta etiam quidam ſic denique prendunt
C ompenſantq;: vt ſint primi qui iuſta merentem
I niuſtis onerent, pacemq; in prælia vertant.
Q uid Roboam? quid Alexandrum, quid denique ſæuum
A mbioriga canam? quo nunc ſe Gallia facto
P rodidit? officijs certes, vt iniqua receptes
P ræmia. ſed lacrymis agitarier omnibus, at non
T ollier iſta putes. radices altius egit
M orbus, & in medijs clades furit aucta medullis.
R ectius hîc igitur Sueonum feciſſe Tyrannum
C onijcias: ſi defuncto quæ regna parente
I am tenuit, ſolido ſtuduiſſet prendere vinclo,
E t tanquam vberiore baſi firmaſſet. id ipſum
S ic potuiſſe putes: ſi nunc cùm ætate valeret
I udicioq;, nouo patrium ſub fœdere fœdus
I ugere, & forti properaſſet ſtringere nexu.
H æc res officijs animos iunxiſſet, & amplos
V icinis etiam cumulaſſet gratia fructus.
N am Gothlandiacas animo meditarier ornos,
E t pinus ſperare, leui quas vertice montes
P arturiunt iſtic, inhiareq; mentibus vrbi:
S omnia ſunt. nec enim verbis hæc maxima Dani
D etulerint. nec ſi lucrari ea Suecia bello
P oſſet, an hæc etiam pacata Suecia motu

Poſſideat?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P oſsideat? ſed holus poſcunt vt larida, ſic ſe
D ania ſub nexu & Gothlandia noſtra tenaci
P rendunt ac ſolidè ſeſe complexa tuentur.
Q uin poterat meritis aliquid tribuiſſe: quòd huius
I mperij ſtudijs teneat ſuum? an excidit omni
R es animo, quid Taccenſi ſit denique geſtum
S editione? libet non iſta reducere. Priſco
Q uæ nunc ex vſu tranquilla putaueris eſſe,
H aud moueas: paruo ſeruentur maxima damno
C ommoda, & aſſueta nil maius pace probaris.
V t verò innotuit Lubeco, Suecia quo ſe
I n Danos motu ſatagit proferre: recensq́;
H aud prius indicto gratiſsima carbaſa bello
E gregiasq́; rates ſubito ſtratagemate captas
A bductasq́;: equidem quod res erat, iſta putabant
H aud paſſurum etiam Danum: mora nulla, citato
A pproperant curſu, Regiq́; exponere: quantis
A Sueco damnis quantaq́; iniuria ab annis
I am multis affecta ſiet Reſpublica: quales
O fficio reddit veteri fera Suecia grates.
I gnotum nullis iam gentibus eſſe, quid ipſum
G oſtao pridem Lubecum præſtitit, iſti
G oſtao: profugum quem cùm accepiſſet, honeſtè
V rbs habitum patrias fido deduxit in oras
P ræſidio: & magnis adiutum viribus, iſtis
T ùm commendarit, primos qui fortè tenebant
C onſilijsq́; operaq́; gradus: vt regia demum
C ulmina & auguſtos victor ſit adeptus honores.
A t quæ pro tantis benefactis præmia? quasq́;
R eddidit iſte vices? cùm non niſi magna fuiſſet
P ollicitus, quali præſtantur munera diſco?
Q uas olim leges, quæ priuilegia priſcis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R egibus impetrata, ipſoque probata Tyranno
E t firmata, quibus fregit rationibus? actos
P enè etiam regno excluſit: iugulare miniſtros,
E t libertatis nil cedere ciuibus. immò
M ercibus iniecit ſceleratas ſanguine dextras,
D etinuitq́; rates. cumq́; æquora Naruica noſtro
S ulcamus pro more, vijs vetat ire ſecundis
C onſuetisq́;. nihil ferus intermiſit, atroci
V t nos afficeret meritos ceu triſtia, damno.
I lle ſuis ſedenim fatis conceſſit. Ericus
S uccedit, multis genitore oneroſior ipſo
P artibus: vt qui nil quæ ſunt ſubducta putarit
R eddere. quin potiùs noua ciuibus arma minando
T erret, & immani frendens canit aſpera rictu.
H is vrbs mota malis, ſi quid ſe vlciſcier armis
P oſſet, vt haud gratis hæc tolerarit damna, periclum
N il etiam fugeret. Quod ſi, Rex inclyte, menti
S tat fixum tibi funeſtas certamine clades
P endere, & illato meritis æqualia bello
R eddere: nos equidem noſtras adiungere vires
E t conferre tuis præſtò ſumus. Vtitur vltrò
O blata Rex conditione: nihilq́; putabat
H îc diſceptandum. vel quorſum, ait, iſta negarim
P ræſidia? accede: & quo ſe fortuna, Deusq́;
E uentum vertat communi ex ſorte videto.
B is ſenas pepigêre rates, quas protinùs huc ſe
M iſſuros ſpondent, nec abeſt conſtantia dictis.
P lanè autem eximijs Lubecum eſt ciuibus & re
A uctum etiam lauta: domibusq́; amplisq́; plateis
E xſuperat: ditiq́; ferunt ſe æraria nummo.
R edditur æquali ductum ius lance: nihilq́;
I ngenio magnis conceſſerit vrbibus: vna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

*R e maior: pelago quòd ſit vicina, ſuasq;
H inc merces latè varia in compendia mittat.
M ulta autem in Danos ſeclo admiſiſſe priore
C ùm conſtet, ſanè hoc cui nunc dat Symbola bello
H aud ſegnes præſtare manus, coniuncta tueri
R obora, & hoſtiles ratibus perrumpere claſſes.
D eniq; res ponto quantum eſt tentata, ferebat
P ræſidium, & iuſtas pandebat in æquore vires.
I ntereà accitas Germana ex gente cohortes
I nuictosq; equites & plurima ſigna pedeſtris
M ilitiæ in regnum Rex introducit. ab Auſtro
C um veluti plena venientes grandine nymbi
P ræcipitant lapſus obſcurumq; aëra denſant:
S ic contracta ruunt impletis agmina terris
I nſiſtuntq; vijs: nulloq; incommoda ſenſu,
N on ea quæ intulerint, non quæ patiantur, iter nec
M agnoperè aduertunt: Mens eſt obuerſa periclis
E t Suetico creſcit ſpes inuidioſa metallo.
H uc ſe igitur primis Suuatzburgius intulit armis
G untherus, veteri maiorum clarus ab ortu:
Q uem quia multiplici Comitem Rex anteà bello
D uceret excultum, magnisq; ex vſibus eſſe
I nſtructum ſtatuit, venientem amplexus honeſto
C enſijt eſſe loco, ſtudijsq; ornare ſecundis.
H unc iuxtà celebri iam ætate Georgius, & re
P erpetuoq; vſu bellorum haud impiger Hollus
A duenit, egregium traducens militem & armis
M unitos pedites, quantos bis dena ferebant
S igna viros, auidisq; animis & robore fultos.
P oſt alij turmas equitum, peditumq; maniplos
A dduxêre: locosq; omnes atq; oppida miles
C omplet, & in Sueones ſitienti intendere curſu.*

D electus extemplò habiti: monſtrantq́ue quibus rem
V iribus, & quali tum milite Gotthica tentent
C ulmina Præfecti: nec abeſt cenſura, probatos
O mnes: ac meritis acceptos vocibus. inde
P aulatim in Scanos traductæ copiæ, in vrbes
H inc atque hinc, citius namque aduenêre, locantur
D iuiſæ. poſtquàm his proſpectum eſt, ocyus omni
E regione ſuos Rex ipſe explorat, honeſtas
H erclè etiam turmas: quibus haud, quæ dicere poſſes
E gregios decuiſſe viros, animusúe manusúe
A rmaúe & vrgentes ſubmiſſa in fræna caballi,
D efuerant. cum res toto iam conſtitit vſu
E t perfecta foret: celeri mox voce Ducesq́ue
P ræfectosq́ue omnes Rex conuocat: vtq́ue profecti
I am circumſtabant, belli dedit eſſe gerendi
I nduperatorem, Suuartzburgium: eumq́ue maniplis
C ommendat: cuî ſe ſupremo exercitus eſſe
P arentem debere ſciat, iuſſumq́ue tueri
E t mandata ſequi. Tum Sueco denique Feci-
a lem tranſmiſit, qui hoſtilia nunciet arma,
E t cauſam inſtantis decretaq́ue tempora belli
E xplicet. hoc tum ſe Niclaus munere prima
F ontenus cum laude probat: qui Gotthica poſtquàm
A ttigit arua, equidem Regem petit: vtq́ue poteſtas
E ſt data conueniundi: has nunc, ait, accipe Dano
T ranſmiſſas tibi Rege: ſimulq́ue his accipe iuſto
I ndicia & pariter flagranti exordia bello:
E t dedit. alter vt eſt nil percunctatus, habere hæc
S e rata dixit: & vt ſtetit obuius, imperat enſi
A rdua Fontenum ſubmittere colla, legiq́ue
P ublica miſſa iubet. res vt iam conſtitit, eſſe
H oc ſibi gratum, ait: aſt domino mea dicta referto:

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C um tumido potius bello decernere, noſtro
Q uàm Sueonum libeat Gothlandica prædia regno
T radere: docturum meme eſſe, quid arma mouere
E t proferre ſiet. tu te hinc age, cuius & eſſe
I ncolumen vitam mea per rura omnia dono.
T empus erat cum Sol medium partitus Olympum
S ub Notias multo tendebat acumine partes,
I nſiſtitq́; vijs, vbi fulgens aurea lambit
S idera, & æquatos Virgo ſubit alta iugales:
A gmina cùm toto mandat Rex noſtra moueri
P ræſidio, & Sueticis ſe ferre videnda colonis.
P rimus in Elsburgum labor eſt decretus: vbi ingens
E Gotthis fluuius rapido ſe in littora curſu
H eſperiasq́; plagas agit, ac caua ſubluit arci
M œnia, & obiectas hinc atq; hinc diuidit vrbes.
E xitus anguſto patet hîc ſub limite, quà ſe
S uecus in occiduum fundat mare. ſiue gerat rem
B ellorum flammis, aditusq́; ad noſtra requirat:
S eu ſecet infidum mutandis mercibus æquor,
E xternasq́; petat lucri in commercia gentes.
H ac igitur ſalua Sueones cum parte moueri
C onſtabat nulla penè vtilitate, cohortes
H uc traducendas primo cum Marte putabant:
F ortunamq́; adeò tentandam. Exercitus ergo
H anc poſtquàm tenuit celeratis curſibus oram,
M etari mox caſtra: caſas defigere, vallum
D ucere, & inſtratos tellure obcingere corbes.
V t verò ſeſe iam muniuêre, parumper
C onſidunt aliquotq́; dies ſpectare: quibus rem
C onſilijsq́; auſuq́; gerat: quas motibus hoſtis
O ſtendat vires, quo ſe tueatur ab vſu.
C um Rex obſeſſos miſſo Oratore monendo

Sollicitat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ollicitat, quo ſint animo? num dedere muros,
A ut ſeruare velint? Illi hæc ſibi tradita narrant
C onſeruanda: nec eſſe animum ſibi prodere. Quòd ſi
Q uid Dano forſan libeat feciſſe periclum,
Q uos obſidendo ſtudeat premere, audeat. eſſe
I n medio palmam poſitam, quam deniq; ſi quis
A uferat, huîc ſolido conſtet victoria lucro.
I ntereà varijs allata è gentibus omnem
C aſtrorum numerum Cereris confecta paratæ
M unera complebant: frumenta ampliſsima: comme-
a tus, & in celeres noua pabula miſſa caballos:
V ina etiam, merceſq; amplæ, & ditiſsima rerum
C opia, qua caſtris nil defuit omnibus. has vt
P rotraxêre moras, nihil actum eſt, deniq; eorum
Q uæ fieri ſperare. etenim ſeſe inde putabant
E licere in planum Sueonesq; ac Gotthica poſſe
R obora: ſubſidio quæ ſi fortaſſe venirent
A rcibus, vna opera fortunam vtranque pericli-
t arier optabant, pariterq; aduertere, quo ſe
S uecia militiæ tantos proferret in vſus
I ngenio, & quantis committat viribus arma.
I lli autem ceſſare manu, concredere fatis
E uentum, & forti nimium confidere muro.
Q uod poſtquàm aduertit, ſummoſq; Duceſq; vocabat
R ex celer, ac tali venientes voce moratur.
F ruſtra equidem tempus terimuſq; ac ocia: non hac
S e vinci Suecus, neq; debellarier arte
D uxerit. hæc igitur faciamus miſſa, ſedendo
N il agitur. ridere equidem nos hoſtis: & illud
Q uo paueat, mentem potius firmauerit. acri
H æc iuga tormento mihi ſunt quatienda, viæq;
P er medios certè per ſaxa rigentia muros

Apperiendæ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A pperiendæ, vbi ſe procurſu miles aperto
A rcibus infundat, hoſtiq́ue hæc mœnia turbet.
I mpendendum aliquid fuerit fortaſſe: ſed illud
P oſſe redire etiam magno cum fœnore cernes.
D ixerat. actutum cuncti celerare. carinis
P ridiè erant tormenta aliquot perlata: quibus vis
M aior, & impulſu rigidiſſima pila volabant.
H æc alijs iungunt, capitur locus: omnis in vnum
M achina conſpirat. metitur circulus orbem
Q uà globus, & ſocio coëant fera fulgura pulſu.
I amq́ue adeò ſtabat diſpoſta in funera moles
E lsburgo minitata: ſono Philomela tonante,
E t Canis ore voment flammas, & cantibus aſper
T urdus, & immani Coluber truculentior igne:
Æ thneiq́ue alij fratres, quæ iusq́ue nefasq́ue
N on niſi tartareo diſpenſant monſtra fragore.
C um ſubitò immiſit violentum Sarius ignem
P artiturq́ue manu. leuis eſt quæ pruna calenti
M ateriæ motum ſubicit. poſtquam ergo nitentes
M achina corripuit numeroſo puluere flammas:
I ntus murmur alit, viresq́ue explorat: & vt ſe
M utua agunt, Sulphurq́ue ardens & plurima nitro
F rigora, nec pariter, nec in vna ſede morantur
I gnibus aucta: nouis diducta tumoribus amplo
C um ſpacio aſpirant, ſubito contraria motu
R obora diſtendunt, regnumq; euertere certant
C eu fit, diuerſis animi cum motibus ignem
I nduxêre, ſuisq́ue nihil neq; viribus addunt
P erſuaſos frænos, neq; ſe moderantur in ira.
S ulphura non aliter cum immiſſis ignibus ardent,
I ngentes nitro capiunt ceu robora vires,
D ilatantq̀ue loco fulmen: quo more neceſſe eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ut rumpi tormenta, globum aut propelliex: vt ſe
I n libertatem ſuccenſus vindicet ignis.
E rgo vbi nequicquam globus obſtat euntibus, ille
T anti hoſtis nihil arma ferens concedit: & vt ſe
L iberat impulſu foribusque propinquat, atroces
P ræcipitat curſus. ſonitu fragor aëra latè
I nduit, horribiles miſcentque tonitrua pulſus.
D ij tales Herebo peſtes genitore ſub auras
H as ferri ſiuêre, hominiq; vrgere pauores,
E t varia ingratæ cumulare pericula genti.
V t tamen immani ſeſe globus extulit igne,
A rreptos diro comprendit acumine muros
E t ferit. hîc magno produnt ſe vulnera lapſu
P præcipitique ruunt iam ſaxa agitata fragore.
C um primis fortuna vijs aſpirat: ijsdem
V rgeri Rex mandat. at hîc iterumque iterumq;
C um quatit, ac crebros iterat turba ænea cantus,
P erterebrare graues iam viſa eſt ſedula muros
P oſſe. vbi ſpem firmat latè experientia, nuſquam
C eſſat, & aſsiduo veniunt optata labore.
I amque dies medio progreſſa ruebat, onusque
T ormentis iterum ſolito pro more manuq;
I nijcit, atq; nouo conuaſſat murmura fartu:
C um ſimul inſtructum exonerat vir flammifer agmen,
A tque vno clangore tonat. non ſidera tales
E xcutiunt ſonitus, cum ſtructa Cyclopibus arma
E xpediunt miſeris, terrentque fragoribus vrbes.
T ela volant omnes hominum fallentia ſenſus,
E t prius impulſu ſternunt quàm lumine poſsis
P rendere: & immani ſubuertunt ſaxa ruina.
H îc iam ſeſe aliquo proferre foramen hiatu
N on magno: ſubitis cùm curſibus aduolat vnus

Ex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xillis Regemque adit, & de pace paciſci
I ſtos velle refert. placuêre oblata: dabatque
H is vitam, ac noſtris arx eſt inſcripta triumphis.
H ocprimum in Suecos iter eſt: quo plurima noſtris
I ndulſit fortuna, aditumque æquiſsima rebus
M onſtrauit. neque enim parui rem dixeris eſſe
M omenti, Sueones excludier æquore, quod ſe
O bijcit Heſperijs tam magna in commoda ripis.
E t res iſta quidem Supero eſt referenda parenti:
Q ui quæ magna velit noſtris accedere regnis
P rouidet, ac iuſta deſcribit lucra bilance.
Q uæ verò pòſt geſta vides, qua ſorte quibusue
I ngenijs ſint geſta, nihil nunc attinet omnes
E xigere ad numeros. equidem victoria nullo
P rima cruore ſtetit: quam cùm Rex eſſet adeptus
K oôſo arcem primùm ſeruandam tradidit. inde
C onſilio eſt res acta: quibus ſe exercitus oris
I nfundat: Sueonumne ſtatim petat impiger vrbes,
A tque hoſtile ſolum flamma populetur edaci:
E t medios inter victum paret enſe colonos?
Q uæ Regi viſa eſt ratio primùm optima. poſtquàm
C onſilijs actum eſt alijs, mox eſſe reſciſſa
I ſta priora ſinit. clamatur protinus, eſſe
D ilapſos anni curſus: hac laude quieſcant
P ræſenti: hybernis refouendum militem, & illa
I n Scanis potiora dari. mora nulla, referri
C aſtra iubent, cunctasque vias in Scanica verti
O ppida, quæ pingui præſtant obſonia diſco.
O Stirpem inuiſam ſuperis, odioque perhenni
P ectora digna: quibus ſuadere hæc triſtia curæ
I ngenioque fuit. perculſum cædibus hoſtem,
A nne relinquendum? ſpolijsne recentibus auctum

M ilitem, & optantem ſe opponier hoſtibus, eſſe
I mpediendum? aut quid iam hyberna obtendere: cũ nec
T empora magnoperè hæc poterant ſuaſiſſe videri,
N ec miles ſibi iuſta dari contenderit? aut cur
E manibus nunc ſit tanta hæc occaſio noſtris
A mittenda? equidem ſi quid pietatis & vſquam
I uſticiæ eſt: ſi quam ſuperique & Numina rebus
A duertunt noſtris ſub lumine vindice mentem:
I d reddant, quod quiſque ſua ſibi fraude mereri
Intereà poſſet, proprio dum publica lucro
P oſthabet, ac noſtris cumulat diſpendia regnis.
S anè equidem ſi tum progreſſus miles in ipſos
S eſe immiſiſſet Sueonumqúe ſub oppida Gotthos:
O mnia turbaſſet ſtudia & conanima duris
H oſtibus, & ſubitis perculſos motibus altè
P reſsiſſet. victum pleno tum copia cornu
H oſtibus ex ipſis tribuiſſet: pabula cunctis
I umentis poterant numero collecta fuiſſe
I ngenti, & rerum pro milite quicquid alendo
S ufficeret. contracta etenim iam meſſe redundant
H orrea frumentis: pecorum pars optima pingui
G rata tumet iam carne: hominumqúe recentia ſtabant
C orpora, non morbis nec triſti preſſa rigore,
N on afflicta ſiti aut grauibus perterrita curis,
R umorumqúe malis, laſsisúe obnoxia membris:
N on Scanas experta domos: triclinia multo
Q uà vincunt hyemem plenis fornacibus æſtu,
E t ſegnes plerunque animos ad grandia reddunt.
V t nihil & Sueonum promptiſsima pectora dicam,
Q uæ noſtris ſeſe iunxiſſent ſponte maniplis:
H uc mentem intenti, ne quid ceſſare cohortes
D anorum vellent: ſed protinùs arma calenti

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I n Sueticas ferrent animoqúe ac æſtubus vrbes:
F acturas vt fama fuit. ſed vertere poſtquam
C onſilium videre, domumqúe reducere nulla
A ffectam ſub clade manum integraſqúe phalanges:
I nde voluntatum facta inclinatio, noſtris
V lteriora etiam non addit pectora rebus.
E t noſtris infuſa quidem ſunt agmina terris,
A c Scanos redière lares, ditiſsima regna:
S ueci autem celeri graſſarier vndique motu,
E t noſtros populantur agros, Hallandica vaſtant
R ura palam, Fierosqúe premunt, atque ignibus inſtant
S uccenſis. Gens eſt Sueonum latiſsima magno
I mperio: cuî ſors vaſtos ſubtendere fines
I n Boream ac ſtrictis ſubiectum Aquilonibus orbem,
E t proferre dedit. cuî quanquam macra ferendis
F rugibus arua putes: (licet his Veſtgotthia nuſquam
M uneribus careat, læta cùm meſſe redundet
E t ſegetem largo congeſtam ceſpite condat.)
E x alijs tamen omnis habet prouentibus, vnde
M agnificè ſeſe extulerit, populosque mereri
E t retinere poteſt. pecorum ditiſsima, ferro
P ræcipuo, & niuei ſuperat bonitate metalli,
E t cupro, & diti maculoſæ tergore lyncis.
V tque etiam tenui veniant frumenta maniplo,
V icinos tamen hinc atque hinc habet omnibus auctos
P ræſidijs magnæ Cereris: Liuonica ſeu quis
A rua petet. ſeu Dantiſci fora ditia ſpectet,
A ut libeat Danos fœcundaq́; rura tueri.
E gregij mores hominum, atque affatibus vltro
H umanis: largiqúe manu, & virtute fideqúe
H oſpitibus ſumma & prompti communibus vti.
M undicies celebris, cultæqúe induſtria vitæ.

H i populis ritusq; hæc eſt natura. quietem
I nterdum quidam cum non turbare verentur,
I impellunt alios ſecumq; in triſtia voluunt,
S uadendo: quæ ſumma lues eſt gentibus illis.
N ec plura adijciam, quò toti linea bello
S it perducta, quibus pugnatum euentibus: aut quot
V el commiſſa mari ſunt prælia ſæua, vel acri
I nter vtrosque manu & terreſtri geſta iuuenta.
M ulta vtrinque quidem ſunt damna accepta, ſuisq;
M utua penſantur cumulatis cladibus arma.
P roh quantas vrbes, quanta oppida, quotq; colonum
R uſtica tecta domos, facibus ſubmiſſa dolebat
S uecia: Nobilium ſubuerti mœnia? templis
C ulmina deijcier? quotque omni accedere genti
F unera ſpectabat? nobis Gothlandia claſſem
A ffligi ſæua ſub tempeſtate videbat:
M axima quà accepta eſt clades: tot funera littus,
T ot ſtrages æquor, tot pertulit aura querelas.
H îc ſua Iohannes poſuit Laurentius æui
F ata, Ammiraldi perfunctus munere. at illi
I ohannes iunctus Trudſonius interit: ipſæ
D elitiæ rerum ac animæ pars plurima noſtræ.
M agna autem patriæ eſt extinctus clade: tametſi
P oſt fata eximio cumulatum nomen honore
I am gerat ac noſtros inter ſit fama Nepotes.
H unc iuxta Krauſus mortem Iaſparus obibat,
V ir bello eximius. Iuſto eſt ſua cauſa dolori,
Q uo tales tantosq; viros ditiſſima luget
D ania. præcipuè quòd tali morte ſoluti
I ntereant: vbi nec fructus, neque gloria facti
C onſtat, & hoſtili non viuat cæde piata.
H æc funeſta dies fuerit, ſemperqúe Nepoti

Deploranda.

D eploranda. niſi id minuat fortaſſe dolorem,
Q uod Superis clades veniat: qui qualia, quoúe
C onſilio, & quantis in corpora noſtra periclis
E xpediant, noſtris non æquant ſenſibus. vrbes
Q uot noſtras etiam vaſtatas vidimus? omni
P eccatur populo, & pœnas luit omnis. ineptè
A ttrahimus, quod poſt attractum ſæpè dolemus.
H îc certè egregij famaq́; ac Marte peribant
M ulti etiam: quos aut acies, aut ſubdolus enſis
A bſumpſit. peſtis quoſdam morbiq́; per omnes
G raſſati turmas valde afflixêre: pariq́;
N obilibus plebiq́; lues è lance pependit:
E t ruit hoſtili pars vtraque preſſa bipenne.
N ec facile eſt numero fortes complectier, hîc qui
O ccubuere. alios alius deſiderat. ipſe
C um bello hoc fratres habuiſſem quinque, ſequentes
M artis opus pugnaq́; fidem dextraſq́; probantes:
T res equidem amiſi. quorum qui tertius eſſet
I acobus: quòd Nortuagicis pars militet armis,
C hriſtiernoq́; operam Muncko daret, hîc vbi celſo
A ggershuſiacus ſe vertice murus in auras
T ollit: & abſumpta triſtes videt vrbe ruinas:
M ilitis egregij famam poſt funera victor
S eruat: & haud ficta laudem virtute tuetur.
C hriſtoferus ſedenim cum fluctibus interit, atra
P eſte Michael obit: qui cùm minor eſſet, honeſta
I ndole præſtabat promptaq́; in prælia dextra.
H os fatum abſumpſit. reliquos ſic ſeruat, vt illi
V tiliter patriæ poterint ſeruiſſe videri:
S i quid iudicio recti tribuatur: & eſſe
G ratia iuſta queat: meritiſúe æqualia reddas.
S anè equidem Inguardo concredita munera, fidum

Solertemq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S olertemq́; probant. Seuerinum ingentia rerum
S æpè pericla premunt, dum bello militat: & ſe
H oſtibus obiecit primosq́; irrumpit in enſes,
O fficio gratus, quo multis profuit. vnus
P enè etiam toto qui belli tempore durum
E xantlauit opus: nuſquamq́ue remiſſus honeſtæ
M ilitiæ fructum ventura è ſorte moratur.
S ed nihil iſta quidem vberius conſecter. amicos
Q uiſque ſuos charosq́; tuens è morte ſodales
E ſtimat: ac vero ſic functos tollit honore.
S olati intereà ſeſe: quòd fortiter armis
V ſi, haud ignaua ſubijſſent funera dextra:
S ed ſe pro patria, pro libertate pioq́ue
P ro Rege in varios caſuſq́ue auſusq́; ferentes
V incendo claræ tribuiſſent corpora morti.
M aturè ſed enim bello ceſſere relicto
Q ui primi aduenêre: acresq́ue in prælia turmas
A ttulerant. abitus cauſam haud inquiro: reditq́ue
R es tandem huc, minimo ſiet vt commiſſa. (volebant
H unc ſiquidem minimum ſemper cenſerier: vni
C uî multum inuidiæ conſlatum eſt deniq́;, quod ſe
P ro patria promptum ſpretis præſtare periclis.)
H uic igitur poſtquam fuerit res credita, valde
I lla quidem lætis progreſſa eſt curſibus. eius
S it Falckenbergum fortunæ teſtis: honeſto
Q uà Sueonum turmas conflictu Dania ſtrauit:
E xiguaq́ue manu cumulatos obterit enſes.
T um verò ingreſſum regni in penetralia vidit
S uecia Rantzouium: verſantem prælia vidit,
E t facibus ſternentem vrbes: hoſtesq́ue vocantem
V idit, & in medio tentoria figere regno.
H eu quantum patitur tum cladis Suecia. nollem

VVadſtenum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

VV adſtenum perijſſe: niſi id fortaſſe Deorum
C onſilio factum ſtatuas: qui Idola ſequente
S ubuertunt pœna, iuſteq́; piamina reddunt.
A &c huc læta viro ſunt vſque pericula. ſed quid
I ntereà fatis, cœlo quid denique viſum
D ecretumq́; fuit? VVardburgi mœnia caſtri
D um quatit, ac fractis recipit loca ſaxea Gotthis,
M ilitibus cum iuſſa dabat, cunctisq́; miniſtrat
S edulus, & nullo parcit ſibi munere, nuſquam
T erritus: oppoſita ſe vt munit rupe, volanti
Q uò metam plagasq́; globo & data vulnera muris
O bſeruet: paulò citius cum aſpectat, ab hoſte
E miſſo vulnus telo capit. incidit iſtud
I n frontem: mediumq́; caput tanto impete rumpit,
V t faciem abſtulerit vitamq́; infuderit auris.
S ic Daniel magno genitusq́; auctusq́; parente
G otſelio, & priſcis maiorum clarus ab armis
R antzouius, proprijs iam factis maximus, æuo
I mpoſuit finem: ſtudiumq́; fidemq́; profuſo
(Ne minor euentu fuerit quoque) ſanguine firmat.
P lanè autem vir erat non tantùm nobilis alta
P rogenie, ſed enim virtute excelluit. omnes
D octrinæ numeros cùm perfeciſſet, honeſto
D octrinas habuitq́; loco doctosq́; fouebat,
I ngenio certans & vinci neſcius: armis
F œlix, conſilijs celer & fortiſſimus auſu:
N il temere affectans & charus militi: vt in quem
P ræcipuè largus fuerit, nummisq́; fideq́;
I uuerit, ac forti communia triſtia ſenſu
P ertulerit. Sed enim Patriam complexus obibat
P ro Patria: & mortem virtusq́; ac fama coronat.
N ec ſolùm hunc nobis arx abſtulit illa: valentem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſilijsq́ manuq́ virum cum læſit, ijsdem
S ortibus implicuit Franciſcum gente vetuſta
B rockenhuſorum: cuî cum res magna premebat
E gregios humeros, & honor commiſſus haberet
P ro patria ſibi deuinctum: nihil ille ſaluti
P ræpoſuit patriæ. ſed cùm fortiſſimus eſſet
H eros, audaci & præſtaret ad omnia dextra,
Q uæ ſibi conſilijs priùs explorata fuiſſent:
E t magnas res geſſit, & hîc cum forſitan eſſet
G eſturus maiora, pedem traiectus acerbum
S ed labris minimum vulnus ſtans accipit, illo
F atali certè quo pòſt extinctus honeſtè
V ita abijt, recreatq́ ſuos hac laude minores.
Q uin ponto res geſta virumq́ & plurima noſtris
P ræſidia infregit: quo non præſtantior alter
I ntulit æquoreis animumq́ ac pectora regnis.
N ec nunc ad viuum reſeco, quibus ille modisúe
C onſilijsúe manus ſubmiſerit hoſtibus: vt qui
A duerſas paulò ante rates partimq́ fugarit
P artim accedentes depreſſerit: isq́ ſubactas
I am puppes ſibi quinque grauesq́ altasq́ ſimulq́
V iribus exutas, vinclisq́ ac nexibus acri
H ærentes coruo & conſtrictam harpagine claſſem
O ccupet, ac multo iam victor in æquore regnet:
M iſſa quidem hæc faciam. ſanè id mihi dicere fas ſit
E t libeat: magnos Ottonem ad prælia motus
I ngentesq́ animi vires & prima tuliſſe
R obora. non illum fruſtra terrere Catelli,
N on Elephas, ſi quis ſupereſſet fluctibus alter,
N on ſtolidiúe Boues, aut Finnica roſtra: ſed illum
A bductum tamen & ſpoliatum puppibus eſſe
C onquerimur. non hunc animus non cura reliquit,

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ed fractæ pugna vires, quando omnibus vnus
F ruſtra obſtat, numeris ceſſere ingentibus. illa
P erpetuis virtus ſcribatur honoribus. & ſe
R hudorum ſoboles, quæcunque Ottone parente
A d ſeros veniat non interrupta Nepotes:
H oc equidem ſpeculo contendat ad ardua, ne quid
I ndignum ſeſe admittat: partamq́; priori
E ſeclo laudem factis onerarit acerbis.
I lle fugam nullo terrore amplexus honeſti
N ominis æterna famam virtute tuetur,
I n Sueones quanquam abductus: qui multa priusquam
A bijerit lato cumulari funera ponto
E t dedit, & ſubito Niclaum ardeſcere Trollum
A ſpicit igne, grauesq́; inter ſubſidere fluctus
P ræſtantem virtute virum: quem dextra fidesq́;
E xtulit, ac vero moriturum ornabat honore.
I lle igitur ponto merſus decedit: at Otto
D ucitur in Suecos: habitusq́; eſt optimè, Erico
V alde etiam charus: qui cum laudare ſolebat
M axima, præcipuis Ottonem vocibus ornat.
P òſt autem in Suecis Otto cùm mortuus eſſet,
T ranſlatum demum eſt Hafnenſem funus in vrbem
M andatumq́; ſolo: ſummam quà celſus in ædem
P roſpectat Chorus, & Boreum ſe pandit in orbem.
A tque hij ſummi equidem patria pro laude ſubibant
F ata viri. Sueones partim occubuêre cruentis
I nterdum pugnis: partim adducuntur in vrbes
H as noſtras, lauteq́; habiti ſeruantur in illis.
E t primos inter Iacobus: maxima pridem
C redita cuî Baggo fuerat Magloſa recenti
B ellorum inijcio: quæ deflagrando ſubibat
Æ quoreas depreſſa domos, Neptunia regna:

L udentesq́ videt circum latera infima piſces.
M ox etiam è Gallis, habuit nam Suecia multos,
C laudius, immiſſo faciles qui milite terret
N ortuagios, lateq́ furit: Nidroſia quà ſe
P orrigit aërios inter longiſſima montes.
C arolus hinc, tum Pontus. in his fuit omnibus vnus
C arolus haud tantùm ſupremi muneris vſu
I nduperator, at egregio tum pectore præſtans
C onſilijsq́ vafer: qui hoſtem vel fallere, multis
F ruſtrare inſidijs: vel Marte laceſſere, pungna
C ongredier, duroſq́ manu tentare labores.
V ir multa certè experientia, & inſuper omni
D octrina cultus: qui rerum pondera latè
P enſare, & ſtudijs rectiſſima prendere poſſet.
E Suecis ſedenim ſeſe Hogenskildius arci
I ntulit Hafnenſi. venit Iacobus & alter
H enrico patre natus. at omnes magna gerebant
M unera, & officijs bellum excellentibus ornant.
H is ſunt multi etiam iuncti: ceu geſta viceſq́
R erum multiplices & ſplendida facta ſequuntur:
Q uæ ſileo, aut alijs poſt me dicenda relinquo.

Huc usq; de bello septennali inter Daniam et Sueciam.

I ntereà ſedenim dum Rex externa miniſtrans
P romouet arma, ſuos Hafnenſi cautus in arce
O rdinat: ingenio quorum & virtutibus omne
M omentum rebus regniq́ negocia poſſent
A ſſerier. qui quæ Patrijs ſtipendia bellis,
A pophora, & certis ſint vectigalia rebus,
C ontrahere, ac numeris ſatagant apponere: lites
T ollere, & è iuſta moderari commoda lance.
D enique qui externis quæ maxima gentibus eſſent
O fficia impendant: ne quæ diſſentio ciues
A tterat, aut faciles turbarint damna colonos.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Hanc præter reliquos operamq; fidemq; ſubibant
Præſtabantq; etiam, Petrus: cuî plurimus Oxo
Et labor & curæ rerum in momenta ſagaci
Prudentiq; fuit. primus qui penè redegit
Ad metas certas certa ad compendia bellum,
Omnia proſpiciens, diſquirens: improba multis
Acta auſusq; graui preſſantia vulnere ſtringens:
Dum turmas numero, & viuis ſtipendia adæquat.
Quo certè patriam officio Regemq; Colonosq;
Aſſerit, ac varijs præſcindit fraudibus anſas.
FRiſius huîc monitis & honeſto iunctus ab vſu
Communem iutare operam, rectumq; tueri
Aſsiduus. quo non cenſura maior & æquo
Iudicio quiſquam multos fuit inter. ab hiſce
Tertius eximio præſtabat acumine Biorno
Andreas, ætate minor ſed plurimus alti
Ingenij ſtudijs: cuî res mandata parato
Solertiq; animo perfecta eſt deniq;. ne quid
Ottonem memorem Krumporum ſtemma: piumq;
Birgerum è Trollis: quorum eſt virtutibus actum,
Vt tranquilla domi fuerit Reſpublica. ſanè,
Et paci & lucro manus hæc commiſſa tuetur.
Dum verò in Suecos exercitus acer honeſto
Fulminat euentu, gladijsq; retundere multos
Elatosq; animos quorundam & pectora certat:
Diuerſis mentem ſtudijs adiungere Danus
Atq; aliud moliri animo. circumſpicit vnde
Relligioni etiam proſit: quo Eccleſia lucro
Creuerit, ac cunctis ſtipendia iuſta miniſtris
Accedant. primùm res eſt perfecta Lyceo
Hafnenſi: cuî ſic ſtudiorum Magnus aſylo
Proſpexit, ne quæ venturis inclyta ſeclis

P ræſidia his deſint, ſacris qui pectora Muſis
E xcolere, & pretium cupiant hac laude mereri.
I nde Scholis ſimili mox lege minoribus addit
M unificasq́ manus, inopemq́ è clade iuuentam
A ſſerit, ac grato fouet hæc conamina victu.
T andem Paſtorum reditusq́ explorat, & vt quem
F orſan egere videt, tenuiq́ exiſtere ſorte:
S ic huius rationem habuit: prouentibus auget,
C onfirmatq́. nihil ceſſatum eſt deniq́, quo res
Q uæ pietati addat tanta incrementa, per omnes
C onſiſtat numeros, vitamq́ docentibus ornet.
I ntereà in Danis hæc dum FRIDERICVS agebat:
S uecia diuerſo triſtem molimine Scenam
I nſtruit. haud ego nunc quæ ſunt ita geſta bilance
D iſcutio pendente: æquoné id iure peractum
E t ſiet, & quali cenſeri nomine factum
D ebeat: è veteri cùm conſuetudine penè
H uc fluere, & priſco maiorum more videri
E natumq́ auctumq́ queat: qui ſæua capiſtris
O ra Tyrannorum ſibi ſic ſtringenda putarint:
V t ſi conſilijs non ſit locus: aut ſibi multo
I nſidias terrore ſtrui, minuiq́ viderent
L ibertatem: equidem è medio tollenda probarint
I mpia iura: aliquaq́ Duces ratione mouendos
O fficio: vt demum compoſita pace fruantur
L egibus, atq́ metu ſublato regna quieſcant.
E rgo vbi conſilijs actum eſt nihil: inq́ profundum
R es viſa eſt ſpectare: aliquotq́ in funera magni
N ominis, idq́ manu propria miſiſſet Ericus:
S uantonemq́ etiam priſco de ſanguine clarum
E ximiumq́ virum iugulaſſet: cuius & vnum
E natis ſimili transfoſſum cæde necarat:

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t metus in reliquos peruaſerit, eſſe Tyrannum
T riſtibus accenſum bellorum euentibus, omni
R e conaturum vindictæ expoſcere quotquot
V el minimis tantùm ſuſpectos rebus haberet:
I ndeq; nil cuîquam tutum fore. deniq; cùm ſe,
C umq; ſuos crebro vaſtarier igne viderent:
A ffligiq; manu hoſtili & ſubſidere regnum:
P ræcipuos ſterni, vel certè abducier: eſſe
I n Danis animum qui pacem admittat, eiq;
O mnia concedat, bellumq; in fœdera mutet.
I amq; adeò tentata nihil valuiſſe, fideq;
H audita magna etiam conſultum rebus: & vnum
O bſtare his Regem, minus vt pulcherrima tantis
D iſſidijs ſit meta, vetusq; in regna reuerti
A tq; inter poßit ſtatui concordia gentes:
I dq; adeò mage conſilijs ſuaſuq; manuq;
Q uorundam, qui magnum alieno è ſanguine nomen
E t ſibi lucra parant, Regemq; impellere duris
C onſilijs, motumq; animis ſubuoluere certant:
Q uàm iuſto fieri arbitrio propiaue Tyranni
N atura. his igitur conſultant moribus eſſe
F inem aliquem quacunque via, quocunque periclo
P onendum, & ſanctæ iacienda exordia paci.
E t quoniam gemini tam triſtia vulnera fratres
I mmenſumq; chaos funeſtaq; ſemina belli
I ampridem exoſi fuerant, cuperentq; reuerti
E gregiam regno faciem, qua iusq; piumq;
E t patrijs tutela bonis conſiſtere poſſet:
I ohannes rebus iam conſulturus inibat
C onſilium, non quo Regem ſubuerteret: aſt quod
I mproba gnatonum capita & funeſta malorum
F acta domet: Regiq; adeò ſubduceret iſtud

Eumeni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E umenidum genus, & ſceleratam exſcindere gentem
P oſſet. is vt robur cum fratre coëgerat vrbem
H olmenſem celeri tum milite cingit, Ericus
Q uo tum fortè loco media inter tela moratur.
T erritus aduentu Rex eſt: ſed abeſſe timorem
I ohannes iubet: hunc dedat, qui regna viroſq;
T eq; adeò Regem turbare Georgius audet.
A t poſtquàm ſe Rex facturum id pernegat, vrbem
O bſidione premunt. cumq; huc nunc arma tuliſſent,
A tq; alia Regem quàm optabant mente futurum
D eprendunt: equidem tutò ſibi nulla putabant
E ſſe relinquenda. hac cùm pridem ſorte fuiſſet
I ohannes monitus, duro ſe fratre Tyranno
V tier, ac tenui ſibi iuncta ea pectora filo.
L ongæ equidem ambages ſunt & latiſsima rerum
C opia: at huc ventum tandem eſt prodentibus vrbem
C iuibus, vt captus Rex ſit, qua luce Calendas
O ctober, geminum poſt Solem adduxerit orbi.
A ſtabat verò ſacris Rex ipſe dabatq;
H is operam: cum perculſus rumoribus audit
C aptam vrbem, ſubitoq; egreſſus templa relinquit
V icinamq; petit properatis curſibus arcem.
A st excedentem Steno Ericius occupat, acri
V ectus equo, bombarda etiam ceu fata minatus:
N i ſeſe tradat victusq; in vincla ſequatur.
E t Rex ipſe quidem miſerè eſt ita captus: at alter
M ilitis egregij medium transfixus ad inguen
O ccubuitq; manu factumq; in cæde piabat:
S eruatus, ne non eſſet qui perdere Regem
P oſſet, & in patrios crimen cumulare Tyrannos.
Q uin etiam extractus paulò ante Georgius iſte
C onſiliorum author, quæ Regem perdere, magnis

Supplicijs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S upplicijs perijt. Iohanni deînde Corona
T radita communi eſt Procerum ſententia: vt is rem
P erficiat, placetq; hoſtem pacemq; reducat
S edulus, & veteri regnum ſub iure gubernet.
F aſcibus ornatum ſeſe vt videt, ocyus omnem
H uc animi curam, magna ad compendia vertit
V t pacem regnis firmet. quapropter Ericum
P rincipiò ablegat Finnorum in caſtra. deinde
C um Dano pepigit, Stetinum vt deniq; mittant
L egatos: rerum qui molem expendere, pacem
C onari, & populos ad pacta reducere poſſent.
S tetinum verò cunctis placuiſſe: quòd vrbs ſit
O pportuna loco, & rerum vbertate bonoq;
M ultiplici præſtans: quò acceſſus gentibus eſſe
P erfacilis queat, hoſpitijsq; excellat honeſtis.
H uc igitur poſtquàm Legati accedere, multis
R es eſt acta vijs. Cæſar, Regesq; Ducesq;
S eſe interponunt. pòſt rerum examina tandem
P ax coit, ac longo requies eſt parta labori.
A noſtris autem miſsi acceſſere, modeſti
C onſilijsq; graues: quibus experientia longo
I udicium ex vſu ſic confirmarat, vt eſſe
N il melius regnis populo nil dignius æqua
P ace putent. Igitur totos ſe huc ferre, reducant
V t lucem varijs afflictam penè tenebris:
F œderibusq; animos & pace palatia firment.
H uc Petrus veteres inter qui maximus vnus
B ildones ſuperat, primos inferre laborum
C onatus: cumq; hunc rerumq; animiq; facultas
E xtulerit, patriam magnis complectier auſis,
P ublicaq; haud tenui meditatur lucra bilance.
H uic parilem ſeſe præſtare Georgius; is qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E Rooſenkrantzis tanta cum laude ſecutus
M uſarum caſtra eſt, tantoq́; & acumine cunctis
S e diſciplinis, & honeſtis artibus ornat,
V t verè hunc doctum potes affirmare: cui ſe
E t Muſæ & virtus æquato fœdere iungunt.
N on illum longiúe dies varijúe labores
S ic fregêre, vmbras tantùm vt captaſſe videri
E ſtudijs poßit. res aurea pectora maior
O ccupat, ac medijs infert perducta medullis:
C onfirmatq́; vſu clariſq́; euentibus auget.
H unc ergo excultum rerum ad faſtigia Muſæ
V exerunt, primiſq́; dabant conſiſtere gratum
O rdinibus, magnoq́; locum ſplendore tueri.
Q uin grauitas, dictiſq́; fides, & plurima verbis
T emperies, rectiq́; amor, & coniuncta deorum
R elligio, meritis ornatum floribus inter
S idera celſa locant. Heroum eſt iuſta tueri,
I ndulſiſſe animum miſeris, lenire furentes
P ectoribus flammas, iræq́; inferre rudentes,
N e ſuperent. Igitur cùm laude Georgius eſſet
H ac verè clarus, ſtudium huc adhibebat, & omni
O fficio ſanctæ promouit commoda paci,
N il ſubterfugiens. vnà venêre pari tum
E numero, Holtzaticis acciti è partibus: alter
H enricus, priſca qui natus origine magnos
R antzouius ſpectabat auos: quorum æmulus acres
P ro Danis animos & pectora fida gerebat,
A rtibus inſtructus multis, & diuite rerum
P rouentu fœlix. alter, Ciuila quem cùm
I pſi etiam Superi docuiſſent iura, iubebant
I uſtitiæ partes & honeſti pacta tueri.
I lle eſt ingenio multos qui vicit: & hos vt

Vicerat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V icerat adnixus, perfecto præmia curſu
H inckius ampla tulit, nulli ſiue arte ſecundus
S iue animi ſtudijs. cui cum non ſyrmate longum
I nuehitur genus, ipſe genus ſibi firmus & amplos
I ntereà peperit virtute adiutus honores.
H is magni cuſtos Secreti eſt additus vnus
E Kooſis, Niclaus: auosq; atauosq; vetuſta
E ſtirpe adnumerans: qui quanquam ætate fuiſſet
O mnibus hiſce minor, ſtudijs tamen omnibus vlli
V ix poſtponendus multam præſtare labori
T ollendo partem, rebusq; infundere lucem.
I lle etenim Hiſtorias veterisq; volumina mundi
P lurima cùm ſciret, clauſam rem carcere primis
E duxit curis, quæq; haud ſpectata fuiſſent
H îc primus, in lucem iuſſit producta videri.
I lli igitur noſtris Stetinum è gentibus vrbem
A dierant. Sedenim à Suecis venêre profecti
C ancellarius, atq; Georgius ille, vetuſtis
M aiorum titulis & honeſto maximus alti
I ngenij cultu, Gerorum fama: cui nil
A d dotes animi poterat natura videri
S ubduxiſſe viro: tanta eſt conſtantia, tanti
A d rectum monitus. venit Benedictus & ille
E Gylthis prognatus auis, iuſtiſsima proles
P roſapiæ veteris: pluresq; adiêre: quibus res
O mnibus vna fuit, ſedatis pectora bellis
I ungere: & excuſſas reuocare in fœdera mentes.
H is miſsi Auſonio Legati à Cæſare, magni
I lluſtresq; viri: tum miſsi à Regibus, atq;
P rincipe ab Auguſto, præſtantes deniq;, cunctam
S ic conferre operam: vt cùm vltrò citroq; fuiſſet
R es perpenſa, modus ſit tandem inuentus honeſtæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P aci, qua rurſus coëant in fœdera regna,
E t ſua turbatæ redeat Concordia genti.
P ræcipuam impendit curam Danzæus, & omnes
A dmouit cuneos, ne res ceu ſæpè, reſciſſo
E xcidat euentu: fruſtraq; & adiſſe labores,
T ot Procerum ſit viſa manus: qui prælia tolli
E t pacem cupiant regna in vicina reuerti,
O rare vt conſtent ſolido conamina fructu:
E t ſiet vtiliter tractatio cepta: ſuoq;
Q uiſque etiam referat quæ ſunt optanda Tyranno.
N il ſe priuato moliri nomine. quanquam
H oſpitibus, qui me tot iam labentibus annis
E xcipiunt, inquit, ſi quid ſtuduiſſe videbor,
P ropterea officium non deſeram. in omnibus iſtud
C onuentis agier fas ſit: quò publica multis
V tilitas conſtet: neq; ſe pars vlla queratur
F raudibus euerſam. quò me non duxerit aut res,
A ut honor. Illius velut huius maxima gentis
C ommoda complectar, quantumq; ad maxima vtriq;
C onniti liceat, tantum connitar. id vnum
E xorem patiantur, vt haud compendia tantum
H æc animis verſent: quæ ſe priuata putarit
Q uiſque ſequi, & lucro proprijs aduoluere poſſe.
S ed multò potiùs diſpendia publica ſpectet,
Q uæ populis, quæ multa locis, quæ maxima regnis
I nfando hoc pridem ſtatuat conſurgere bello.
N e quid amicitias multorum infringier: & quæ
P ræcipuè decuit ſeruari, fœdera dicam
T ollier. haud igitur fruſtra patiantur in vrbem
H anc veniſſe, tot eximios vſuq; animiſq;
E t pietate viros. incendia publica, ſi quid
E t Deus & fortuna velit, ſublata quieſcant:

Noſtraq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N oſtraq; venturis Legatio, ſancta feratur.
S ic breuiter Danzæus. erat vir is optimus: & qui
H enrico pridem Gallorum à Rege potenti
C hriſtiâno miſſus noſtras Orator in vrbes
V enerat, ac multa cum Danis luce moratur.
H uîc Muſas, toto quicquid de Helicone propinant,
I ndulſiſſe ferunt: ſtudijs ornaſſe, beatis
I ngenium pinxiſſe notis, & pectora cultu
F irmaſſe. ipſe vſum rerum, varijq; laboris
A ddiderat. ſentire & idem, quòd dicere: nulli
I nuiſus, cunctis affabilis, ore benignus
P ræl argusq; manu: doctrinis maximus, & quod
P ræcipuè laudes humano nobilis vſu.
C arolus his igitur cùm moribus eſſet, auebat
C eu reliqui, ſciſſas reuocare ad priſtina gentes
O fficia, ac veris aſtringere nexibus vrbes.
N ec minus ille quidem, quàm dixerat, efficit. indè
C oniungunt animos omnes, pacemq; probarunt.
S ic cùm duraſſent ſeptem fera bella per annos,
C eu ſanè inijcio prædici audiuimus, hac tum
L uce quidem primùm penitus ſublata quierunt.
N oſtri autem redière: at pax vulgata ſalutem
L æticiamq; viris peperit. exercitus omnis
D imiſſus. data militibus ſtipendia, ſic vt
N emo operam fruſtra poſuiſſe hîc iure queratur.
C um verò à Falſtris redijt FRIDERICVS, & æquam
A dferret ſecum cæleſtia munera pacem:
K oôagij clauſit ſupremam Friſius horam
D ecedens, ſimili quo vixerat anteà motu,
E t placido & molli. quem cum iam linquere vires
C epêre, arrectis teſtatur in æthera palmis
S eſe animam Chriſto, ſe corpora vermibus eſcam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T radere . ſolari aſtantes , iuſſosq́ valere
D eſeruit . funus perlatum eſt Haſniam : ibiq́
I llatum tumulo , ſumma quà ſummus in æde
N unc iacet , ac rerum conuerſa volumina cernit.

C. ERASMI MICHA-ELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER VII.

HAEC tibi: maiorum fuerint quæ fata, quibusq́
Præcipui gradibus, quo demũ ex ordine fortes
Admouere manus operi regnumq́ gerebant:
Tum qua ſorte etiam medijs in curſibus æuo
Clauſiſſentq́ dies, artusq́ inferre ſepulchris:
P oſtremò quibus ipſe vijs, quo denique fato
V iceris obiectos humeris FRIDERICE labores,
F ortunamq́ tuo parere coëgeris enſi:
S ic narrata fient. nunc quæ tibi cura relata
P ace animum primis incendit motibus: & quæ
Q uod reliquum ætati eſt captas exordia, dicam.
N ulla autem illuſtrat Regem victoria: qui cùm
V icerit externos, non ſe quoque vincat. ad illud
P ræſidijs vti peregrinis poſſiet: aſt hîc
I pſe ſibi laudis pars eſt vel ſumma, vel iſti

Proxima.

P roxima. nil firmant externa palatia regnum,
S i patrium ſtrauit fortuna domeſtica regnum.
E t res digna Deo eſt opera connitier, vt non
T am ſæuo vincas hoſtilia mœnia bello:
Q uàm ſtudeas animo moderari affectibus. eſſe
F œlicem dant fata virum, qui pectora frænis
I pſe inijcit: ne pòſt alieno fræna coactus
P erferat arbitrio. nec ſic ſatis eſſe putabis,
Q uòd damnes alios: ni te damnaueris ipſum
V nà etiam. & quod non alios feciſſe probares,
I n te ipſo carpas, nec poſſe licere putaris.
P rima ſalus regno eſt, Regem pulcherrima vitæ
S eu documenta ſequi, ſeu non diuerſa tueri.
Q uæ contra fieri videas, ſubuertere regnum
P oſſe prophana putes. Itaque haud externa dolorem
I ncutiunt tantum cum ſunt aduerſa: ſecundam
L æticiam quantum cumulare domeſtica: ſi te
N on etiam accuſant violato corda Tonante.
A t ſua ſunt cunctis velut infortunia. nec te
P rofiteare hominem, ſi nil humani & acerbæ
I nterdum ſortis, varijq́ in vulnera caſus
E xperiere: palam ſeu te fortuna dolentem
L uſerit, ac multo cumulet tibi triſtia riſu.
S eu tacitis animi preſſet cruciatibus: & cùm
A ffligat, triſti cingat præcordia luctu.
V nica ſed medicina malo eſt, confidere Chriſto,
L axatasq́ animi curas reuocare: ſacriſq́
N itier officijs, virtutum caſtra tueri.
Intereà ſi quid fati patiare moleſti,
S i quæ aduerſa feras quacunque è ſorte, ferenda
F ortiter iſta putes. ſolidam patientia mentem
I nſtruat, ac recti ſtudio tibi pectora firmet,

N e quid deficias: neúe inconceſſa ſequare
P ræſidia, vt victor luctari ad proſpera poßis.
C ætera perficient verò tibi Numina fructu:
E t quo non ſperas educent fonte ſalutem.
E rgò vbi cuncta foris pacata videre: ferebat
H uc primis animum curis FRIDERICVS, *vt eſſe*
N unc tandem veteri maiorum è laude Maritus
P oſſet: & adducta fœlicem coniuge lectum
R eddere. Sollicito ſed enim noua funera rurſus
P erturbant animum, ſtudijq; operisq; retardant
S uſcepti curſus. nam nunc obijſſe ferebat
F ama etiam Matrem. Quæ res obiecit honeſtæ
P rima voluntati remoram, lætosq; retardat
P ropoſiti greſſus: ne quod FRIDERICVS *agendum*
I am decreuiſſet, celeri conamine poſſet
P erficere. huc igitur curas iam vertit, & omnem
M aturare operam: quò Matri funus honore
P ræcipuo fieret. quanquam non protinus illam
I uſſerit inferri tumulo: quam aliquando Marito
I ungendam ſtatuit tranſlato corpore. nec res
H æc ſuſpenſa diu eſt. bis ſex Regina per annos
D orothea in viduo complêrat tempora lecto,
S ubdita corda Deo, & vitam complexa beatis
S pectandam ſtudijs: vbi ſe pietasq; fidesq;
E t virtus triplici pendunt ceu fœdere: cum nunc
S acra miniſterio templisq; ſalaria curat:
N unc ſe pauperibus largamq; æquamq;: ſcholisq;
P ræcipuè facilem probat, ac ſe ſuſcitat vltrò
O fficijs. nunc nuptum etiam caſtasq; puellas,
D eſertasq; nurus tradit: miſerosúe colonos
A ſſerit, ac multo quæ publica promouet vſu.
H is verò gratam cum ſe iam moribus eſſe

Acce-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A cceptamq́ dedit, mulier: cuî maximus orbis
N on multas vel habere pares, vel pandere poſsit:
V t Sönderburgum properans veniſſet in arcem
P rotinus infeſto tentari pectora morbo
S entijt, ac medijs virus ſe inferre medullis.
P ercepta nihil eſt re territa: at omnibus hîc ſe
O bſequijs, cunctisq́ modis accingere: ne quæ
H inc decedentem turbare piacula: ne quod
V lciſci factum, mentemue laceſſere poſſet.
C umq́ ita nil ceſſans vltrò ſibi funera poſcit,
S olaturq́ alios, Sobolemq́ aſtringit Olympi
I uſsibus: & paci, gnato quam Numina Regi
I am conceſſerunt, animisq́ ac pectore toto
P laudit, & vt firmis ſit certa euentibus orat:
O buerſis cœlo manibus ſpectansq́ Tonantem
D eficit, ac animam ſuperos tranſmittit in orbes.
S ic abijt Regina: ſacræ quam filius ædi
R ex cum fratre iubent inferrier: illa quietem
Q uo defuncta loco tantiſper captet, in vrbem
D um Roſchildenſem veniat tranſlata, Marito
E t comes, atque vno ſemper pars proxima buſto.
P oſtquàm materno iuſtas à funere curas
R ex reuocat, primis iterum ſeſe ignibus infert,
C oniugioq́ animum aduertit: precibusq́ Tonanti
E xpoſitis, vigili circumſpicit vndique mente,
E t ſibi rem magnis reputat rationibus. Eſt quo
S eſe etiam vulgus nonnunquam more fatigat
S olerteſq́ adhibet tanta in conamina ſenſus,
D um ducenda ſiet, quæ præſit in ædibus vxor:
H umaniq́ adeò & diuini iuris haberi
P ars velit, ac toti præſtet commercia vitæ.
Q uid Regem vetet haud cæco rem lumine tantam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M oliri: vt vera ratione exquirat honeſto
C oniugio ſociam, quæ non tam moribus vxor
P riuatis ſiet, ac vni deuincta marito
D etineat faciles blando poppyſmate vultus:
Q uàm ſtudijs nitatur, vt omni publica regno
C ommoda promoueat: grauioribus auferat iris
F lammatos animos: & quæ ſunt mollia Regi
S uadeat offenſo: miſeris patrona colonis
E xtet, & haud dubio pietatem corde ſequatur?
H oc genus vxorum ſanè eſt aut rarius, aut non
I nuentu facile: alterius, cùm proxima quæque
P roſtet, & oſtenſis veniat non dura tabellis.
F allere, mentiri, rixas proferre, ſuperbos
I nuiſosq́; dijs hominiq́; obtrudere mores
S tulticiasq́; ſequi, fictæ cita robora famæ
S ubijcere, & moto flammas cumulare marito:
H oc maria vltra equidem genus haud tibi cuncta putabis
Q uærendum. medijs liceat tibi gentibus iſtud
P rendere, & in minimis pars eſt ea maxima turbis.
A t Regum vxores non ſic decet eſſe: ſalutem
Q uas regnis adferre putes, ſi pectore caſtæ,
S i faciles animis, ſi grato èx ore modeſtæ
V eracesq́; ſient: habituq́; vtantur honeſto
E t ſpirante modum, quem virtus regia poſſit
C ommendare bonis, vſumq́; èx laude mereri.
Q uin aliqua excellat Nemeſi quoque: ne quid inultum
P urpura deſignet, quo priſci gloria regni
S tulticijs fœdata ruat. ſit caſta puellis
M atronæq́; graui nuribusq́; licentia noſtris.
H ic igitur rara cùm creſcat in arbore fructus,
D ifficilemq́; habeat prima in veſtigia greſſum:
Q uis vitio vertat, toto ſi lumine Reges,

Si

S i numeris totis, & toto denique ſenſu
E xquirant, ſua quo patiantur colla capiſtro
S tringier, ac tantæ ſibi Maieſtatis alumnam
C onſortemq́; dari? Res eſt quæ publica Reges
O bligat. Hæc regum ſalua eſt virtutibus. at ſi
I mproba rem coniunx, & honeſti neſcia turbat:
I am Regum virtus iam regno eſt gloria damno.
A ſpice quid Tullo, vetus eſt narratio, Regi
A ccidit Auſonidum. ſed enim mihi vela ſinusq́;
C ontraham, & è breuibus quæ ſunt præſentia, narrem.
E rgò vbi multiplici FRIDERICVS *acumine mentem*
L atè agit, ac varijs animum rationibus implet:
V nica Frotonis conſtringit regula magnos
P ectoris impulſus. & cum ſe multa ſequendo
P enè fatigat, ab hoc demum monitore quietem
C onſilijsq́; animisq́; trahit: ſibi pectora firmat,
E t latè effuſos reuocat ſub vincula ſenſus.
F roto rogatus enim qua demum è gente Maritam
R ex ſibi conſciſcat: facto vt lætetur. ab illa
S i ſibi gente petat, dixit, quæ proxima regnis
A ccolit, ac patrio haud incognita diſtat ab orbe
L ongius. Et certè rectè id dixiſſe Monarcham
C enſeo Frotonem. quid enim res profuit, inde
E xtremis à Pæonibus Fluuioq́; Tibiſco
V xorem adduxiſſe? procul ſemota, nec eſſe
E xplorata queunt: nec te, ſi fortè requiras
P ræſidia vlla, iuuant. prius huc quàm tela manusúe
D etulerint, iam tu ſubuerſus ab hoſte peribas,
I ncertamq́; potes tibi ſpem ſtatuiſſe videri.
Q uin quas interdum clades, quæ ſæua relictæ
A motæq́; ſuis patiantur probra puellæ,
E xemplis notum eſt, quid regis Filia Galli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nterea̓ patitur, laribus dum auulſa paternis
I n Byſantinam ceu ſponſa adducitur vrbem,
I nduperatori puero nuptura? prophani
Q uod ſcelus Andronici fuerit, qui Rege perempto
I nuadit Regnum, ſponſamq; ad vota coactam
O ccupat & magnis miſerandam luctibus infert:
C ognoſcas licet ex alijs. me iudice ducas,
C oniunctum propius ſocerum fidumúe ſodalem,
F ortuna quamuis non prorſus diuite vincat:
P ræſtare his, alio quos dites forſan in orbe
I actaris. certa eſt tantæ experientia rei,
Q uam iam multa diu multorum fata probarunt.
P ræcipuè verò ſi quos fortaſſe dolores
Æ rumnæ inijciant: tum quid vicinia poſsit,
E t tibi iuncta locis hominum præſentia, rerum
E uentu diſcas. nam ſi fortuna beatos
E ſſe vtroſq; ſinit, minus eſt vtriſq; dolori:
S emotiq; locis ſatis eſt ſi pacta fidemq;
E t quæ coniunctos deceant benefacta ſequantur.
Q uanquam quid volupe in vita eſt, ſi limina tute
S ic Patriæ perdas, ſic charos mæſta parentes
C ognatoſq; lares & regna paterna relinquas:
V t nuſquam pateat reditus tibi viſere, per quos
H anc habeas vitam vitæq; exordia ſerues?
V erum eſt, eſſe quidem Patriam quocunq; feratur
F ortis, at hoc fuerint ſi læta domeſtica, latos
A dmittit fines: & habet rationis honeſtæ
C ircuitus. ſed quò feror? hîc mihi ſiſtere fas ſit,
E t quæ deînde quidem Regi ſunt acta, profari.
N am poſtquàm huc animum tulit: vt vicinia ſponſam
P ræſtet: & haud longis terrarum ambagibus erret,
V t vitæ ſociam, & connubia læta ſequatur;

Magno-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M agnopolim ſpectat, noſtris quæ proxima regnis
O pponitq́; latus lateri, & commercia paruo
C eu diſcluſa mari nobiſcum tuta frequentat.
H îc mentem fixit FRIDERICVS. *honeſta vetuſtæ*
E ſt gentis fama, huc cum ſe infudêre clientes
G ermaniq́; viri: poſtquàm gens Vandala finem
C epit, & extinctis pax grata tumultibus vrbes
C opulat. antiqua eſt ſeries populiq́; Ducumq́;
S iue Herulos & Obotritos, ſeu Vandala gentis
R egna libet priſcos maiorum exquirere ad ortus:
E t quo quæque gradu, qua cauſa, quoúe gerendæ
S e rei ſtudio gens hæc commouerit, aut nunc
C onſiſtens, aut pòſt migrans, aut mutua bellis
V ulnera commiſcens, pacemúe è fœdere ſpectans:
H æc, inquam, longo ſe produnt ordine: nec rem
Q uis facilè expediat. certum eſt hæc littora fortes
I ncoluiſſe viros: qui nec ſe iungere Danis,
N ec temerè ſe Saxonibus ſubmittere vellent.
S ed patriam tutati armis diſtendere fines
S unt potius conati, aliquidq́; Nepotibus armis
A dijcere: acceptum quàm quod maioribus eſſet
D iſtrahere, aut turpi mutilatum reddere bello.
D eniq́; ceu populo eſt fortuna haud improba: ſic ſe
N onnunquam varijs conuellere motibus. aut ſe
C onflictu exercent, alios aut cæde manuq́;
E xagitant: nunc ſe expellunt, nunc deniq́; ſacros
P ontifices violant, dum nil concedere Chriſto
A ut deferre volunt. ſed enim poſtquàm illa quieuit
H aud fœlix rabies, & gens dare nomina cepit
L ucem Euangelij toto complexa theatro,
E t totis animis cœleſtia præmia ſpectans:
P ræſtantes equidem multos ſatrapasq́; Ducesq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M agnopolis ſortita habuit: quos dicere poſsis
V el ſummis vixiſſe pares, vel penè ſecundos
E ſſe etiam ſummis. vaſta eſt narratio. ſed quis
E ximium neſcit Magnum: quem dicere magnum
V erè etiam te poſſe putes: fortuna quòd vni
H uîc tandem adiecit, quæ tot prius omnia multi
P oſſedere. adeò nihil eſt connitier, hunc vt
E uertas, quem fata volunt conſiſtere. multis
H unc Roſtoccenſes armisúe minisúe laceſſunt
T entatum. ſedenim pòſt multa pericula res eſt
S ic deciſa, vt ſe læſam pars neutra queratur
C oniungantq́; animos iterum, pacemq́; frequentent.
H ic geminos de ſe natos moriturus auito
I mperio hæredes, generisq́; decora vetuſti
S emina venturam ſobolemq́; auctura relinquit,
H enricum Albertumq́; vno de germine fratres
E ximios: quibus haud quicquam Reſpublica maius
I ſta habuit: cùm non Virtus tantum hoſce paterna
S it complexa: ſed ipſi etiam præclara ſecuti
S unt vitæ ſtudia. & ditionum limite priſco
C ontenti, nihil aſperius molirier: æquam
S ectari pacem & præferre tumultibus: arces
O rnare, & lætis inſcribere ciuibus vrbes.
S e verò ſic ſunt amplexi mutuò, vt vſquam
N ec lis, nec fallax tantos contentio fratres
A ut tumidis inferre odijs, aut vellere iunctos
P oſſet, & in pugnas concordes flectere mentes.
Q uin Henricus eo non tantùm maximus vſu
E ſt habitus, triſti quòd nulla repagula bello
S oluerit: ac patriam haud truculento obiecerit enſi:
V erùm etiam externis obicem quòd motibus vnus
I nijcere, ac animos ad honeſtam flectere pacem,

Conciliare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onciliare bonos, & acerbi tollere belli
R elliquias poſſet. fuit hic vir amabilis ipſo
R erum vſu: qui nil poterat cupijſſe videri,
Q uod cupere haudquaquam poterat fas eſſe videri.
P acificus quapropter agit: ſtudioq; Camœnas
P ræcipuo amplexus, doctrinas fouit: eosq;
Q uos doctos ſciret magno eſt dignatus honore.
A lbertus ſedenim fratre haud minor, omnibus æuum
I mbuit officijs moderata ſecutus: & eſſe
C um ſtuduit bonus, & virtute capeſcere laudem
H oc egit, ne quem iuſta non cæde, doliſue
O pprimeret. fuit hic robuſto corpore, eoq;
V alde etiam pulcro: ac animi pietate ſecundus
N ulli. vno ſedenim fortunam expertus acerbo
E ſt caſu, Comiti quòd ſeſe adiunxerit iſtud
V rgenti in Danos bellum: quo gloria nulla,
P ræmia nulla viris poterant authoribus eſſe.
E t tamen Hafnenſem Albertus ſe paſſus in vrbem
S uadendo adduci ſortem tentabat, & in quam
A lea ſe partem voluendo inferret, acutis
P roſpectare oculis, fatoq; alludere certat.
I pſi autem licet è tenui res maxima lucro
T entata eſt: noſtris magni tamen vnica venit
C auſa boni: cum multorum inſanosq; furores
C rudelesq; manus cohibet, frænoq; ruentes
C onſtringit: turpi ne regnum vulnere fœdent
E uertantq; arces: pagosúe exurere (ceu iam
D ecretum plerisque fuit:) vel culmina flammis
T ollere, & haud iuſtis properent dare celſa ruinis.
S i regnum Superi nobis decernere: quid nos
D eſtruimus? ſi non: minor eſt fiducia victis,
S ubuerſis multorum opibus. fortuna per omnes

Sæpe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S æpè incerta gradus hominemq́; & prælia voluit.
N il igitur pòſt ſæuitum eſt. moderatio certè
P roſuit Alberto: gratumq́; in ciuibus vnum
E ſſe dedit. verùm, eſt vbi pax firmata, reuerſus
M agnopolim poſſedit: & hac cum durat, abundè
Æ tatem complet, donec ſub funera vitam
M erſit, & ætherios liber conceßit in orbes.
I lle abiens, etſi ſobolem multamq́; modeſtamq́;
H æredes terris & auitæ ſtirpis alumnos
L iquerat: egregios tamen hæc Prouincia ſpectat
I am rebus ſupereſſe Duos: quibus æqua benignis
V titur, & rerum ſatagentibus auget honores.
P lanè autem Superis res fortunantibus hæc ſe
P romouet. ac generis quanquam eſt ampliſsima priſci
P roſapia, & numero ſeries increſcit, ab æuo
D eprenſum veteri tamen eſt, ea culmina paucis
D iſtribui ſimul: vtcunque id vel morte, vel vſu
D ecernat fortuna alio, quoſdamq́; recludat
V t reliquos beet: ac generis ſint ſarta vetuſti
S temmata, & haud tenui veniant regalia lance.
T erra autem, qua Magnopolis porrecta furentis
H inc pelagi fluctus tumidasq́; aſpectat in vndas,
H inc ſua Saxonicis obuertit tergora: ceu cum
N unc Cherſoneſi, nunc ſe Pomeranica propter
E xplicat arua: acresq́; inter iacet ardua fines,
E t multa patrios auget tellure colonos:
T erra apprima ferax & opimo eſt nobilis aruo,
L anigeri pecoris, vaccæq́; & meßis abundans
S quammigerosq́; legens ſinuoſo è flumine piſces.
Q uid pagos memorem? quid honeſtas ciuibus vrbes,
I n quibus à priſcis iam gens pulcherrima ſeclis
C onſedit, patrijsq́; domos è ritibus auget,

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t conquirit opes: ſobolemq́ & pignora lætis
M ultiplicat ſtudijs, legesq́ ac iura tuetur.
V tq́ alias ſileam: poterant placuiſſe vetuſtæ
M œnia VViſmariæ: quæ quanta prioribus annis
E xtitit, ac quali ſpectabat in æquora portu:
Q uas etiam rerum congeßit prouida merces:
E fama notum eſt. homines habet illa venuſtos
C iuilesq́: quibus recti placet ardor, & ipſum
P ræcipuas addit decus & mens candida laudes.
M ultum autem veteri iam de ſplendore remittit,
H inc atq́ hinc geminis ceu preſſa ſororibus. inde
L ubecum excellit fatoq́ opibusq́ nouisq́
S ecli huius ſtudijs. iſtinc coëuntia pandit
M œnia Roſtochium: quantumq́ vberrima creſcit
D iuitijs, tantum maioribus inſtat, & omnes
I n curas ſeſe, & compendia proxima fundit.
R oſtochium, qua non alia opportunior ipſo
P enè ſitu eſt: ſi quis vel paſcua iuncta, feraces
V el circum poſitos campis florentibus agros:
V el fortaßis aquas, fluuiosq́, lacusq́, vel vſum
H arum etiam ſpectet, diſpoſitaq́ prædia cernat.
V arnouijs vicina locat ſua mœnia ripis,
F orma etiam præſtans leniq́ obnoxia cyclo
O ui inſtar, paulò porrectior. huius honeſti
S unt Vrbis ciues & gens non ſordida. quanquam
M oribus eſſe ferant cultis minus: attamen hiſce
C ùm neq́ malitia, nec ſcelerata proteruia mentem
O ccupet, ac ſtudijs ſint recta ſequentibus artes
O fficiumq́ colant: nec ſe proferre grauesúe
I nfidosúe vllis: poterint ceu laudis adepti
P ræclaræ titulos, fama hac conſiſtere: & inter
E uropæ gratas meritò numerarier vrbes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ro victu ratio eſt facilis: minimoq; paratur
Q uo tibi non triſtem reddat ſors læta culinam.
I d locus ipſe boni præſtarit ciuibus: & quæ
I mmittunt dites vicina huc regna carinas.
I am verò & ſedem ſacris hîc eſſe Camœnis
P hœbus Apollo dedit. ſanè hæc Academia claros
S emper habere viros, & ſemper habebit. honeſto
N omine propterea cunctis celebratur: eumq;
D octrinis atq; arte locum ſic ornat, vt inde
N on fructus tantùm ſuccreuerit amplus, & omnes
P eruadat terras monumentaq; ſeria ſpargat:
V erum etiam latè gratum facit eſſe, ſimulq;
E ximijs cultam conueſtit honoribus vrbem.
V tq; maris Boreas noſtra hæc Academia ripas,
M uſarum ſtudijs cætuq; ac laude tuetur:
S ic Notium pelagi vicinaq; culmina littus
R oſtochium ſeruat: curæq; inſiſtit, & omnes
P romouet articulos arteſq; ex artibus auget.
Q uisúe voluntatem magni hanc negat eſſe Tonantis:
I n Boream Muſas etiam deducier? illa
A uſtralis quondam ſobolesq; ac gloria mundi
P enè erat Eoo pertracta è cardine: longo
H eſperias quæ pòſt complexa volumine terras
A lternatq; vices dubijsq; in gentibus errat.
A t nunc Arctoas ſpectans è fluctibus vrbes
C onſiſtit, lætosq; in Baltica littora vultus
E xplicat, ac gratam hoc molitur in orbe quietem.
D ij dent æterno tantam rem creſcere fructu:
P ræſtanteſq; viros & honeſta Lycea gubernent,
S acraq; fraternas iungat concordia mentes.
H ac igitur nunc Magnopolis virtute bonoq;
L audeq; ſpectatur. primas fortuna ſecundat

Principi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P rincipibus, qui ceu longiſſima ſtemmata priſcis
I ntulerint gradibus, veteriq́ ab origine Reges
I n ſua perpetuo cumularint nomina curſu:
S ic ipſi virtute animos, & facta decoro
I nduerint, nuſquam ceſſantes velle tueri
Q uàm priſcis famam maiorum laudibus ornant.
N ec dubium eſt, quanquam geſſerunt bella, fidemq́
I nterdum noſtram toti oppugnare, fuiſſe
E ximios plerunque tamen: quos ſacra vetuſtas
C ommendare viros, lateq́ extendere certat.
N ec iam omnes prendam numeris. ſua vera tuetur
H enricum virtus: quem cùm Sultanus haberet
C aptiuum, magnis affecit honoribus. aut te
M e neſcire putes? fuit hæc aliquando parenti
D extera nota tuo: qui cùm fera prælia Ruſsis
L iuonios inter tentaret: eosq́ ſubinde
C ladibus affecit magnis victosq́ fugauit:
M ilitiæ ſocium me habuit belloq́ clientem,
T ormentis qui tum præeram: hoſtilesq́ domando
S æpè equidem lata perfrequi ſtrage furores.
T u verò iuuenis caſtra iſta ſecutus adibas
N onnunquam, & mecum tormenta excuſſa minabas,
G ratatus ſi quid tum collimando ferires:
E t patri alludens me tum celebrare. ex illo
T artarus excepit me tempore, eiq́ fidelem
C ùm præſtarem operam, res creuit honoribus: huc &
M e tandem varijs fortuna euexerit actum
C aſibus, & claro Sultani ornauerit enſe.
T e libertati ſedenim nunc reddo: prioris
Q uòd commilitij memor, & virtute paterna
E t ſtudijs mouear, quæ te plerunque iuuenta
I n media gratum nobis ſic clara miniſtris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E ſſe dabant: vt nunc etiam confidere poſsis,
E t metuiſſe nihil. nec tantùm vincula ſoluo,
A c patriæ (luctu quæ nunc tabeſcit & omnes
T e propter gemitus & acerbas mœſta querelas
E ffundit,) te reſtituo: ſed dono meanti
P ræſidium, ac nummis redeuntem ditibus orno.
N ec cunctatus abi. Pretio Dij maxima quanto
I nſcripta eſt virtus populis: quacunque morare
T erra etiam, & quaſcunque inter tua tempora gentes
T raducas? benè ſi facias, t bi præmia nunquam
D efuerint: Geticos ſi vel ſectère receſſus:
V el tibi cura ſiet longè Garamantas & Indos
V iſere, & Oceano rupes luſtrare colentem.
O fficijs ſaltem rectis ſubmittere certes
P ectora. nec ſæuo peregrinos dente putabis
C onficiendos. humanum decet eſſe: quòd haud tu
S cire etiam poſsis, factorum vbi libra tuorum
P endeat, ac tibi quo lanx æqua ſacomate plaudat.
Q uin neq; fortunæ illudas: nec preſſeris acri
Q uæ ſunt feſſa iugo. ſi quid ſeruire neceſſe
H uîc fortaſſe ſiet: non te ſors grata proinde
E xtollat, nihil vt tribuendum tute putaris
C onditioni. animo plerunque eſt iſtud inani
E ffræniq; datum vt reliquos contemnat, & altas
Intereà criſtas læta ob compendia tollat.
S i verò aduerſi quid fortè euenerit, idem
A ctutum ſubſidit: & hîc deſpondet hiantes
S tulticijs rictus, vireſq; in triſtia vertit.
I ngenui eſt, miſeris ita condeſcendere: ne quid
L ætior inſultes. cumq; haud extrema videri
P oſsit adhuc vitæ tibi linea: ne quid ineptè
A ut iſti clades, aut hæc tibi commoda ſomno

D iſpenſes. oculo ſpectat Deus omnia iuſto:
Q ui, quò te extollat, nunc iſtum deprimit: at pòſt
T e premit, vt reliquos aduerſo tollat honore,
E t luci infundat quæ preſſa fuêre tenebris.
N il dant fata viro melius, quàm nitier omni
O fficio vt proſis: & cùm ſis magnus, eo ipſo
S is etiam bonus, ac animum tua facta ſequantur.
G loria parcendo creſcit. hoc Iuppiter vnus
E xſuperat. Deus es, ſi ſæuos pectoris ignes
P reſſeris, ac gratis animum virtutibus ornes.
S ic ergo Henricus Sultano à Principe vinclis
S oluitur, his quique vt complêſſet luſtra. fuiſſe
V irtutem Patris eximiam ſic arbitror, huîc quòd
D etulerit tantos gnato Sultanus honores:
L axaritq́ virum, patrioſq́ ſubire penates
I uſſerit. Hanc priſcis igitur maioribus inde
A cceptam, qui Magnopoli iam denique præſunt
I lluſtres ſummiq́ Duces, ſic hercle tuentur
F ortunæ laudem & præclari nominis: vt cùm
N on etiam lato terrarum limite ſeſe
E xtulerint: fama tamen & virtutibus altos
E uropæ faſces & multa Palatia vincant.
N on ſeſe quiſquam læſum putet. arbitror eſſe
D ignum laude, etiam paruis ſic vtier: vt cùm
P enè minor poßis contracta ſorte videri:
S is magnus pietate tamen: ſis maximus vſu
V irtutis vero, famamq́ modeſtia ſeruet.
S anè equidem Huldrici tanta eſt moderatio, tamq́
S edati motus animorum: vt dicere poßis
H oc nihil eſſe viro melius: qui fœdera, pacem,
E t promiſſa colit. terræ quàm ſorte gubernat,
P ræſidet vtiliter: nulliſq́ infeſta mouendo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

B ella parat. quin vicinis gratiſsima præſtat
O fficia, ac meritam cumulat prudentia laudem.
I ohannem ſedenim virtus pulcherrima, quòd ſit
L argus & eximia ſuperet bonitate, per omnes
C ommendat producta gradus: cuî quicquid auorum
T emporibus ſeſe vetera inter ſcripta ferebat,
V el noſtris perfectum etiam ſub docta venire
I udicia haud timuit, notum eſt. ille vnus in omni
D octrina excellit: Muſisq́; excultus honeſtis
E xſuperat quoſcunque alos, qui grata Camœnis
N omina iam pridem celebri cum laude dederunt.
P rincipibus tantùm non magnis maior: at ipſis
P lanè etiam æquandus ſacras qui forſitan artes
C ætibus in cultis doceant, vſuq́; frequentant
D ogmata, & è ſtudijs Doctorum iura tuentur.
V ſque adeò ingenio, quod non præſtantius vlli
C ontigit, & rerum claraq́; alacriq́; bonarum
C ognitione valet, crebrisq́; ſub vſibus auget.
A ccidit hoc igitur non tantùm vt doctus & omni
I pſe ſit excultus ſtudiorum parte: ſed illos
M iretur foueatq́; etiam, quos comperit eſſe
D octrina claros. Itaque ipſius aula redundat
M uſarum ceu perpetuis cultoribus: vnde
E t fama princeps illuſtri creſcit, & altos
E ximiosq́; infert in auita palatia fructus.
Q uin impune quidem ſi quid fortaſſe liceret,
O ptarem aut latis hunc gentibus imperitare:
A ut qui nunc latè imperitant: imitarier eius
I n Muſas ſtudium: & paulò vberiore tueri
H anc cenſu famam, qua præmia iuſta feruntur
P artiri, & ſacris molirier æra Camœnis.
S anè equidem ſi quid ſaperent Magniq́; Minoresq́;

Inter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nterdum multi: aut ſi quid monitoribus vſi
E gregijs eſſent, qui non compendia ſolis
H æc ſibi cuncta legunt, lucroq; aduertere certant.
Q uod Mimis quod adulatoribus, atque moleſtis
S currarum gregibus, quod ineptis ſæpè catellis,
Q uod paraſitis, quod vanas ſectantibus artes,
Q uod veſtimentis luxum referentibus: & quod
E brietati etiam fœdæ, Veneriq; profundunt
I ndulgentq;: ſacris collectum denique Muſis
R ectius inferrent, ſtudijsq; hos eſſe iuberent
I ngenuis neruos: patriæ quo vindice laudem
A ſſerere & famæ titulos extollere poſſent.
C eu fama eſt Henricum etiam feciſſe, cuî cum
I ngelheimenſi danda vxor in arce fuiſſet,
I ngenti huc numero Mimos fluxiſſe: ſed omnes
C æſaris hos iuſſu depulſos eſſe: locoq;
I llorum miſeros & paupertate moleſta
A fflictos ſubijſſe: quibus Rex ipſe benignè
I uſſerat iſta dari: ſibi quæ ſperare canesq;
H arpijæq; ſolent. Id ſi fortaſſe ſequantur
C onſilium, quibus alta quidem fortuna beatos
E ſſe dedit clarisq; ornauit honoribus, orbi
R ectius hoc conſultum vſu ſtudijsq; putares:
I ngenijsq; baſes ſubſtratæ ad magna ſubirent.
N unc multi neruis quòd deſtituantur, honeſtis
P ropoſitis abeunt: & quo pertingere poſſent,
N e iam pertingant, vel paupertate repelli
S ubuertiue putes. vel ſi quid fortè volentes
N itantur, tamen huc delati ſerius ipſis
G reſſibus aut errant, aut feſſi ætate reſidunt.
Q uòd ſi opportunis proſpectum viribus eſſet:
N on pretij tantùm rem magni læta iuuentus

Perfice-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P erficeret: verùm ipſi etiam pulcherrima Reges
P ræſidia, & facto laudemq́; & robur haberent,
E t foret imperio firmis iacta anchora neruis.
N on etenim multæq́; manus, multeq́; phalanges
E t faciles in bella animi præſtare ſalutem
V rbibus. eſt prior his Sapientia, quam neque faſtus
N ec generis ſplendor, nec opum iactantia gignit.
H æc tibi quæ vera rerum vtilitate gerantur,
S ola quidem monſtrarit: in omnes illa tuetur
P roſpectatq́; gradus: exordia colligit, ipſis
C eu formam medijs ſtatuit: tum denique finem
M enſurat: varijs decreta euentibus altè
D iuidit, & multò iam proſpicit antè futura.
H anc rem ſi Muſæ non gignant denique: certè
N atura acceptam firmantq́; augentq́;: ſub vſus
R ectius intulerint, & idonea tempora monſtrant.
N on Aiax regnis omnem conferre ſalutem,
N on Diomedes: equis ſuperet licèt iſte, ſed ille
E xcellatq́; manu, ſpemq́; omnem in robore ponat.
E ſt opus hoc etiam, cuî pareat orbis, Vliſſe:
Q ui facienda regat, qui fortibus imperet, & quam
S is facto laudem meritus decernere vera
L ance queat. Sic non tantùm quæ pacis honeſtæ
T empora ſint, bellorum etiam duriſſima, Pallas
I ura modumq́; colit: ſoli cuî verticem Olympus
S ubmittit Diuæ, lætasq́; paciſcitur vrbes.
H is igitur cùm ſe terrarum ſortibus altè
M agnopolis ferat, oportunaq́; littora noſtro
O bijciat vicina mari: FRIDERICVS habendam
C enſuit Vxorem hac ſibi gente. nihilq́; moratus
H VVLDricum accerſit, ſocia qui coniuge Gnatam
V nica quæ Patri ſoboles fuit, adferat. alto

Rex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R ex animi propoſta tegit ſub pectore, quidqúe
C onſilijs agitat, nulli committere. Virtus
E ſt ea digna viro, qui regnis præſit: amico
P oſſe aliquid cælare animo, clauſumque tueri
P ectoribus: ne quid iactatum oppleuerit auras
H aſce prius, vulgique agitatum vocibus aut te
C onſilijs turbet, remoramque obiectet agenti.
A ut rem culparit: quam cum cognoſcere plebes
H aud potis, atroci damnat tamen ore: nihilque
C ùm ſapiat, vano tua facta inceſſerit auſu.
V t verò aduenit Gnata comitatus & alma
C oniuge, ſe primùm Falſtras Huldricus in vrbes
O cyus iniecit: Regemqúe hîc arce morantem
N ycopio celerans, mandato fretus, adibat
G ratatus de pace: viroqúe ita ſeqúe ſuosqúe
C ommendans. fuit huîc, formæ gratiſſima dono
E liſabetha vxor, Friderici filia primi,
E Pomeranorum præclara ſtirpe, Sophia
E dita matre: cui vitam Bugslaus habere
P rognatæ dedit, & fratrem cuî ſtemmata iungunt
B arnimum: genus eſt auctum virtutibus, & ſtirps
D igna Deo: quæ, quæ ſacræ ſint commoda pacis,
O mnibus anteferat bellorum fructibus: vni
Q uæ vacat officio, vt pietas ſeruetur, & eſſe
C onſultum populo per mutua commoda poſſit.
I pſa autem terra eſt Pomeranis inclyta regnis
E t fœcunda: ſeges cuî plurima creſcit, aquaſqúe
E t fluuios lætis vndantes piſcibus, omni
P enè loco fundit: pecorumqúe vberrima, merces
H inc atq; hinc latè tranſmiſſas puppibus auget.
G ens humana etiam, & doctrinis dedita: cuî nil
P oſteriusúe priusúe fuit, quàm præmia ſacris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q ua ſe cunque ferat ratio, decernere Muſis.
N on igitur tantum Grypſvvaldica mœnia ſummo
I nſcripſere bono, claris vt magna Camœnis
I ſta Lycea putes: Stetinum fructus in vrbem
P enè etiam maior poterit migraſſe videri,
E recta pro more Schola: quæ maxima quamuis
N on etiam oſtendat ceu priuilegia Regum
P ontificumúe: vſu tamen amplo floret, & omni
I nſtruitur doctrina: è qua iam multa iuuentus
P rodit, ab ingenuis excultior artibus. hanc rem
B arnimus ſenior grataq́ ætate Philippus,
P erfecêre Duces: ne quid vel partibus iſtis,
V el populis deſit, pietas quo creſcat, & inde
I n ſeram veniant ampliſsima lucra iuuentam.
Q uin ea præſtantes habuit Schola culta Magiſtros
E t doctos ſanè & multos: Antonius inter
Q uos, veluti celſo rutulat Sol purus Olympo,
E minet, ac primos ſibi vendicat acer honores
VV alterus. poſt hunc qui ſucceſſere, laborum
F ructibus excellunt: cumq́ hîc ſint nomen adepti
P ræclarum, ſtudijs famamq́ tuentur, & vrbi
M ultiplicant laudes tituloſq́ euentibus augent.
H oc igitur genere vxorem cùm primus haberet
F RIDERICVS, *ſobole inſignem gratamq́ marito:*
E lizabetham etiam hac genuit de matre, venuſto
P lanè equidem vultu, & celebrandam moribus: vna
Q uæ res diuitijs potior ſtatuatur. vt omnes
N amque habeas vel opes Crœſi, vel maxima Cyri
R egna, quid aſſequier tanto te poſſe putabis
F ortunæ officio, ſi te deformis, & ira
P erpetua aſperior, ſtultisúe obnoxia rixis
E xagitet mulier? homini res maxima cælo

Hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H æc venit, egregia ſi vxore fruatur, eaq́;
C uî pudor ac animo virtus non fracta reſedit.
Q uod ſi res etiam cumulet fortuna, deorum
M unus id eſſe putes: cuî demum ita mente quieſcas
V t ſi te ſanum donent quoque viuere, ſi te
I nſtructum pietate regant, iam penè beatum
H æc inter mundi te plurima vulnera ducas.
O mnibus aſt non hanc fortaſſis adire Corinthum
F ata dabant. ſupremum igitur contendere cœlo
E t petijſſe velis, vt moribus vxor honeſtis
E t virtute, Dijs tibi deſponſata ſecundis
E ueniat. virtus quocunque in corpore viſco
T e trahat, ac meritas ſibi vendicet inclyta laudes.
H æc gratam reddat formam tibi: ſiue moleſto
M embrorum poſitu coëat: ſeu forſitan artus
N on etiam niueos, teretesúe in lumina fundat.
M agna excellenti ſunt iuncta pericula formæ,
I nſidijsq́ patet: ſeu te fortuna repoſcat
T radita: ſeu tantam ſubuertere fraudibus arcem
S ub tacito certet Nebulonum iniuria lucro.
D a facilem fato curſum, quodq́ æquus Apollo
O biecit, geminis comprenſum deniq́ palmis
A ſſere. non aliud meliore eſt nomine dignum,
Q uàm ſi, quod ſupero miſſum fatearis Olympo,
H aud etiam temulentus, inepto & prodigus auſu
P roſtituas: Gygiúe tuos patefeceris ignes,
A ccerſasq́ tuo quæ ſunt tibi noxia damno.
Q uin mediocre etiam laudem fortaſſe meretur,
S i non deformi vicinius extet. id vnum
D ixero: nec dubium eſt dici id tibi ſæpius vnum
P oſſe, Excellentem præſtanti in corpore formam
F ruſtra inopes ſpectaſſe viros. forma iſta requirit,

Q uo ſeſe poßit ſine paupertate tueri.
S tulticia eſt Codro, Venerem affectaſſe: quòd ipſi
N e Vulcano etiam, diuo licet, illa Marito
T uta ſiet: quamuis quod tu mirere, rigensq́;
M olliat, ac rutulos ferrum concinnet in enſes.
A rtificem fortaſſe Dea hæc miratur & arma
L audat: ad vtentes armis ita prædicat: hos vt
E xpetat Heroas: animis huc reſpicit. illa eſt
F œmineo pars grata choro, qui vincere miles
P oßit, & applauſu totam traxiſſe coronam.
P roxima Palladio rerum pars ceßit alumno:
Q ui cum ſuauiloquæ cultißima caſtra Mineruæ
S ectando colat, ac ſtudijs ſeſe addat honeſtis:
M ilitiæ pretium plerunque id ducit, vt eſſe
H uic multæ cupiant fœlicia vota puellæ:
I nſcribantq́; notis animos: & pectora Ceſto
S i non iam prendant, poterint voluiſſe videri
P rendere, & Aönijs tribuiſſe hæc præmia Muſis.
H is hominum ordinibus multo Venus vna fauore
B landitur. Sedenim nec parcus egensq́; nec excors
T ute ſies: excellenti ſi fortè Maritæ
I ungere vota ſtudes, pacemq́; è fœdere ſpectas.
Q uanquam virtuti ſua ſint præconia. Nam quid?
H ucné etiam Læto tendat ſententia vati:
V t nihil & placeant inopi quæ pulcra? nec iſtud
O bone ſic etiam dictum tibi duxeris: vt non
A rbitrio ſit prima tuo conſtansq́; voluntas
D ucendi, quæ ſit pulcherrima fortè. ſed illud
A ffirmo, ſtultè tete id connitier. hanc ni
P lus virtus, quàm vel formæ excellentia, blandi
V el ſanè affatus, vel greſſus mollior ornet.
N am ſi vera animo Virtus inſedit; eaq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S e Coniunx duci ſinat atq; pudore moueri:
I am nihil obſuerit pulcram ſpectarier: vni
C uî ſua paupertas lucro eſt, formæq; decorem
A ſſerit: vt tua ſint tuto tibi gaudia portu.
Q uin age ſi placidis ſit moribus vxor, honeſti
A tq; animi cultu ſuperet ſeruetq; pudorem:
D iuitias equidem poterit cumulaſſe videri,
Æ q; beare virum: qui ſe hoc ſolatus ab vſu
F ortunam vincit, tenui licet horrea meſſe
F arciat, aut minimo ſtringat marſupia nummo.
C ætera ducendo ſi quid ſectere, pari te
S ic ſocia: vt quantum ſit fas æqualia iungas,
F ortunamque velis conformi è iure tueri.

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER VIII.

IAMq; Huldricus iter primis progreſſus ab vn-
Nicopiũ celſam properãs cõtendit in arcẽ (dis
Atque propinqua ſubit: cũ ſe veniẽtibus offert
Vltrò etiã, ac placido Rex accipit ore moratos,
Complexusq; virum retinet, cuî talia fatur.
H is Huldrice mihi ſuccedas ſedibus hoſpes

A nte omnes dilecte, quibus vicina tueri
H æc ſors regna dedit, noſtraſq; amplectier vrbes.
A gnoſco veri officium & conſtantis amici
H oc munus, tantos inter tranquilla labores
Q uod fuerit tibi dextra: quibus nos longa premebat
A ſperitas rerum, rigido dum bella Gradiuo
S ector, & in Suecis quæ ſit fiducia diſco.
H aud ego me immemorem tantæ virtutis & alti
C onſilij patiar: ſi quid fortaſſe requiras
O fficijq; vices, operamq; in mutua poſcas
P ræſidia. Optarim ſaltem ne Iuppiter vnquam
C aſtiget ſimili confinia culmina neruo.
N unc verò quòd & accedas: meq; iſta ſequentem
I nuiſes loca, bis gratum mihi ducitur. eſſe
C oniunctos nos fata velint, qui iuncta tenemus
O ppida, viciniſ colimuſq; hæc littora regnis.
S ic FRIDERICVS. *at is dum ſpectat ſidera, viue*
R ex, ait, ac fœlix ſucceſſibus vtere: ſeu quid
D ij tibi decernant, ſeu labi neſcia virtus
E xpetat, ac patrio tibi vota ſecundet honori.
N os ſi quid, quod nunc gratum tibi duxeris eſſe,
F ecimus: officio motos feciſſe putabis,
E t quæ debuimus te complectendo, tueri.
O ptaſſem maiora etiam potuiſſe probari
O fficia. at tenui cùm ſorte vtamur, agendo
H anc operam dedimus, ne quid nocuiſſe videri
C onſilioúe manuúe queam: cum ſedulus iſtuc
S pectarim potius (ſi quid mihi fata vocanti
H is faciles etiam tribuiſſent vocibus aures)
V t pacem paciſúe vias oſtendere cœlum
V ellet, & hæc placidos in fœdera vertere vultus.
A t ſua certa fides ſuperis, & prodita fato

Iura

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ura manent . pax eſt his demum reddita regnis,
Q uæ ſit firma precor: noſtrasq; æquiſſima terras
S pectet, & æterno iungat nos publica fructu.
N am ſine te minor eſt noſtris, Rex inclyte, terris
C ommoditas: nec te magna ſine clade caremus.
A d te autem plena comitatus deniq; turba
A ccedo . quòd ſi mandaſſes plura, fuiſſent
I lla etiam ſubeunda mihi: qui meq; meosq;
S ic tibi commendo, vt fidum patiare vocari
D euinctumq; tuis iuſta ad conſortia regnis.
D ixerat Huldricus, genubusque alludit . at inde
R ex Amitam accedens, ita blandis excipit: vt ſe
S enſerit illa quidem gratam veniſſe . puellam
P oſtremò amplexus, charum caput, arctius ambit
I nſinuatque vlnis . pòſt demum ad mœnia ſecum
V nà omnes magno ſtipatus ab ordine ducit,
P artiturque locos ſocijs atq; atria mandat.
I amque dies alterque dies exceſſit Olympo,
S ubluſtrisque aperit geminatas Cynthia noctes:
C ùm ſeſe intereà recreant ſermonibus, & rem
M ultipliciq; ioco varijsque inſeria dictis
E xpediunt . nonnunquam equidem venatibus inſtant
V eſtigantque feras, latebrisque expellere Ceruos,
E t leuibus properant ſubtendere retia Damis.
I nterdum flammis tormenta nitentibus altè
E xcutiunt . perſæpè etiam narratibus omnes
I mmittunt numeros blandisque relatibus augent.
Q uin non raro etiam digreſſi, plurima ſyluis
M illia porcorum paſturæ inſiſtere, ſetas
T ollere, & expleto luſus iam ventre ciere
A ſpiciunt . aderant ſiquidem nunc tempora, paſti
Q ueîs plerunque ſues repeti ſueuêre, domumque

Cogier:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ogier: ac lætis dare tergora raſa culinis.
P lane autem melius nihil hoc animante putandum eſt
A gricolis: qui ſi ſapiant, ſibi plurima porcis
E ſſe impenſa ſinant. fœcundo pignora partu
E xplicat, ac multo redit vbere ſæpius: eſca
N on alitur tibi difficili, niſi frigora quantum
D ura hyemis claudant aſtricto ceſpite terras,
A tque aliquo lenire famem te munere cogant:
Q uod tamen exile eſt, ſi rectè in pabula vertas.
N am Veri facilis cum ſeſe prodit Hirundo,
T emplorumq́ue tenent glomerati in culmina Sturni
V anellosúe rubens è cœno tibia reddit:
N utrimenta ſues ſatagunt ad priſca reuerti,
R adicesq́ue ſolo vellunt roſtroq́ue ſub imos
R imantur ſulcos, vermesq́ue ad aratra ſequuntur.
E x illo porcos nihil eſt quod tempore magnis
S ollicitisq́ue animis rapienda ob pabula cogas.
V ltro etenim ſeſe extulerint, cùm mane priores
A d campos redeant ſerisq́ue laboribus inſtent.
S i quod frumento leuius, quod inutile vanno
D iuidis, & ſcopis deterſum frugibus arces,
I nterdum aſpergas: vires firmaueris, vt ſe
M ox proprijs tollant generoſa in corpora plantis,
D euictamq́ue hyemem iam læta in paſcua mittant.
S anè equidem pecus hoc vigili cum penè colono
S it merces ſuprema operum: magna arte pariq́ue
I ngenio, ac vigili curaq́ue animoq́ue colatur.
I d ſaltem moneo, ſyluis quæ fortè propinqua
R ura ſient, maiore equidem hæc ſibi munera fructu
D eligere, vtilius curamq́ue impendere porcis.
G ramina proueniunt citius: quæ ſerius Euro
V ſti cadunt: grauibus prohibent ſpiramina ventis:

Diminuuntq́

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D iminuuntq; æſtum. quid acatia nigra, quid alta
A Sorbo fructus, quid Corna æquiſsima dicam?
M ultos ſylua quidem præbet pecoriq; ſuillo
V accarumq; gregi fructusq; & commoda. ſed nec
P ropterea tibi plana putes temnenda. quod inde
S ylua negat, diti penſatum æquaris aratro,
E t quas quercus habet tibi ſarciat area glandes.
I nterea quoties paſturam nobilis auget
S yluarum coma: ſeu fago tibi diuite fructus
P endeat, è dura ſeu quercu excuſſa ruendo
S emina precipitant glandesq; ex arbore voluunt:
S eu te caſtaneæ alliceant & larida ſpondent,
H aud tibi ceſſandum ſtatuas, quin agmine porcos
H uc multo cogas: quantumq; ampliſsima poſsis,
F ertilibus tantum tu immittas corpora ſyluis.
I d ſtudeas, ſi quid fortuna vtare ſecunda
P ropitioq; Deo, & manibus ſis proſper: vt annos
E xſuperentq; duos, & tertia tempora ducant
P lenè etiam, quoſcunque ſues in pabula quernis
G landibus aucta feras. dici nequit, ardua magni
Q uantum hæc iuris habet, quantis ſeſe vſibus ætas
P romouet, & quantis carnaria fructibus implet.
V t nihil id memorem, pulcherrima penè videri
T ergora porcorum: quæ cùm ſunt Maxima, dulci
A nte etiam cellunt tectis pinguedine villis:
C ùm ſetæ emineant, cùm plenis ilia venis
T urgent, cùm nodis è tergore cauda retortis
P endet, & è ſubito nemus omne afflamine terrent.
Q uem ſic eſſe vides, hunc tu metire probesq;,
Q ui pueris alimenta ferat, famulosq; bearit
E t Dominis proſit: qui ſumina grata culinis
R eddat, & eximos Oleriſe iungat in vſus.

I d cures, quantum curari id denique poßit,
V t pecus hoc niueo creſcat tibi penè colore
T otum: aut ſi niueo non denique venerit, atro
S e ferat, aut cineres imitentur tergora villis.
N am qui prætulerint teſtantia dorſa cruorem
S æpè quidem impuro terrent te viſcere: granis
A lbicat, ac totos ſinuat ſe Leucas in armos.
E tſi autem vitio id non multi ducere. tu rem
H anc tamen & caueas: & ſi quid fortè valebis
C onſilio, vt caueant alij, monuiſſe labores.
C ætera perficias nullo tibi lucra magiſtro,
S i ſapias. Sed enim paſturæ pabula molles
O ptima Caſtaneæ: quercus rigidißima præſtat
P roxima: tum fagus, tum denique corna, nuceſq́;
E t quæ fertilibus ſunt cætera ſemina ſyluis.
O mnibus at numeris frumenta amplißima vincunt:
Q uæ ſi porcorum ſtiparint tergora, lardum
E t ſolidum firmumq́; adigunt, & tempore ſeruant
M ulto incorruptum: benè ſi ſale primitùs, inde
D ureſcant fumo gelidoque agitentur ab igne.
H oc ſaltem caueas, ne quid fortaße morando
S uccidia amittat gratum condita ſaporem:
D um nimis attenuas acri ſalſugine vires,
T ergaq́; conſumpto macilenta liquamine reddis.
E rgò vbi ſanguineos patefacto corde profudit
P inguior iſte halitus, vitamq́; efflauit in vrnas:
P rotinus ardenti conſpergas tergora lympha,
D ecutiasq́; pilos, totoq́; è corpore ſetas
V ellere, & in nitidam properes dare ſquallida pellem:
V t munda niteat totus cute. deînde feratur
P axillis: neruoq́; exerto pendeat, hoc qui
E gemina duplices ſubijt ſuffragine plantas

Extre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xtremosq́; mouet veſtigia in vltima greſſus.
M ox aluum cultro rimabere: cumq́; remota
I am cute ſe abdomen ſpectandum præbeat, inde
Q uodcunque occulto ſe prodit ventre leuandum
S oluendumq́; putes: concinneq́; inde reuellas:
A rtificiq́; manu quæ ſepto proxima tollas.
H æc cùm exempta ſient, iam ſeſe viſcera pandunt
O mnia, & harmonicos oſtendunt ſingula nexus.
P òſt ſeptum ferias, ſuperamq́; ingreſſus in aulam,
P ulmonum folles aperi: mox aſpice ſedem
N umina qua tremulo ſtatuêre palatia cordi,
E t vitam proferre dabant. pulmonibus indè
E xemptis, hepar renesq́; abſcinde lienemq́;,
E t linguam, æſophagum coniunctaq́; & organa vellas.
P oſtremò gelida perfuſum ita collue, ſi quid
S ordis ineſſe queat, ſparſumq́; exterge cruorem.
P oſtquàm autem vacua præbet tibi penſilis aluo
S pectâclum: quo vix aliud iucundius omni
E numero pecorum tibi lumina mouerit, adde
H anc plerùnque moram: vt tenui ceu frigore carnes
P erfuſæ conſtent: ſolidumq́; quid induat iſta
S uccingens membrana: atque explorata rigeſcant
S umina, quæ lumbos velut obtectura recumbunt
S ub dorſum porrecta, latusq́; in vtrunque reſidunt
H inc atque hinc, viuisq́; augent ſub clunibus ignes.
H æc vbi ſigna vides, ea corpora protinùs hamis
A ufer: & illatos carnaria in obuia porcos
D iuidito. Primùm detraxis ſumina: deînde
A bſtuleris lumbos: caput hinc ceruice reciſa
D empſeris, ac pedibus iaceant tibi membra remotis.
T andem ſuccidias à tergore ſeparet acri
V ir cultro ſatagens: quo ſi non ritè, ſecurim

I nferat, ac iuſtos proportio differat armos.
Q uæ ſunt dempta, vſu tibi conſeruata recumbant
I ngenti. ſuperos, ne quæ dementia tete
A uferat, orabis: tanti ne maxima doni
L ucra ignoraris. nihil eſt quod fructibus haud ſe
I ntulerit magnis, ſi quis benè nouerit vti:
A ptatosq́; ferat menſæ in compendia quæſtus.
V ltimus huîc operi labor eſt, vt tergora pleno
C ondieris ſubſtrata Sali. primùm aſpice ne quid
S al tibi ſit fatuus: pòſt cum ſalienda dabuntur
L arida, diſpiceas fido vt detrita labore
E xagitentur. ineſt ſi quid tibi roboris omnem
E xpedias dextram, forteſq́; adhibeto lacertos:
V t ſale conuulſo totos tibi ſudor in artus
S uccidiæ erumpat. prima hæc agitatio fons eſt
V irtutis gratiq́; ſaporis, poſteà quem tu
T antoperè laudes, modò ſi nil cætera deſint
Q uæ tibi prima iuuent, fructumq́; laboribus addant.
N am condita nouem ſpacio ſi fortè dierum
A ut plus paulò etiam iaceant hæc tergora, tollas
O cyus eq́; ipſa ſalſugine lota paratis
F umoſisq́; appende locis, vbi nulla calorem
V is maior denſet: gelido ſed ab aëre fumum
H auriat, ac ſenſim ſiccantes imbibat auras.
Q uin quæ ligna etiam fumum tibi ſecta pararint
S edulus exquiras. non hæc prouincia cunctis
P erficitur ſatis vtiliter. nihil eſt tibi prima
S ucceſſiſſe quidem: ſi poſteriora ruendo
E uertant curſum, ne optatam denique metam
T angere, & è curis fructum nil carpere poſſis.
M ulti autem hac demum certantes parte fatiſcunt,
A tque oleumq́; operamq́; luunt: quòd peſſima fumo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ubijciant ſarmenta, vbi vel putredo moleſta
S pirituum gratos è corpore abegit odores,
V el quidam externos irrepſit fætor in artus:
I ngratoq́; ferit turbatas flamine nares.
H oc quidam pro more, holerum ſubuellere truncos
A tq; inferre ſolent: librí; ac corticis alter
R elliquias, turpi ceu inſectas calce, iacentes
C olligit: alter humo ſublecti ceſpitis igni
M iſcet onus: quidam non tantùm marcida, ſed iam
P utrida prorſus amant, nidoreúe fœda moleſto
C onquirunt. alijs aliud placet. omnibus iſtuc
C onſilium ſpectat, ſicca vt ſint larida: ſed quo
I htereà præſtent fumo indurata ſapore,
I d curare minus nihiliq́; aduertere certant.
I nquinat iſta igitur labes, gratiſſima porcis
T ergora: & hoc ipſo quo proſint, commoda certè
E uertunt. nam materie quid deniq; tali
P erficias? nam qui rem ſanè ſpiritus omnem
E xplet, & in gratos ſuſpenſa induxerit vſus,
N ullus ineſt: aut ſi fortaſſis ineſſe feratur
C orruptusq́; aut mancus ineſt. tum fumus in auras
Q ui ſubit, ingratos halitus & peſſima defert
E xcrementa, quibus nihil eſt virtutis & æqui
C onſenſus. nigrum petaſonem reddit, ad eſſe
H unc etiam gratum pariter non efficit. vt nil
I d memorem, haud tenui te mandere larda periclo,
E x ipſo quæ fonte ferunt tibi perdita morbos,
A tq; infecta nocent. Itaq; haud committere fumo
A nte velis, quàm ligna habeas, quæ dicere poſſis
O ptandum minimè tibi deſtructura ſaporem.
I unipero ſi quis ſacra rem tentet: eum tu
V tiliter tentaſſe putes. Chriſtiânus honeſto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Æ ternoq; adeò iam dignus nomine, Danis
R ex memorandus, eo genere oblectatus habebat
E tali Pernas gratiſsima larida, fumo:
N on ceſſura quibus iam pridem ſumma parabat
N omina Parthenope. quod ſi nihil iſta culinam
I mbuerint tibi ligna: gradu ſit fagus & vſu
P roxima: ſed non illa recens, non putrida. namq; hanc
D amnatam meminiſſe velis. fluit vnda recenti
L argior, atq; acres infert in tergora morſus.
S iccior è dulci ceu ſpirat acumine fumum,
Q ui nihil infecti cum fortè ſaporis alendo
A ffricet, è tenui reuolutus gurgite totis
A rtubus alludat, gelidaq; propagine conſtet,
E t quæ optanda quidem fuerint, tibi ritè ſecundet.
A t labor hic, quanquam longus videatur, ab vno
P erficitur tibi menſe tamen: decimumq; ſalinis
P hœbus Apollo diem duplicatas ſidere noctes
D eſtinat in fumum: ſi tu modò ſedulus inſtes
E t facias facienda, nihilq; in vana ferare.
Q uin operam dabis è nigra fuligine ne quid
L arida ſicca trahant: ſatis eſt ſi grata colore
S ubrutilent velut è giluo: cùm protinus inde
A moueas, ſiccoq; loco, perflatilis hîc quà
S e ſubigit Boreas vel ſæuior Eurus adurit:
O rdinibus digeſta velis ſuſpendere. dici
R es ſatis iſta nequit, quantum oblectando bearit,
Q uos hoc cunq; bono cumulatos Delia cernit.
A t fortaſſè aliquem obijciat paſtura laborem,
C um repetis quos ante Sues huc egeris. iſto
P eccatur iam ſæpè malo, lateq; vagatur
I mpietas: tali quæ ſanè eſt cognita facto
Q uod nunc ſepoſita multi virtute frequentant.

Namq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N amq; hæc quæ demum eſt cacodæmone vita magiſtro
Q uæ priſci nil moris habet? nihil amplius æqui
S ectando colit, aut Supero ſe mota parente
F lectier vlla ſinit? vel quæ eſt iniuria? porcumné
A ut quartum, aut quintum, aut qui deniq; tertius omnem
M etitur numerum, paſturæ in præmia tollas?
C eu paſsim fieri fama vulgatur. an iſto
S yluarum tibi fine venit prouentus, vt inde
N equitijs ſit cauſa tuis? ſapiasq; Tyrannum
H oc etiam, virtus quo plurima creſcere lucro
D ebeat, ac gratos ſub ſidera flectere ſenſus?
H æc eſt quorundam non paupertate ſed atra
P reſſorum inuidia, fucata audacia: qua ſe
I n noſtrum ſtygius mundum furor intulit, vt ſit
N unc etiam peſtis, miſeros quæ ſæua colonos
O pprimat, ac triſti cumularit funera damno.
S anè equidem noſtri Decimum qua luce parentes
P aſturæ pretium tulerant, lautiſsima menſis
C opia tota fuit: miſeris ſua portio venit
P auperibus: ſoboli ſatis, & ſatis illa miniſtris
Æ tas grata dabat. magno velut agmine porci
P rouenêre, inerat cunctis benedictio rebus,
E t ſua multiplici ſtabant carnaria fructu.
V berius ſyluæ frondebant glandibus. at nunc
N on tantùm tenuis pecori fœtura repugnat:
S ed morbi inuadunt plerunque incogniti, & omnem
C oncutiunt languore gregem: pars maxima latè
C oncidit, ac miſero ſubuerſa fatiſcit ab igne.
Q uin priſco nil more ferunt iam deniq; ſyluæ,
A lternantq; vices: aut ſæuos turbine ventos
E xpertæ, totis equidem radicibus inde
E terra velluntur: & hac ſubuerſa ruina

Plurima

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P lurima perpetuis ſpoliat ſe fructibus arbos.
N am lacrymis aliquid tribuunt cœleſtia iuſtis:
C um nulla agricolis violentia parcit. ab vllo
H aud ſatis iſta poteſt comprendi cura, colono
Q uæ miſero incumbit, Porcellus vt iſte vel iſte
P roroget ætatem tantiſper, vt inde redire
I ſte vel iſte queat curarum in præmia fructus.
Q uod ſi contingit nitidiſsima corpora paſtu
R eddier: hæcné etiam tibi demier optima nullo
I udicio, & nulla prorſus ratione probares?
N am magno in numero ſi forſitan vnus in æquam
P ro multis ſortem veniat: cum cætera blando
S int etiam viſenda habitu: nil forſitan iſtic
T e læſum, nulla te affectum clade querare.
A t tibi ſi quartus tollatur quiſque, nec ille
N i melior certè, & multo qui ſumine cunctos
V icerit: vt toto ſubducier aſſe quadrantem
I htereà aſpectes, damnumq́ enorme gemiſcas:
I dné etiam te poſſe pati, nec poſſe dolere
M œſtus egensq́ velis? animo teſtaris Olympum,
E t tua tam iuſto commendas damna parenti.
H æc res in dominos luctus cumularit. vt illi
A nte tibi porcum, ſic his nunc ſidera gnatum
A bſtulerint, alia aut preſſant cruce: bella necesúe
O btrudunt, animo turbant, aut coniuge tete
S ub ſterili affligunt, aut paupertate rependunt
P erſimili, & duro compenſant facta flagello.
S anè equidem decimum ſi tollas quenque colono,
E t feret ille notam patienter: & iſta putabis
G landibus æqua tuis, quæ reddat præmia: ni quid
D iuerſum tenuis paſturæ copia. Danos
L audo ego, Nobilibus qui ſe eſſe parentibus ortos

Oſtendunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O ſtendunt: benè quòd ſtudeant feciſſe colonis,
E t miſeros releuare manu, iuſtumq́ tueri
A tq; æquum. quibus id iam pridem eſt moribus & re
S ic confirmatum: vt dites nitantur haberi
A gricolas. quæ res domino eſt vel laude, vel vſu
M axima quocunque aſpiciens ſe vertat, & omnes
E xquirat numeros, lucrumq́ è ſorte ſequatur,
H æc Cyrum cunctis metuendum gentibus vna
R es dabat. In decimas igitur cùm lumina noſtri
F igant, haud alia paſturæ impendia lance
E xquirunt. paucis octauum demere pridem
M os erat. hac decimo iam tandem ætate minores
P enè omnes, iuſto menſurant præmia lucro.
E xcellunt opibus quapropter & ardua multis
C arnibus omne genus pandunt carnaria: ſumptu
M enſarumq́ bono quecunque palatia vincunt.
S ed quid ego hæc? interdum igitur comitatus amico
H uldrico Rex egreditur, ſyluasq́ locosq́
C ircuit, ac rerum non vana negotia voluunt.
I nterdum poclis animumq́ & pectora laxant
H aud etiam aſſiduis. varia eſt ea tempora cunctis
F allendi ratio: pacem ſuper omnia laudant
S anè omnes. at enim Regem cura altior vnum
S ollicitat. vultus formamq́ & caſta puellæ
L umina nunc animis tacitus, nunc ludricra, miſcens
P lurima nunc teretes placidè conſiderat artus:
O mnia componens, dum iudicat omnia. poſtquàm
F orma magis moresq́ magis placuêre: quòd illum
N on tantùm ſanguis, ſed amor commouerit, orat
V t Sialandiacas vnà comitetur in vrbes
H uldricus, pretium facturus deniq;: ſi quid
E x vſu ſiet. ille abitum cum Rege parabat

V xorem adducens ſecum, caſtamq́; puellam,
H uldrici ſobolem: qua non fuit altera maior
C orporis eximia ſpecie, ſolidoq́; pudore:
E t lepidis rerum iucunda in ſeria verbis.
V t freta prima quidem ſuperant, Lollandica deînde
L ittora tranſmittunt: mox Orenburgica ſpectant
C aſtra, quibus lautam maiorum cenſibus vrbem
C oniunctam videre. iſtinc progreſſus adibat
K oagium: muris tenuem, ſed ciuibus amplam
E gregijs: virtute ſtudent qui grata mereri
N omina, & ad ſeros transferre ea ſarta nepotes.
E x illa Fridricksburgum contendere. finis
I s fuit acceſſus noſtra hæc in regna prioris.
D ijq́; deæq́; omnes, nemorum quibus iſta tueri
F rondea regna labor ſemper fuit: anné canentem
F as ſiet, appenſos mirarier hoſce probati
C onſilij euentus, quo ſæpius iſta locorum
C ulmina celſa ruunt, ſubitiſq́; è motibus vrnas
S ic variant ſortes, iſtam vt cum Iuppiter inde
D eprimat, hanc alio ſubuectam ex ordine tollat:
D eſuper aſpiciens, vbi rerum fata viceſq́;
A lteret, ac fragili concedere robora cogat.
N on etenim dubio ſtatuas mortalia caſu
F errier: ætherio ſubſunt tua cuncta Tonantis,
Q uæ diſpoſta regit ſapienter, vt omnia certis
M enſuratq́; locis, & tempora in optima voluit.
N on ſemper Babylon, non ſemper floruit alta
P erſepolis, cecidêre etiam latiſsima Troiæ
M œnia, & inſignes ſtrauit Lacedæmon Athenas.
Q uin iam Roma ſuos poſuit ditiſsima faſces
P enè etiam: quamuis fulcire palatia totis
C ertat inepta vijs, & ſpe ſibi mollia reddit

Damna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D amna procax, interque leues cadit æqua ruinas.
T um nihil egregios vnquam ſuccreuit in vſus,
A lterius quin clade gradū ſibi fixerit. annon
A ſſyrij Medum, Medi euexêre Philippos?
T roia euerſa Albam genuit, quæ Romula poſtquàm
C reſcere regna videt tandem eſt euerſa. reliquit
I taliam Cæſar, dum Thracica littora magnis
I mperij titulis, magnoq; inſcripſit honori.
Q uid factum? creuit Conſtantinopolis: at ſe
I ntereà Latium fœda inter raudera ſeruat
P erfuſumque dolis caput inter priſca tuetur
V ulnera. Nec tantùm hæc clades fuit vrbibus: ipſa
R egna etiam, ac homines fortuna ampliſſimi ab iſto
F atorum pendere gradu. Numitore perempto
R egnat Æmulius: hoc ſublato Remus habenas
A ut rapit Imperij, aut fuerat rapturus. at illum
R omulus ante quidem iure in noua funera verſo
O ccupat, ac factum violata lege tuetur.
P ompeium Cæſar fregit: verùm hoſte necato,
S ic demum regnat. paruas cum forſitan vrbes
D eſeruêre Dij, ſic magnæ in maxima ſeſe
C ulmina confirmant. Iulino maior in omni
N on fuit Europa: Sed enim periſſe neceſſe
H anc erat, vt tanto Lubecum aliquando ſub auras
S e ſplendore ferat. multi cùm creſcere certant,
E x alijs cauſam, quos tollunt Numina, quærunt.
A lternat ſortes igitur fortuna, Deoq;
C enturiante vices quæcunque humana verentur.
A ut quis Gorrenſes pulcherrima robora muros,
A rcem amplam, lepidamq; ſitu, regumque priorum
D elicias, quisúe Hiortholmum, aut Ebelholtica ſaxa
A tq; Eſromenſes ditiſſima tecta penates,

H uîc Fridricksburgo ceſſura putaſſet? habebant
S öburgum atq; Aſſerbouium non vilia pridem
N omina, cùm magnis res vtilitatibus eſſet
E xplorata. quis has etenim, quis neſciat arces
S ic olim extructas, Nortuegica vt arma viroſq;,
Q ui noſtra hæc multo ſanè infeſtare ſolebant
L ittora procinctu (poſtquàm irritata iuuentus
I n veteres quocunque modo, quacunque viarum
A mbage inferrent crudelia prælia Danos:)
A uertant ripis, adituq; excludere poſſent?
T emporibus ſiquidem priſcis, cum puppibus vſi
N ortuagij longis remorum impulſibus eſſent:
H uc ſeſe iuxta littus delata frequenter
T urba immittebat: quæ rem graſſata ruenſq;
A fflixit, ſpoliatq; bonos prædaſq; per vrbes
E t pagos agere: ac ſubitis ſe curſibus inde
T ollere, & in celeres iterum dare dorſa carinas.
O buerſa eſt ſiquidem parte hac Sialandia duris
F luctibus. at facile eſt, non præceps ſcandere littus,
Q uod promptè excurrit ripaſq; extendit arenis.
V t nihil & memorem Piratas, maxima quorum
A ntiquos inter ratio fuit. inde frequentes
I nſtabant Angli, hinc Sclaui ſubière, graueſq;
I nterdum Sueci, nuc Saxo immanior, omnes
T antabant aditus: & eó vehementius, ipſos
I nterdum Reges quòd diſſentire viderent:
V el Reges propter, populum diuerſa tueri.
N unc verò Danis poſtquàm ſociata quieſcat
N ortuagia, & ſeſe ſub mutua lucra frequentent:
C umque etiam bellis non ſit iam priſca gerendis
F orma: nec è veteri graſſentur more Tyranni:
L argior hiſce quidem nihil arcibus eſſe neceſſe.

Vtier,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V tier, & damno iam poſſe minore reuelli.
A t Knardruppenſem ſubuerſis omnibus ædem
S ublatam quererer, niſi iam fortaſſe querendo
N il agerem. Fridricksburgo famulantur auitæ
M aiorum vires: ſeque hanc labor omnis in arcem
T ranſtulit, ac ſolidis ingeſſit culmina muris.
I d certè affirmo, Boreæ quantum iſta venuſti
E ximijque operis dant regna, hac pulcrius arce
E ſſe nihil. ſyluæ ſunt multò ampliſſimæ: in illis
N on auium tantùm, at videas genus omne ferarum
D egere, & è magnis proſtare cohortibus: ipſis
I nſiduntque vijs, dextrasque interrita lambunt.
F rumentis ſatio eſt ſyluis permixta feraxque
S ufficiensque ſatis: dites habitare probosque
R ex iubet, ac dulci tractat virtute colonos.
S ola aqua defectu Regem afflictabat: at illam
A rtifici perductam opera ſic intulit: vt iam
P er medios montes, loca per decliuia miro
P ropulſam ſtudio videas ſaliendo canales
I mbuere, & totum deuoluere pondus in arcem.
S ed nihil iſta ſequar. poſtquàm huc venêre Ducemque
V xoremque animo recreat FRIDERICVS, & eſſe
C uncta ſecunda ſtudet. mox demum in ſeria luſus
V ertit, & Huldrico quæ ſit ſententia pandit.
I lle nihil toto cunctatus pectore, ſi quid
H oc fieri velit, & fieri quoq; poſſe putarit:
S e nihil auerſa Generum decernere mente.
E t mihi nulla etiam concedi hic deniq; poſcam
R ex ait, ætherio quæ non accepta Parenti
H anc mihi perpetuò turbarent impia mentem.
E xquiram quæ certò igitur concedere poſſis,
E t quæ recta petam. quo me cœleſtia ducant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ura ſequar: reliquis tribuam nihil omnibus. id cum
D ixerat, actutum ſacris qui præfuit, ore
N iclaum vocat. is Regem per multa ſecutus
T empora non placidas multorum ſæpius artes
P ertulit: atq; malis cum conflictatur, agendo
Q uod deceat, furias cunctorum vincit. at ipſi
V irtutem propter cùm Regi charior eſſet,
C onſilijs adhibetur, & huîc iam deniq; cuî Rex
S ic loquitur. Niclae, Fides tua pluribus hiſce
N unc annis mihi nota facit, ne te ardua celem
Q uæ ſunt non dubia ſtatuenda negocia lance.
C ùm mihi iam pacem dederit fortuna: parentes
A bſtulerit Deus, atq; ætas increſcat: & hîc iam
H æredem optarim mihi qui ſuccedat: habendam
V xorem ſuadent rerum argumenta. nec illam
E procul amotis traducere gentibus eſt mens:
Q uòd nihil hæ nobis, nec nos fortaſsis & illis
V ſu erimus. vicina dabunt, ſi ducere fas ſit.
H uldrici Gnatam, quæ quo mihi ſanguine iuncta eſt
I gnorare nequis: animo delegimus. iſtam
E expedias ſalebram. nam duci poſſe, probari
E xemplis video. rurſus me longa priorum
C onſuetudo patrum, & legum reuerentia terret,
N e quicquam triſti noceat quod vulnere, tentem.
E t ſanè eſt animus, nihil hîc committere: duro
Q uod mihi pòſt victam preſſet ceu pondere mentem.
N on amor hic tantùm me mouerit, eius vt vſu
O ffendam ſuperos, aut me non digna probarim.
Q uanquam, ſi fieri non læſo Numine poſsit,
C onfitear mihi rem ſic cordi hanc eſſe: ſub iſtam
V t potius cupiam partem inclinare, licebit
Q ua duci. hæc igitur ſolo medicina paretur

E verbo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E verbo, cuî ſe ſuperi ſententia cœli
I nſeruit: quod noſtra probans Eccleſia latè
I am colit, ac certa pietas ratione frequentat.
H uîc mea diſpliceant ſi iam nil vota, quieſcet
M ens mihi. nam reliquis nec frangi pectora, nec rem
F irmari patiar. Deus eſt quem offendere nolo.
C ætera ſic ſtringam coëuntia limite: ne quid
I ſta ligent, vero quem ſoluunt Numina ſenſu.
V ade age, & Hafnenſem celerans te confer in vrbem
A ccedasque viros, noſtris qui ſacra Lyceis
E xpediunt: horumque animis mandata recludas,
E fieri quæ poſſe putent, quæ vera probarint,
Q uæ Superis nihil eſſe dijs contraria ducant:
P erficiant ſcripto, certisq; illata tabellis
E t comprenſa notent. nil gratia mouerit illos,
N il metus. è ſacro pandant mihi fonte quod huius
C onſilij euentum ſupero coniungat Olympo.
F inierat. ſanè obſtupuit Niclaus, vt iſtuc
T endere conſilijs Regem videt: idq; vetuſto
M aiorum pro more, quibus nihil iſta licere
C onſuetudo dabat. gradibus ſic iura fuêre
L onginquis concluſa, vltra vt ſponſalia fines
H os pia conſtiterint, ſoboliq; inſcripta parandæ
P lanè eſſent. ſi quid vetito ſubnaſcier vſu
C ontigit, exoſum ſuperisq; hominiq; putabant,
A tq; prophanum etiam. miſeros plerunque parentes
I gnibus vrebant, ceu deteſtanda luentes
C rimina, & haud alia quàm flammis clade pianda.
H ac igitur motus tum conſuetudine, mentem
T urbatur Niclaus. at hæc cum maxima ſoli
H aud ſibi committi rerum momenta videbat;
C onſiſtit firmus, mentemq; ad cætera voluit.

Vt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Vt verò Hafniacam venit delatus in vrbem
Extrema iam luce: vbi nox ſibi prima tenebras
Induit, ac ſtellis aperit rutulantibus orbem:
Actutum mandata viris exponit: eosq́;
Huc animi curas, huc iam momenta iubebat
Omnia ferre: quibus veris certiſſima dictis
Et verbo firmata Dei, ſententia conſtet.
Haud humeris onus inijcere: vt concedere quisquam
Hacúe iſtucúe velit. non laruam gratia rebus
Inferat: ac blando non velet crimina ſenſu.
Regia conſilio via ſit: nec dextra ſiniſtram
Mutet, vt excuſſos metus aut reuerentia ſternat.
Quod Superis æquum, ac verbis cæleſtibus eſſe
Menſura conforme ſciant, exquirere certent:
Quæſitumq́; velint ſcriptis inferre tabellis.
Nec res vlla ipſos moueat, nec terreat vlla,
Cœleſti quæ non verbo eſt expreſſa. paratum
Se quoque qui quæ recta ſciat, firmando probarit:
Communemq́; ferat tanta in ſuffragia dextram.
Hæc mandata quidem poſtquàm expoſuiſſet, ab illis
Rſponſum eſt: Regi primum gratarier hanc ſe
Coniugij curam. tum verò id deînde præcari,
Vt conſtans fiet, ac nullis ſubuerſa labaſcat
Prauorum ſtudijs. huc re iam deniq; ventum
Eſſe etiam, optandum nihil vt ſit maius, honeſta
Quàm Regem ac grata donari coniuge poſſe,
Quæ placeat. regno venturam hanc eſſe ſalutem,
Poſteritati etiam ſi conſulat ille: dariq́;
Vxorem ſinat, ac faſces in pignora mittat.
Præſentem verò quod ad hanc rem pertinet, eius
Sic curam acturos: vt quæ ſint iuſta, ſequenti
Læceſciat. nec enim longis ambagibus iſtud,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S i vera expendas ratione & ſenſibus, errat.
C olloquijs mox diſceſſum eſt. redit altera, quaſe
P rotinus à prima coniungunt luce: ſimulq́;
R em totam ad verbi normam cœleſtis, & ipſum
A d Moſen referunt: qui connubialia poſtquàm
I n populum ſacra iura dedit, iam vincla gradusq́;
V nà omnes pleno deduxit ab ordine, gentem
Q uos vitare quidem voluit, penitusq́; cauere:
H æc quoties placidas connectant fœdera mentes.
A ſt autore nihil prohiberi hoc iungier illos
Q uos tu iam priſcis Amitinos vocibus eſſe
D ixeris: è parili quos ſpectat linea ductu
Q uam tu communi ſubnatam à ſtipite cernis.
N ec dubium eſt, hos ſi rerum pater atque hominum Rex
I ntereà fœdos voluiſſet haberier ignes
I nfandosq́; gradus, aliquà vetuiſſet: & ipſum
N on etiam hæc fidum celaſſet ſeria Moſen:
Q ui quæ grata Deo placeant, quæ turpia genti
E xtiterint, latis definit legibus: vna
R e ſolidus magnusq́;: quòd haud conceſſerit vlli,
A cœlo poterant quæ non conceſſa videri.
D enique non Moſen veracibus vlla Prophetis
E dita ſcripta notant: nec Apoſtolus improbat: vt nec
E mendat Chriſtus: qui quanquam multa vetando
A bſtulit, hac legi ſubſcripſit parte, iubetq́;
A udiri Moſen: qui quo Moralia pacto
Q ua virtute docet ſeruandaq́; præcipit, iſto
O rdine nequicquam Sathana prohibente, moretur.
V alde aut ſummi furor eſt & magna Tonantis
I ra Dei aduerſus confuſi ſeminis ignes
C onfuſosq́; gradus, quos ipſe ex ordine mouit
C oniugibus. Quare hæc ſi deteſtanda fuiſſet

 Copula,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C opula, mandato vetuiſſet Chriſtus, eamúe
I pſe etiam Moſes diſcluſam legibus vſu
T olleret, ac fœdas inter iuſſiſſet haberi.
N unc cùm nil horum tibi factum conſtet: et illi
Q ui vel Apoſtolicis vel Chriſto proxima ſeclis
L umina ſuccedunt, nihil hæc mutanda putarint:
Q uis quæſo damnet, quis culpet denique: quod nec
S ubuertit Chriſtus: nec Moſes tollit, & illi
Q uos vidit dulces Eccleſia prima columnas
N ec dicto carpunt, nec fœdum moribus arcent?
H æc noſtri baſis, & rerum firmiſſima moles
R eſponſi ſuprema fuit. pòſt commoda nobis
E xempla, & leges Latijsq; probata Monarchis
I ura expenſa putes. cunctis concluſio tandem
H æc conſpirabat. ſi Iuſtiniane duorum
T u fratrum ſobolem poteras impunè Deoq;
I ungere nil læſo: cùm Princeps optimus eſſes:
E t tibi norma foret ſtatuendi ampliſſima verbi
C æleſtis doctrina: cui tùm denique robur
H is thalami gradibus conſulto Moſe ferebas:
Q uæ demum inuidia eſt quod tum fas eſſet, atroci
N unc ſignaſſe nota? & fuerant quæ iuſta parenti,
D amnaſſe in ſobole? aut ſeros vexaſſe Nepotes
T ali interdicto, quod primi legibus æui
D iſſidet, ac vera iuſto ratione repugnat?
C redibile eſt, Legum haud phantaſmata vana ſecutos
E ſſe viros, tali cum iungier ordine fratrum
C oncedunt ſobolem: nec Iuſtinianum ab ijsdem
P erſuaſum, vt temerè poſitis ſubſcripſerit. imò
H ij ſi quid veris ceſſiſſent finibus, ætas
I lla equidem multos & tempora ſancta ferebant,
I nduperatorem qui recta monere ſuisq;

Flectere

F leſtere conſilijs potuiſſent: ne quid ineptè &
C onſenſu firmare ſuo tam turpia vellet.
Q uòd verò id quidam mutatum poſteà dicant,
N ouimus: & cauſas mutatæ legis ab ipſis
P ontificum ſtudijs primos veniſſe ſub orſus
H aud ignoramus. Nec nunc ego diſputo, quo ſe
H æc qui mutarant, poſsint aut iure tueri, aut
E xcuſare velint. Moſen conſidero, qui cùm
H oc coijſſe gradu nuſquam vetet: eſſe neceſſum
H aud ſtatuas, totos prohiberi hac claſſe Nepotes:
C oniugibusq́; gradus hos intercludier. inde
R es ea certa liquet: quòd cùm Romana poteſtas
P ræſulis è vetito diſpenſet iure: putáſne
D iſpenſaturum, ſi quid natura ſoluto
L æſa rigore foret? non id tam ſancta ſupremi
P aſtoris vel cura ſinit ſentire, vel ipſa
H æc rerum moles & vis metuenda Tonantis
C redere permittit. maiore is denique mundum
S ubiectum Chriſto iam ſollicitudine curat:
Q uàm quid laxando, naturæ iura reſoluat,
C oncedatq́; gradus, quos lex diuina prophanos
I mmundosq́; vetat. Legumlatore proindè
Q uot tu cunque gradus non tolli Moſe, nec omni
E xpreſsè videas thalamis depellier vſu:
N on alio ſeu Pontifices, ſiue ordine Reges
H os cenſere putes aliterue exponere ducas:
Q uàm quæ Ciuili ſunt quædam obnoxia regno
V incula, quæ interdum certa ex ratione vel hiſce
A ſtringit princeps, alijs vel laxat: in illos
I d ſibi iuris habens, patrio quibus enſe manuq́;
I mperat, ac toto quos demum iure gubernat.
H uc ea plena quidem diuini ſcrinia iuris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ectoribus concluſa tuis ſpectare putabis
A ntiſtes Romane: quibus quæ gentibus eſſe
I uſta tuis videas, nullo prohibente valebis
I ndulgere. at non pariter quæ expreſſa vel ipſo
A Chriſto & mandata legis, vel Moſe vetante
I am deciſa vides, alio ceu iure licebit
I mmutare. minor fuerit Romana poteſtas,
E t minor eſſe velit, ſeq́; optet ſemper haberi:
Q uàm quæ Naturæ leges, quàm iuſſa Tonantis
R umpat: & elato perfringat iuſta furore,
Q uæ cœlo pridem ſunt confirmata parente.
E rgo gradus cùm ſint ceu Scita forenſia, quos nec
E xpreſsè Moſes prohibet, nec & ordine Chriſtus
E x alio mutat: manifeſtum eſt poſſe remitti
A ſtrictos: velut aſtringi, quos anteà laxos
I am reuocat cenſura, arctèq́; in vincula cogit:
N e quod quiſque ſibi ius eſſe optauerit, auſit.
A t ſi Roma quidem ſe tantum poſſe laborat:
C ur alij fas eſſe neget: ſi commoda regnis
C omparat, ac ſimili rem libertate ſequatur?
N on ego vel fines rerum, vel iura gradusúe
C onfundenda quidem temerè, iam diſputo. verùm
H uc animus mihi tendit: vt id quod Roma licere
P oſſe ſibi credat: fas gentibus eſſe putarit
V nà alijs etiam: nulloq́; furore moueri
S e ſinat, hîc certis ſi Eccleſia ritibus, atque ob
N on dubias rerum cauſas indulſerit vni,
Q uòd non propterea reliquis concedat. honeſta
C onditio eſt Regum, Superisq́; ſimillima diuis:
H is aliquid (cùm non verbi manifeſta repugnet
C œleſtis ratio) concedas: dummodò quod ſic
C oncedis, ſacros patriæ non denique mores

Obruit

O bruit, ac diros non ducit crimen in vſus:
N ec diſciplinam ſcelerato proterat auſu.
E t certè vxorem, nam res eſt iſta paratu
N on ita difficilis, media vel plebe vel inde
N obilium è numero, pro conditione ſtatuq́;
C ætera turba petat. Regum ſors altius alas
E xtulit, in primis liceat quàm figere nidos
F rondibus, aut ramos inter manſiſſe colurnos.
A ſt Aquilæ veluti ſummas in montibus ornos:
A ut iuga petrarum, aut excelſa cacumina ſcandunt,
Q uà ſibi ſede domos, congeſta palatia figant:
V t tutis habitare locis & degere poſſint:
S uſpiciendi etiam non tantùm robore: ſed quod
A ltius in ſuperum deducant culmina mundum,
E t vicina Ioui ponant ſibi regna Tonanti.
I ntereà medijs cum cætera vallibus hæret
P lebs auium, circumq́; domos, interq́; viarum
C ompita, nexilibus ponunt veſtigia nidis:
A biectaq́; inter ſalices virtute morantur.
D ij quantum eſt picis, quantum cornicibus iſtic
P ræſidij. iam ſe turbatæ graculus vrbi
I nſinuat, ſacraſq́; ædes tentoria proptèr
F igit, & aſſiduo turbat clamore volucres.
H aud aliter vulgo natura parabilis inde
A tq; inde vxorem dederit, quæ æqualia ſemper
I ntulerit facili ſponſalia grata marito.
A ſt ea non ſacris fortuna eſt Regibus. ipſis
I uppiter vſque manum varios adiungit in vſus,
A gnoſcitq́; genus ſuperum: communicat orbis
I mperium, & regnis quæ ſunt ampliſſima ſpondet.
F as igitur non eſſe putes hæc vincula Regi
I nijcier, nullo vt delectu in fœdera tendat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C oniugij: vxorem ſubiecta è gente, nihilq;
R eſpondente gradu thalamis inducat auitis.
A t verò exemplum, quid enim? Dauidis? at idem
C um fuerit paſtor, poterat quoq; dignus haberi
C oniuge Nabalis. Salomonem incuria fregit,
Q uòd neq; de proprijs mandati lege petebat:
N ec pietate parem, externam cùm vellet. honeſti
S unt fines, quibus haud claros excedere fas ſit.
Q uin verò ſi quid deformas longa parentum
S temmata, prudentem te ſanè haud dixero. nam nec
D efuerint tibi pòſt ludibria maxima: nec, ſi
Q uo fortaſſe egeas magnarum in pondera rerum,
P ræſtiterit coniunx cùm ſit paupercula: cuius
N ulla voluntati fortuna indulſerit. illam
Q uòd genus haud firmet: neq; fœdera priſca, nec iſtud
P roſapiæ fulgur, reuerentiaq; ampla ſequatur.
C ontemni verò facilè eſt, quam clara parentum
N equicquam ſeries magna in conſortia mittit.
S ed nihil iſta quidem producam longius. at quid
O bijcis. Expediatné igitur iam iura gradusq;
T ollier hos pariter cunctos: quos ſacra vetuſtas
H actenus edicto vetitos præcepit haberi?
H aud ego nunc etiam tollendos cenſeo. multæ
S unt prorſus cauſæ, quarum vi priſca manere
D icta gradusq; velim. nec iam, quis præſulis inde
R omani ſit quæſtus, & hoc quam pignore ſummam
C olligat, inquiro: nihil hæc res auxerit, aut quam
N unc libertatem, aut quæ condi vincula poſcam.
N am ſi laxarit ceu iura politica, quorum
I uſsibus humanis nituntur robora: poſſe
C iuibus hunc laxare ſuis conceſſero. quod ſi,
V t quæ Moſe quidem ſint ſancta probata, reſoluat

Ipſe,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I pſe, velut leges cuî cedant Moſis: in illo
E rrat, & à veri declinat tramite. non iam
I ſta igitur moueam: ſed quæ ciuilia priſci
C ommoda ſint moris: quæ cauſa inducere poſſet
H os graduum fines: & proxima ſanguinis iſta
C oniugia explodat, monſtrataq; vincula ſtringat:
I nquiri potius poterit: ne tanta vetuſtas
A ut temerè, aut nullo muniſſet iura ſub vſu.
E tſi autem dubium minimè eſt, hunc præſulis eſſe
R omani fœtum: qui quæ ſanè ante fuiſſent
L ibera (ſiue alijs prohiberi finibus inter
H osúe illosúe videt) Latiæ reuocata ſub vrbis
A d ſe iura trahit: cunctis iam gentibus iſto
S ic etiam formidandus terrore, quòd eius
A rbitrio poſitum, quo ſe quis in ordine quoúe
C oniugij ſub vincla gradu demerſerit, omnes
A gnoſcant homines: & ſancta hæc eſſe fateri
P ontificis decreta velint iuſſumq; ſequantur:
(Q ua fulmen populis afflatum eſt lege, virisq;
I niectus metus & cunctis eſt Regibus iſta
L arua obtruſa: adeò vt nil pro Republica & vſu
R egnorum, niſi Pontificis Romana poteſtas
S anciat, inceptent: iuſtisúe è motibus auſint.)
H aud tamen iccirco conuelli iura probarim
I ſta antiqua: nec è toto diſploſa theatro
P ellier, ac nullis conſiſtere ſedibus. Ipſos
Q uin magis ad fontes reuocari hortarer: vt vnde
E t primùm deducta fluant, & qualiter vſu
S int ſeruanda, quibus tum deniq; finibus inter
I rrepſere homines, noſtrumq; feruntur in orbem,
A ſpicias. res hæc animorum libera firmet
I udicia, & ſtupidis tollat facienda periclis.

Nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N am ſi quod verum eſt libeatq́ iuuetq́ fateri,
H aud dubites graduum patefactis orbibus, arctè
C ommunem populis cogi rem, & publica valdè
C ommoda conſtringi. quid enim? ſi adijſſe licebit,
Q uæ tibi de proprio poterit iam ſanguine duci:
E ueniet, quanto vt tibi ſit coniunctior, hanc ſic
A ut illam potius cupias. geminauit amorem
V icinis natura, ſubeſtq́ potentior illis
A ffectus. quin ſi liceat duxiſſe Sororem,
N ec Conſobrinam nec proxima corpora tangas,
N ec reliquis etiam tu delectabere. ſed ſi
P erlata tibi lege Soror prohibetur: in illam
Q uæ gradibus ſuccedit, & eſt tum proxima totus
I ncumbit conſpectus. ea eſt vis ſanguinis, vt quo
F ontibus accedas propior, tanto omnibus illos
A rctius apprendas animorum motibus: huc vt
T ute facultates omnes atq; omnia velles
I am bona non dubijs congeſta infundier vrnis.
H ac ſoboles tibi charior eſt è lege, paterq́
E t genitrix, & quæ mox proxima quæque ſequentes
O pplêrit coniuncta gradus: vt nulla proinde
C ura tibi externas poterit iunxiſſe videri.
I mò etiam proprios ſi longè à fonte recedant,
I am minus amplecti, magis & contemnere tete,
N ec curare vides. ita ſi ſe Sturnus in orbem
C ontrahat, externos medius faſtidit hiantes,
E t lanianda fero tribuit ſecluſa volucri.
H is ergò eueniat quid tandem è moribus? aut quæ
D emum homines ſocios concordia iungat in vſus?
R ara equidem, aut etiam nulla. aſt velut Inſula toto
C incta mari proprijs in ſe ſibi littora ripis
C olligit, ac nullas attingit limite gentes:

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S icilli in proprij conuerſi ſanguinis artus,
N egligere externos ſatagunt, intraq́ reducti
C ancellos peregrina quidem nec lucra morantur
N ec damna: ad ſe quòd nihil hæc ſpectare putarint,
C ontenti quocunque ferat fortuna: modo ipſis-
I am proprio magnis, liceat fœlicibus eſſe.
H uc igitur fundi, ſyluæ, poſſeſſio, rura,
E t quæ maiorum fuerant ditiſſima quondam
P rædia, mobilibus depenſaq́ libra, coloni
C enſus, & à primis congeſta parentibus æra,
D euenêre: quibusq́ olim ſunt parta reſidunt
H aud diuulſa locis: tantumq́ hos aucta beare,
Q uos ſemper dominos, ſemperq́ habuêre clientes.
S ic limes coit, & contracta eſt gratia. vel quid
H æc tandem ratio pariat? quos denique fructus
I n medium ferat, & quanto ſe mouerit vſu
I n populos? hoc, quod, ſi fonti auerteris ora,
L arga quibus manabat aqua: vt ſcaturigine multis
C ommodet, ac gratas inducat gentibus vndas.
A ut ſi diuiduo detraxis fornice lucem,
I n tua conuertens tantùm compendia: cùm iam
O mnibus iſta foret communis, & omnibus vna
P elleret oſtenſo ſecluſas Sole tenebras.
H îc lædi multos, & demi vincla neceſſe eſt,
Q uæ prius haud tenui iunxerunt pectora neruo:
E xiſtuntq́ querelæ etiam: quas fundere multos
N oueris, ac vario priuata ea carpere luctu.
N am quantum fuerat lux hæc communis, & vnda:
T antùm erat & ſtudij benefacta in mutua: tantum
C onatus, ne qua fortaſſis parte ruinam
P ublica lucra trahant. aſt hæc cum verſa gemiſcunt:
I am ſibi quiſque (ſua ceu commoditate excluſus,)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſulit, ac miſeris quocunque ex ordine rebus
P rouidet. Intereà facto lætatur, & vndas
S olus habet, ſolus diſcluſo Sole potitur
I ſte prior: nec egens vllis, nec gratus in vllos
E ffundens quicquam. quid ſi fortuna volucrem
I mpellat conuerſa rotam? poteritq́ videri
H uius & huius opis velut indiguiſſe? faceſſat
Q ui ſibi cuncta pari meditetur ſomnia lance,
E t nihil aduerſi metuat. leuis eſſe profectò
R es etiam poſsit, quæ multos ſæpè dolores
A uxerit, ac ſubito faciat langueſcere damno.
I gnis, aquæ, ventus, mulier, Sol, pignora, morbus
F urta, libido, metus: tum quæ coniuncta putari
O mnibus hiſce queant, celſas tibi denique criſtas
E xcutere, aut ſaltem propaſſa ea carbaſa poſſunt
C ontrahere, & tumidos varia premere arte furores.
T ali igitur ſi fortè aliquid patiatur ab vſu:
E t clades inopina nouos in pectora queſtus
I ngerat, auxilio quo ſuſtentatus acerbam
F ortunæ ſortem cumulataq́ triſtia vincat?
Q uin ſibi ſufficiens, iam cunctos ſpreuit. at omni
N emo à parte ſibi ſatis eſt. vicinia multo
P ræſidium tulerit ſubiens conamine. ſed iam
V icinos pridem diſcluſerat iſte. profectò
S ic ſe res habet illa etiam: cùm iura gradusq́
C oniugijs laxantur, & hanc, quæ proxima fonti
P ræſtabat tecum, ſponſalia in ardua ducis.
S oluitur egregij compages corporis: & res
D iuiditur, ſacro quæ poſſet publica nexu
I ungier, & ſolidos in robora ferret honores.
N emo equidem longis congeſta laboribus: (vt ſunt
D iuitiæ, atque aurum, & regina pecunia, gemmæ

Stragu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S tragula, puluinar, ſyluæ, & quæ ruſtica dicas
P rædia, & vtilibus conferta magalia bobus)
D onarit gratis. & non multi luminis Argus
S pectando eliciet compacta numiſmata ciſtis:
N on Neſtor ſuadendo, nec ille extraxerit ipſe
M agnes, qui rigidæ ſubmittit vincula maſſæ,
E t quocunque libet rapido trahit impete ferrum.
A t ſi tu verò liciteris acumine gnatam
V t prendas, prenſamq́ in tecta domeſticã ducas
V xorem: iam tu velut vno ſedulus actu,
Q uod patris omne penu, poſſeßioq́ ampla fuiſſet,
A d te tranſtuleris. ſolæ ſunt nuptiæ, honeſto
Q uæ ſociant animos pacto: quæ fœdera condunt
E t ſimul in quoſuis armant hæc pectora caſus.
D empſeris has, iam collabefeceris omnia iuris
V incula, quo coëat Reſpublica, quoúe per omnes
C onſpiret fortuna gradus, atque ordine ab omni
I n ſocias faciat ſuccreſcere commoda ſtirpes.
N on igitur cuîquam ſoluenda repagula priſcis
L egibus aucta putes. ſunt iura Politica, quæ non
T ollier æqua queant: libeat niſi vertere totas
V nà etiam gentes, confuſaq́ publica triſtes
I nduere in vultus, orbemq́ onerare tumultu.
E rgò nihil liceat ſic lata remittere? quid ni?
S i tamen expediat. poterit concedier hiſce
Q uos ſors alta vehit. ſint ſarta minoribus hæc quæ
I n cunctos etiam ſe fundunt iura minores.
H uc igitur legum ſpectabant deniq́ priſci
L atores. amplo vt ſociarent fœdere gentes,
I nferrentq́ domos domibus: ſtirpesq́ decenti
S tirpibus officio, & vinclis connectere poſſent
V incula. perpetuis flagrarent ignibus vrbes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

R egnaq; non gratis arderent motibus: hac ſi
I nclyta non etiam pietate palatia ſeſe
I nſererent ſtudijs, quæ pacem expoſcere malint,
Q uàm tumidam ſequier leuia ob compendia litem.
Q uin ſi cuî veterum libeat ſpectare fidemq;
C onſilijq; modum, nónne vnica Iulia bellum
D iſtulit: hinc retinet dum clarum blanda parentem,
H inc complexa virum, rectiſſima ſuadet, & ipſo
C oniugij vinclo ciuilia funera tollit?
Q uid memorem faciles furta in laudanda Sabinas?
Q uæ cùm præda forent concluſa Quiritibus: ânnon
E bello pacem, de pace æternna parabant
F œdera? nec tantùm magnis hæc Regibus vrna
D ucitur: in populos ea ſors deſcendit, & omnes
V nius aut terræ gentes, aut ruris alumnos
O ccupat. excedat gradibus, præcepsúe feratur
I n caput, irato vel perdat lumina Phœbo:
Q ui nihil vxorum tribuat virtutibus. illæ,
I llæ ſunt quæ bella mouent, quæ mota ſequenti
C onſilio tollunt. hæ iungunt tecta, domosq;
C ontinuant domibus, ſtirpesq; è ſtirpibus augent.
N on igitur gradibus laxaris vincula. Regi
N ec quæ poſſe licere velit Reſpublica cuncti
A d ſe iura trahant. nihil hîc rationis ineſſet.
I lli non pariles veniunt in vota puellæ:
C eu vulgo. niſi quid thalamos fortaſsè probares
H uîc etiam è vulgo. quæ quanta inſcitia, quantæ
S tulticiæ, & quantum dolituri pectoris eſſet:
T eſtari euentus & prodere iurgia poſſent.
A n verò ignotum ius eſt vxoris? an illi
C oncedas nihil? imperij pars plurima ſæpè
V xor erat: cuî quod placuit, placuiſſe marito

Accep-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A cceptum putes. Eudoxia ſola, vel ipſa
P ulcheria, aut placido nomen cuî ceßit ab vſu,
R em confirmabunt. Regi cur ergo Monarchæ
F as ſiet è vulgo, thalamo induxiſſe maritam,
Q uæ vulgo præſit, magnaq́ue è parte gubernet?
A ut quid tute putas tali conſorte futurum
D eniq́ue? vel tenui contempta fruatur honore:
V el cunctis non æqua aliquos promouerit. hiſce
B landior, èxcludet reliquos: cùm ſanguinis arcto
P ignore vel iunctis faueat: vel ſubuehat illos
Q ui temerè indignæ blandiri ac ludere poſſunt.
Q uin plerunque vides mediocria linquere, ſi quas
E x humili fortuna gradu deduxit in altum
I mperij culmen: nec iam tantùm eſſe maritis
C ontempta virtute graues: ſed ſpernere cunctos
P enè etiam, & miſeris illudere ſæpè colonis.
N e quid & adijciam, Regem deſpectui haberi,
Q ui tali ſeſe larua deformat: & auſu
T am ſtulto oblimat veſtigia clara, quibus ſe
I llius èxtulerant primæua è laude parentes:
S i tamen & primis è Regibus ipſe futuris
A lludit Sceptris nataliaq́ue inclyta pandit.
C onditio haud igitur Regum, quæ plurima vulgi
F orſitan eſſe poteſt. datur his, quod denegat illis
E t gradus, & ratio, & regni tutela paterni.
A t verò pœnis non dignos dixeris eſſe,
Q ui leges violant? qui iuris ſepta, gradusq́ue
T ranſiliunt? veluti cum Amitini mutua tædis
P acta probant, Veneremúe petunt, furtoq́ue ſequuntur.
S anè equidem pœnis dignos reor: vtpote magni
I ura Magiſtratus ceu qui ſpreuêre: ſuoq́ue
A rbitrio morum vitæq́ue repagula ſoluunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N amq́ alij, quo more luunt quæ turpia faxint,
S ic iſtos plecti iuſtum eſt: Ciuilia iuris
C ùm tranſgreßi animis factoq́ volumina lædant.
Q uod ſi dimittat Iudex, dimittere poſſe
H aud dubium eſt, niſi quid diuerſo ex ordine pœnas
A ſperet, ac factum ſcelerata labe notarit.
S ed pœnæ quæ forma ſiet? quæ norma, genusúe
S upplicio? ſæuos num conſuetudinis æſtus
I ſtius antiquæ potes ignorare? quibus tum
V ndiq́ congeſtis miſerorum corpora lignis
V rebant, flammisq́ adeò quæ ſumma putare
C rimina, & horribili mortalibus igne piabant.
P ræcipuè ſi quid mulier fortaſſe minorúe
I udicio poterat furto admiſiſſe puella
C ognato ſemen decerpens ſemine: quo ſe
C unque gradu miſeris hærendo amplexibus abdunt.
P enè etenim hoc nullus diſcrimine motus, ad ignes
P rotinus abreptam magno clamore trahebat
I udicijs victam. nihil ignorantia, vitæ
N il ætas varijs erroribus obuia: nil ſpes
C oniugij: ſoboles nihil ædita: deniq́ nil hîc
I us multæ: nil ſacra alijs exempla, dolorúe
P rofuit: incenſis flagrabant omnia tædis,
C orda, rogus, voces. & cùm tibi conſcius eſſes
S æpè etiam ſimilis celata in crimina facti:
V nius in miſeræ exitium conuerſa ferebas
C uncta tamen: quibus huîc ſpoliari lumina poſſent
E t vitæ in triſtes diſſolui membra fauillas.
H uius at inuiſi fuerit quæ cauſa furoris?
Q uæ ratio pœnæ multò immaniſsimæ? ab omni
E ſt habitum populo ſcelus id ſceleratius, vllo
Q uàm quod ſupplicio poterat fortaſſe minore

T ollier. in ſuperos etenim tranſgreſsio Diuos
H æc, inquit Iudex, facto ceu Nidda, redundat:
Q uæ nihil humano poterit pro more piari.
S ed purganda rogis, diroſq; vrenda per ignes
P enſetur, miſeroſq; voret pia flamma. quid iſtud
E rgo mali fuerit? quæ legum fractio? ſanè,
Q uem ſanctum Præſul iuſsit Romanus haberi,
T entauêre gradum: qui fortè ſecundus, eiúe
P roximus, aut quartus, vel quintus deniq;: donec
S eptimus èxcedat: quorum complexibus acres
P ontificis cenſura rogos, flammaſq; nefandas
A uxit, inhumana ſtatuitq; piamina lance.
H eu quid acerbi inerit caſus quantumq; doloris,
I udicia his ſi quid graſſantur publica flammis
E t pœnas è iure augent: quod ſidera nec ius
N ec fas eſſe ſinunt, vlla neq; lege probarint.
H îc ſæuit tibi Roma, omniq; in gente faceſq;
A ſperat, & diro funeſtat regna furore.
C ùm tamen illa domi pueris blandirier, omnes
P ermolere vxores, pinguiq; alludere Mulæ,
A ut quod carminibus non ſit fas dicere noſtris,
V el fortaſſe ioco, vel conſuetudine longa
A ſſerat: ac magnis hos laudibus induat ignes,
I mpunè. intereà peregrina in gente ſecundo
T angentem te fortè gradu, vel tertio, & illis
V lteriore etiam, ſi lapſam comperit, igni
P erdendam ſtatuit. nihil eſt lacrymisúe manuúe
I udicis implorare operam. ſententia prenſam
D amnat, & in medios miſerandam deijcit ignes.
C ur? quòd Papa gradu vetuit miſcerier iſto:
N oſq; hac vtamur iam lege. tamen neq; Moſes,
N ec ius hoc quenquam prohibet Ciuile? ſed illis

Pontificis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ontificis maior frænos ſententia ponit:
E t quod naturæ leges, quod Moſes, & ipſi
I nduperatores poterant tranſiſſe videri,
S arcit, & in melius quæ ſunt bona publica vertit.
H oc igitur ceu Iudicio periêre, ſimulq́;
I am pereunt multi: quos nec natura, nec ipſe
C hriſtus, nec legum fœlix reuerentia perdit,
C ondemnatúe reos, hoc tantùm nomine. Romam
D ilatat graduum conſtrictio lata: reditq́;
P ontifici pretium, ſi multa occaſio multos
P erdit, & anguſto libertas iure colatur.
Q uo tamen hæc demum titulo res acta nocentes
O bruit? Inceſti peragunt ream. at iſte Tonantis
A rbitrio gradibus iam dudum expreſſus, in iſtos
N il agit, excluſo qui nomine facta tueri
E t monſtrare queunt: ciuili forſitan vſu
L ex ſiet, ac factis in iura politica linquit.
C ur igitur tali minor hæc tranſgreſsio pœna
M ultatur? Moſi ſunt pridem crimina certis
R eddita nominibus, quæ flammis expiat. vltra
H æc ſi quid miſeris ſupplantat caſibus vllos,
V t peccando ruant: generis quæ plurima noſtri
E ſt natura, interq́; graues ſumus aduena lapſus:
I n ius delinquit, quod vel ſibi forſitan vrbes,
V el Reges etiam manifeſta ob commoda firmant.
N il flammis dignum admittunt. ciuilia leges
C rimina ciuili deducunt more. quis ergo
H ic furor eſt, quæ ſunt commiſſa politica tali
P endere ſupplicio? Iuſtum eſt, vt pœna modusq́;
Æ quetur facto. nec cum tranſgreſsio legem
C iuilem violat: naturæ aſperrima legum
V indicta infandos ciuilibus ingerat ignes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A nné Magiſtratus tanto ſe iure putarit
A rmatum , arbitrio pœnas vt cernere poßit:
E t libeat quodcunque, etiam ſibi poſſe licere
C onceſſumq́; velit: quò tollat crimina, vel ſic
I nijciat remoram, & mentes terroribus iſtuc
P erpellat: iam recta ſequi vt nitantur: & hoc quod
E ſſe ſciunt vetitum, pœnarum ob pondera damnent?
H aud ius eſſe nego. conſtet modus. ille virisq́;
P rincipibusq́; pijs qui publica iura miniſtrant,
E vera ratione ſiet ſic conditus: vt ſe
Æ quatam pœnæ ſtatuat tranſgreßio. flammis
Intereà abſumi deceat, quæ prorſus Olympo
S ic pugnant, Niddæ vt iam nomine dira ferantur,
E t nihil humani pandant immania ſenſus.
P rimùm igitur diſcat, quid ſit ſcelus: inde piando
T ransferat ad pœnas æquatæ fulmina lancis:
V t quæ iuſta, luat ſcelerum reus. arbitror ignes
P lanè alia è cauſa quàm vulgus iudicat, eſſe
F lagitijs pœnas. Nam quod tibi Culeus, enſis,
F unis, & in certos rota detorquenda furores:
P œna moleſta quidem poteritq́; & dura videri:
H aud moueare. iſtis nam iura Politica crimen
P enſant, ac ſola ferientia morte quieſcunt.
A t flammæ vitam non tantùm abrumpere: totos
A bſumunt artus, totisq́; inſperſa fauillis
M embra vorant: vt quæ diuis exoſa fatiſcant
P rorſus, & hauſta rogis pòſt non ſpectentur. in hiſce
S is igitur prudens: ſcelerum ne æquaueris vrnas
E t ſcutica dignum horribili ſectere flagello.
A ut hîc quid memorem? gratatur Cyrus in vrbe
H aud ſeſe Auſonia cauſam dixiſſe: Sororem
Q uòd ſibi coniugio ſociari iuſſerit. Ipſum

B erenice, & Xerxis non vxor ineptula, ſicut
I d Cleopatra etiam fortunæ inſcribere poſſunt:
I udicibus quod res alijs ſucceſſerit: iſto
F ato etiam magnæ. Nam ſi diſtantior vrbi
L inea Romuleæ poterit damnata videri:
Q uid fieret, complexa gradus, ſi proxima iungat:
E t gnatum Matri, fratremúe ſororibus ipſis
C opulet, ac fontes adductis fontibus addat?
N i fortaſsè etiam vel ſcrinia pectoris iſtud
E xcuſſiſſe mali poterant: vel iura ſacrato
N aturæ emendet diuina pecunia bolo.
I d non opprobrij, (nam nec mihi Muſa, nec ipſius
I ngenij vigor, id ſceleris concedit, vt vllos
O pprobrio aſpergam, calamosq́ in iurgia limem)
N on inſectandi ſtudio ſequor: at magis, vt poſt
I nclyta gens, ſummiq́ viri, Romana poteſtas
P ontificumq́ labos doctrinaq́ maxima, veris
I n rem conſilijs, vera ratione tueri
E t ſpectare velint. Nam quid prætendere vero
H îc tandem laruas poterit prodeſſe? quòd orbi
I am ſuus inclinet finisq́ ac meta: ſimulq́
O fficij ſit cauſa tui reddenda ſub illo
I udice, qui tenebras luci deterſerit, & rem
V indicet ex æqua non ex fallace bilance.
C redo ego, ſi rectum vera pietate ſequatur
R oma, nec auerſos ferat in ſacra lumina vultus:
I dolisq́ ſtatum & deformia multa reſcindat:
S i Chriſto ſubmittat opes & maxima regni
C ulmina: multò equidem, ſi quid ſplendoris auiti
Æ ffectet curam, vel cum ſplendore vel vſu
M aiore officij, vitam traducere poſſe:
I mperioq́ viros & iura antiqua tueri,

Si

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S i ſapienter agat, rectumq́ id duxerit alto
Q uod placeat cœlo, quod mens æterna probarit.
E mendari equidem res multas poſſe, & abuſum
A uferri, nequeat neſcirier: atque opus eſſe
C enſura conſtat: pietas qua vindicet æquam
S cripturæ lucem: virtus qua ſordibus acri
P urgetur ſtudio, vitæq́ licentia vinclis
A ſtringi poßit: qua diſciplina reuerti
E t regnare queat: qua Chriſto tota pateſcant
A tria, & attollant humana hæc culmina portas.
D eniq́ qua tantis tandem modus ignibus ipſo
C onſiſtat moderante: ex cuius id anteà iuſſu
E xortum eſt fluxitq́ malum: cuî Roma moleſtum
I nclinat caput, & tacitis gemit obruta damnis.
S anè equidem ſatis eſt ſæuitum in gentibus. aut cur
I udæos Turcasq́ pati Roma æmula poßit:
C ùm manifeſta quidem Chriſto blaſphemia tantis
E nebulonum auſis ſcelerumq́ è nube doliq́
M ancipijs veniat? quos, ſi pietatis honeſtæ
Q uidquam etiam, ac veri pro Chriſto ardoris haberet:
H aud ſanè Antiſtes ferret Romanus. & hoſtem
Q uò ferret ſtudio? aut hanc quæ patientia labem
A ffricet Auſonio Paſtori (Eccleſia cuî iam
P areat, ac ſummos ob curam pangat honores:)
T oxica vt iſta ſciens media inter ouilia tanto
S erpere concedat iam cognita vulnere? quisúe
H oſce lupos rabidasq́ feras graſſarier omni
L ibertate ſinat? iam ſeſe impunè proteruus
I mmiſcet Iudæus agris & ſemina noſtris
L atè auget, propterq́ oculos ſtat ſarcina noſtros.
T urca autem multo nobiſcum fœdere, multis
N ominibusq́ coït: paßim ſeſe Arrius infert

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E x Orco reuocatus, habetq; Polonia, habetq;
I talia antiquis fœdos erroribus. aſt quid?
H os nunquid Petri ſucceſſor maximus arcet?
N um prohibet? num tanta gregi contagia, tantas
A uertit labes, baculoq; ea crimina tundit?
H aud etiam. lautè potius ſpectaris haberi
H oc genus, & primas inter conſiſtere ſortes.
C ur etiam hoc? Soli turba eſt iniuria Chriſto,
Q uem ſolum oppugnat, cuî ſoli illudit: & omni
E x adyto diros effundit in æthera rictus.
A ſt Euangelij cur non iam ferre miniſtros
C ur non Doctores, cur non tolerare profeſſos
D iſcenteſq; poteſt? ratio eſt diuerſa. ſed vnde
I lla etiam? Chriſti ſordet res omnis: eamq;
I n prædam veniſſe, nihil faſtigia turbat
R omana. at Papæ regnum ſubuertier, id quod
S anè Euangelij doctrina hæc purior vrget:
H oc demum eſt hulcus, quod tactum Regia nollet
P ontificis, penſatq; graui longum enſe dolorem.
N on etenim Chriſto, ſed Ventri Romula ſeruit
T urba Deo. Hæc igitur poſtquàm doctrina culinam
I nuiſæ ſuperis turbæ oppugnauerit: illam
N unc face, nunc gladijs, nunc ſæuo carcere frendens
P erſequitur Latium, vitamq; in præmia fidi
N auatiq; operis, pretiumq; è ſanguine poſcit.
S ic ergo haud Chriſti cauſam, ſed Roma culinæ
I us agit, ac menſis obſonia vindicat: vni
C uî rei ſtudium, cuî ſæuos deſtinat ignes,
E t Venerem parili, defenſam promouet enſe.
H is quæ regna locant operam flammiſq; maliſq;
N unc in conſpectu eſt. latè dominatur habetq;
R oma ſuos tota furiunt qui bile clientes:

Incenſoſq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Incenſoſq; rogos cumulato ſanguine paſcunt.
At ſatis eſt, ſi quid ſapias iam Roma, cruoris
Innocui fuſum. ſit meta furoribus: adde
Iam finem pater, & melioribus vtere ceptis.
Non Euangelium ſubuertier igne putabis
Hiſpano. Chriſtum non flammula ſtrauerit. eſt res
Prorſus inutilis haud alios in tanta lacertos
Vulnera moliri. poteris prohibere ſalutis
Doctrinam populis: potes intercludere tanti
Vſu operis, ne quid confeſſio publica latè
Conſtet, & abductas reuocet ſub lumina mentes.
At verbo frænos immittere, nequid eundo
Progrediatur (& ex alijs noua gentibus huc iam
Semina comportet: ne lucrifecerit hos nunc
Nunc illos Chriſto) nullo potes æmulus auſu,
Quocunque in tantos nitaris acumine motus.
Quod Deus impellit, non fulcit Roma. quod idem
Promouet, haud quicquam reuocauerit illa. faceſſat
Qui ſtatuat cœlum mortali è lege teneri.
Sanguinis intereà fuſi reus, inde reatum
Dixeris æternum, pietati vnde alta putabas
Præmia decerni. Latium ſapere opto ſuiq;
Scire boni cauſas: Romamq; ad priſca reuerti
Commoda: quæ fidei potius ſub flore quieſcat.
Quàm bellis maior violento regnet ab enſe.
Quin, ſi quod res eſt placidè ſpectarit: an iſtum
Non etiam acceſſum: non hæc fortiſſima latè
Regna videt, ſolo fidei quæ limite diſtant?
Cætera conſenſu iam pridem iuncta: quòd altos
Auſoniæ titulos & maxima quæque libenter
Concedamus. opum mira eſt poſſeſſio: terræ
Fertilitas ſumma eſt: excellunt artibus vrbes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ngenijsq́; viri ſuperant. nec cætera deſunt
H umanæ tribuunt quæ ſunt ampliſsima vitæ.
H æc vera eſſe ſciunt, quibus eſt res cognita. ſolo
D iuidimur verbi ſtudio cœleſtis, & illo
Q uem parit haud fallax pietatis regula, ſenſu.
I mperet hîc ipſi Latium ſibi, pectora Chriſto
S ubijciens. fidei normam non deniq; fictis
I nuoluat gloſsis: patiatur aperta referri,
Q uæ Deus ipſe iubet nullis confuſa tenebris
P andier, & cunctis vitam dat gentibus eſſe.
D ij quanto deînceps numero latiſsima ſeſe
R egna huic adiungant? primos Germania faſces
I ntulerit theatro: tum Dania tota feraxq́;
N ortuagia, & multo tibi cognita Suecia lucro,
V ngaricis pars multa locis, pars multa Bohemis
S armaticæq́; plagæ, vicinaq́; limina Ruſcis.
A nglia mox Scotiq́; etiam: tum plurima Belgis
P ortio. tum quæ iam turbata eſt Gallia magnis
P artibus aſpiret communia ad optima. veram
I ndue tu primùm vitam tibi: protinus omni
T e plauſu extollet fidei gens æmula noſtræ,
Q uæ nomen Chriſto dedit, & iam militat aſtris.
Q uod ſi quid duri eueniat, quod pellier armis
A c ſtudijs deceat communibus: ocyus iſta
C ontrahere, atq; hoſti terrorem immittere poſsis.
S i moueare nihil monitisúe aut cladibus, hanc vt
C oncilias tibi Roma manum: ventura paueſcas
V ulnera, quæ tibi non prædicta negaueris. aſt quid
H æc multis non grata ſequor? quanquam eſſe precarer
S ic infixa animis, vnquam ne excedere poſſent,
N ec mea fallaci premerentur dicta cachinno.
H æc vbi coniuncti diſcuſsimus omnia: tandem

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C um viſa exemplis res eſt quoq; poſſe probari:
M aiore hanc ſtudio deduximus. aut quid in ipſis
I nduperatorum gradibus deſideret, is qui
H as etiam vera ponat ratione tabellas?
M agnificis gens eſt hæc patribus ædita: ſed non
T anta tamen, Chriſto quæ planè aduerſa tueri
D ebeat, aut iuſtas naturæ exſcindere leges.
Q uid tamen hîc Cæſar? nil, quod non Papa probauit.
P ontificis permiſſu igitur cùm ſponſa petatur
E gradibus, quos vel iam conſuetudo, vel ignis
E ſſe diu vetitos docuit: quid ritibus actum
H is aliud eſt, niſi monſtratum iam Præſulis eſſe
I udicio, (ſummum qui ſe teſtatur in orbe,)
P oſſe etiam gradibus perſonas iungier iſtis,
Q uos ceu non licitos vitauerat hactenus orbis.
N am Moſen contra nihil hic præſumit: & ipſas,
N aturæ leges, ſcripta inuiolata, relinquit.
H æc res tunc animum valde firmauit: habendas
P ontificiq; etiam tum grates duximus: vt qui
I lluſtri exemplo iam demonſtraſſet, inani
N itier iſta baſi quæ damnant iura propinquis
C oniugium: tolluntq; aditus in fœdera, quos nec
O bſtruxit Moſes, nec Chriſtus ſuſtulit: & iam
C onſenſu veros deducat liber in vſus.
H umanis tantùm decreta ea legibus eſſe
C onfirmata: quibus parili iam derogat ipſe
A rbitrio, atq; modum poſitis ciuilibus addit.
S ubiectis igitur Papam decernere cum fas
G entibus eſſe vides: iuſtoq; politica fræno
V el laxare, vel iniectis conſtringere loris,
C eu ratio velit, & facto vis inſita poſcat:
C umq; etiam hiſtorijs vulgata exempla vetuſtis

Antiquas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ntiquas inter gentes (moralia quæ tum
C ircumſpectè etiam ſibi conſectanda putabant:)
C ongruerent: cumq; hîc ſibi Regum maximus ipſe
E proprio thalamos habeat nunc ſanguine Cæſar:
D eniq; quod Latio fas ſit: non poſſe negari
F RIDRICO,*cuî non minus eſt ſua Dania Regi*
S ubdita, Romuleis quàm ſunt loca priſca Tyrannis:
C um nobis planè comperta ea duximus eſſe:
R es metam fixit. tandem reſpondimus, Iſtud
P oſſe licere. manu dictis ſubſcripſimus. ipſe
I nijcio Paulus, noſtros tum dignior inter
M aiores Præſul. mox verò Hemmingius: ambo
P ræſtantes clariq; viri: ſed maximus vſu
H ic quoque, & æterno Monumenta ob commoda plauſu.
T andem Niclaus, quem Rex huc miſerat. at nos
I unximus his etiam conſenſum, atq; acta probaui.
V t Fridericksburgum redijt Legatus, ad ipſum
P rotinus acceſſit Regem: quem offendit honeſto
T um ſanè officio magna cum laude vacantem:
D um lites quaſdam agricolis & longa diremit
I urgia, & hos poſita firmabat pace colonos.
A st accedentem Niclaum vt vidit: & ipſe
P rogreſſus, quæ nunc, ait, inde reuerſus ab vrbe
M agnifica, has humiles tecum fers læta ſub oras?
S ubriſitq;, ioco indulgens, & fronte ſerena
P roſpectans. ſedenim iam ſe bona multa referre
N iclaus dixit: ſcriptumq; ita tradidit. hæc eſt
I nclyte Rex, noſtri conſenſus forma: petuntq;
V t tibi ſuccedant fœlici vota Tonante.
I lle autem ſcriptum manibus cum prenſat, id ipſum
P erlegit. vt vidit ſibi quæ ſunt iuſta probari,
S ubmittit cœlis oculos, dictoq; quieuit.

Tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T um verò Generum eſt inter, Socerumq́; benignè
R es tranſacta: animis conſentit Virgo, fidemq́;
T eſte Deo virtus & conſcia pectora firmant.
I ntereà Huldrico labuntur tempora: nec iam
D efuit vlla viris, quæ occaſio tolleret ipſis
T ædium, & in lætos cumularet gaudia riſus:
H ebdomas vna duos triplicato ex ordine cùm iam
C ircuitus, iugi ſua per veſtigia curſu
I ntulit, ac ſupero properans deducit ab orbe:
E xtemploq́; moram velut abrupêre: priorq́;
D ux ita. iam tecum multa, Rex, luce moramur,
E t vario certè noua fallimus otia luſu.
H oſpitibus ceßiſſe abitum, tibi penè moleſtis,
E t ſtatuiſſe velis. mihi tecta domeſtica tandem
S unt viſenda. vxorem etenim gnatamq́; meosq́;
P ræcipuos retines: proprij quo more penates
A bſenti conſtant, ſanè ignoraro: neceſſe
Q uòd niſi multa putem dominis abſentibus vltrò
A ccidere, & vario miſcerier acta tumultu.
Q uanquam nil eius metuam tamen. adde ſubire
H os inter luſus hyberni frigora Solis,
E t mare pôſt leuibus tranſmitti haud poſſe carinis,
I nfeſto quandò acre gelu concreſcat, & omnes
E xcludat puppes: meq́; hîc remoretur euntem
S ollicitumq́;. aderit tempus, ſi fata ſecundent
C onſilium, multo quò iuncti pignore totas
T ranſigere æſtates ſimul, atque hyberna morari
T empora poßimus, ſi ſic libet. Excipit ore
F RIDERICVS, blandeq́; ducem monet. Eſſe profundo
H alcyonum nunc feſta: quibus mare prendit euntes
A dmittitq́; rates, nulloq́; dat ire periclo.
A t neque tu tamen Oceani iam cæca ſubibis

R egna, nec in proprias remearis puppibus vrbes.
N amque incerta fides pelago eſt, quæ fœmina quo ſe
M utat agitq́ modo, variat ſic tempora: cum nunc
T ranquillo inuitat carcheſia mollia vultu,
N unc comprenſa terit ſubitis horrentia ventis.
B landitur ripis, ſumma graſſatur in vnda
A lternatq́ vices, & ſpem ſic fallit: vt iſtos
Q ui nil ſperabant ſolos velit eſſe beatos.
N amq́ hyemis ſeſe committere fluctibus, eſt res
Q uæ nil pacis habet: nil certi in vota fauoris.
I pſe ego iam pridem expertus maris iſtud acerbi
I mperium, didici quæ ſint ſæuiſsima ponti
I ura, nec è tenui venit experientia damno.
A t confide: viam Phœbus monſtrarit eunti
Q ua toto careas meme comitante periclo.
M e placido ſiquidem tranſuectant æquora fluctu
B althica, & eſt aliquid quo me ſibi iungere certant,
A dmittuntq́ ſimul, nec me aſpernantur amicum.
I bimus hinc terra progreſsi, vrbemq́ petamus
M ox Coldingenſem: nunc noſtra palatia, pridem
V ſibus Auguſtæ meritis inſcripta parenti.
E x illis iter eſt rectum tibi partibus, vt quà
S leſuicum Holtzaticis coniunxerit vrbibus vrbes,
P romoueas curſum: fratresq́ inuiſere coniunx
P oſsit, & antiquos meminiſſe aducta penates.
V t verò ingreſſum tùm culta Kilonia tete
A ccipit, in patrios immittas lumina fines
M agnopolimq́ tuam ſubeas. quocunque profectus,
A rcibus & noſtris, noſtriſq́ vtare colonis.
F inierat: cùm verba Duci Rex iſta locutus
P erſuaſit: celeriq́ iter arripuêre volatu
V rgentes. primam feſsis Roſchildia noctem

Præbere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræbere. hîc tali tum rem perfecerat vſu
B eckius, ac tantis Lago veſtit honoribus omnem,
Q uæ loca diuiſis præberet ſedibus, aulam:
V t ſanè auguſto venientes more recepti,
S enſerit haud ſegnes ſua quiſque in vota miniſtros.
V aldè autem Lago præſtabat ſolertia, eratq́;
V ir bonus, ac rerum ſic vſu excultus: vt illi
D efuerit nihil ad talem, qui Regibus eſſet
V tilis ac patriæ poſſet prodeſſe, laborem:
I acobo genitus, quem ſic vel ſæpe ferebat
A ula bonis, vel ſæpè malis percoxit: vt ætas
I lli inter medios defluxerit æqua tumultus:
Q uæſturæ pro more: cui res demit honorem,
I nuidiam cumulat: ſeu ſe approbet illa Tyranno:
N equeat ſeu reliquis auratas pandere dextras
S emper & iniuſto ſitientes fonte mereri.
I lle tamen tantæ velut aſperitatis honeſto
I ngenio victor moderata amplectitur: atque hunc
E ſtudijs gnatum, cùm iam redijſſet, ab aulis
S e mouet. at poſtquàm ſolidaſſet cura Lagonem
C ertior, ac vario firmaſſet pectus ab vſu:
H uîc Rex committit Roſchildica iura, præeſtq́;
V tiliter. Cuî iam Syuardi filia Grubbi,
E ximij quondam dum vixerat ille parentis,
N upſit, & è numeris ſobolem deducit auitis.
T ranſmiſſa cum nocte mora, grex totus abibat
R ingſtadium, ac propero Sialandica prædia motu
E xſuperat. cum iam Korſoras liquit arenas,
B althica de tenui ſubit æquora puppe: ſaloq́;
P almula lenteſcit, vento minus alta ferente
C arbaſa. Sprouenſis vehitur dum littora circum
R upis, in hac, ait, ante duos ſæuiſſimus annos

M eprendit Neptunus. hyems rigidiſsima tantam
P ortubus intulerat glaciem, tale aſpera gelu
S parſerat: vt cunctas, quacunque iter eſſet, atroci
F rigore concretas æquaret pontibus vndas.
A ttamen euenit ſubitis aperirier æquor
F luctibus hoc, tumido cum ſe mare ſubleuat æſtu
E t motu glaciem minuit: quæ fruſta vehendo
A lueus è Notijs Boreum propellit in orbem.
S æpè autem hunc iuxta glaciem ſubſidere montem
A ccidit, & magnis concreſcere molibus: vt tum
S anè etiam euenit. nam cùm ſeſe æquor hianti
O ſtendiſſet aqua, celeres Rex ire carinas
M andabat, quæ ſe Neoburgo ex vrbe per vndas
D etulerint rapido Sialandica in oppida curſu.
N auigat ergò, viamq́ explet tantiſper, in iſtam
D um Sprouam appulerit. namq́ hîc conſiſtere præter
C onſilium multa glacies è mole coëgit,
I nde à Langlandis quæ montibus acta procaci
I ntulit huîc rupi latiſsima fruſta tumultu,
C ongerieq́ furit: Regemq́ obſedit. ab illo
D epulſæ naues reliquæ Neoburgica verſa
L ittora puppe legunt: ſolus Sprouenſia prendit
R ex iuga, & hîc longa detentus nocte quieuit.
A t verò paucis comitatus multa iocando,
M ulta etiam meditando agitat, dum ſidera fallat
Q uæ nunc hyberno rutulabant frigore. Summum
A ccenſis venit ſolamen ab ignibus. hos vt
V nus & alter alit, non admittentibus æſtum
H is facilè, è viridi quæ fumant cortice ligna:
A ſpicit in reliquo numero conſidere, quà ſe
F ortè Sebaſtiânus bellum geſturus in ipſum
F rigus, & audaci facturus prælia cœlo

Abdide-

A bdiderat: cuî tum leuibus, mora nulla, cauillis
A lludens, vel quid ſolito nunc Suendius ipſe
T emperat à riſu? quin nunc iuuet ocyus iſtis
I ndulgere tuis? veniat ridendo voluptas
N unc etiam, & læto perfuderis aëra vultu.
S ic Rex, egregio tum blanda locutus & acri
V erba viro eſt: recreatq́; animoſo pectore, quos tum
P enè etiam mœſtos poterat ſpectaſſe. Sed illi
S uendius haud quicquam (moto niſi tegmine) reddit
L udenti. magno Rex hunc complexus amore,
P ræcipuosq́; inter ſtudio proferre miniſtros,
V irtutemq́; fidemq́; etiam & iuſtiſsima propter
O bſequia. ingenio quo non erat vllus & alto
P enè animo maior, ſed tali prorſus: vt illo
C andidior noſtrum non venerit alter in orbem.
T antum illi pietas & recti cura placebat.
C ertabatq́; etiam cunctis bene velle, virisq́;
I nuiſus nullis, niſi cuî virtutis imago
D iſplicet. huîc igitur tum Rex ita ludit. at vt iam
P oſtera ſurgenti ſe lux cum Sole reducit,
D iſſolui glaciem ſpectant, mediosq́; patere
V ndarum fluxus. tum Rex traiecit, & inter
D iuiſas pelago glacies dilapſus, in vrbem
K orſoram ſalua venit rate. deînde aliquot pòſt
C ætera turba dies ponto admittente ſecuta eſt.
Hæc igitur Regem circum paulò ante pericla
A cciderant: quæ cùm narrando exponeret, illum
H uldrici monuit Coniunx: anné ante ferebas
D eciſum tibi Neptuno cum Principe: ne quid
I htereà turbet, dum tu freta Balthica remis
T ranſire aut celeri properas dare vela carinæ?
O lli ſubridens Regum pulcherrimus: & iam

I lle, ait, Eöo confecta negocia ponto,
E t quæ reſtabant pòſt conficienda moratus
E xpendensq́; aliquo ſubſederat amne: vel ipſum
V andalici littus iuxta maris arduus aptos
I ntulit in radios currusq́; rotasq́;, furenti
Q uas penè Oceano poterit rupiſſe videri.
A ut ſi quid fortaſſe etiam properando iubebat
V el glaciem, vel aquas, vel ſæuos ponere ventos
I mperium: minimè perlata eſt iuſſio. ſurdum
N am mare plerunque eſt, interq́; ingentia fuſum
M urmura non facili patitur ſibi vincula fræno
I nijcier: ſed & ipſe ſenex iam tardius ibit
F orſitan, & tardo regnum languore miniſtret.
S ic dixit: Riſere omnes. tunc illa: neceſſe eſt
H unc miſerum eſſe Deum ſpacijs qui clauditur. & qui
S i paulùm abſuerit, nulla virtute, vocantem
A ſſerat, ac tenues, quòd ſit procul, explicet artus.
N os qui Vandalicis habitamus in vrbibus, illum
D ucimus eſſe Deum, qui ſemper in omnibus implet
O mnia, non ſpacijs d ſcluſus: cuius in omnes
L umen vbiq́; preces nullo prohibente tuetur.
N on ſenio gelidos queritur conuellier artus,
N ec ſe deſtitui curruúe aut Numine plorat.
Æ terna virtute valet, qua murmura ponto
T ollit, & in tumidos diſponit vincula fluctus.
H unc ego credo Deum, hæc mulier mihi Numina firmo.
R ex delectatus ſermonibus annuit. inde
T ranſuectis Sprouam vento ſubnixus amico
S piritus afflabat celeres in lintea curſus,
E t propero dedit ire ratem conamine. tandem
L ittus habent, gratosq́; Fionia læta penates
E xhibet. aſt tridui poſtquàm eſt iter omnibus actum

Curriculis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C urriculis, tandem Coldenſem acceſſit ad vrbem
R ex prior, ac ſecum comites inducit. at illi
L uce ſequente abeunt, & iter cum curribus vrgent
M agnopolimq́; domumq́; petunt. Rex arce moratus
H ac Coldingenſi morbum pòſt ſentijt: inde
D ecubuit prorſus. Medici tentare periclum
D iſcutere: at nullis miſcent noua pharmaca neruis
V tilibusq́; nihil diſpenſant pocula dextris.
A cceſſu morbus ſe promouet. inde iubebat
A cciri Petrum. Seuerino erat ille parente
E ditus, hîc celebres vbi pandunt culmina Ripæ
M agnificasq́; domos: pontoq́; obnoxia ſpectant
L ittora, & alterno tolerant diſcrimina fluxu.
I lla Vrbs ingenijs plerunque excellit: habetq́;
M undiciem pretio. at victus bonitate propinquas
P enè omnes ſuperat, rectumq́; infracta tuetur.
T um verò Muſis iam nunc vacat: eſſeq́; docta
A ut cupit, aut doctos ita deniq́; promouet: hoc vt
P ræcipuas inter iam nomine poſſit haberi,
C uî nihil hoc claro ſit penè antiquius vſu.
Q uis mihi Suaningos, Mulosq́;, quis addet auito
E t gentilitio plerunque ex ordine Langos,
E t patruum & verum dilecto à fratre Nepotem?
I am Thomam cruda tendentem in fata ſenecta,
N iclao genitum & gnatis præſtantibus auctum,
Q uis neſcit? iam quid memorem, cuî Phœbus Apollo
P rima Paludano condendæ iura poëſis
I n patrio ſermone dedit? quo doctior alter
N ullus in inſignes dat idonea pondera Rythmos.
I s Coldingenſi pòſt Conſul factus in vrbe,
P ræfuit officio magna cum laude: tulitq́;
E ſtudijs iuſtos, virtus quos reddit, honores.

Aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ut quidego Hegelios: ſtirps eſt ea cognita priſcis
M aiorum ſemper virtutibus, inde profecta
A Viburgenſi, qua primùm floruit vrbe,
C imbrorum veris prognata nepotibus, addam?
M ulta igitur Riparum vrbis ſunt commoda, multæ
L auticiæ. aſt hominum formæ eſt ita iuncta venuſtas
V t Brabantinis aliquid ceu è gentibus iſtuc
C ommigraſſe putem: Cimbrosúe referre vetuſtos,
Q uos ego mundiciem ſtudio coluiſſe ſuperbo
C rediderim: ceu nunc Tiguricircum oppida pagi,
R elliquias grato videas ſplendore domosq́;
A tq; habitus vitæ, & morum præclara tueri.
E ditus hac igitur cùm Petrus in vrbe fuiſſet,
A prima medicas ætate amplectitur artes,
F œlici planè ingenio fatisq́; ſecundis
S olertiq́; manu. Idæam qui condidit, iſtud
E ridos ingratæ pomum: quod voluere multi
C um ſatagant, laudatur ab his, culpatur ab illis.
I d ſanè affirmo, patefactos eſſe futuris
I ngenijs aditus: quibus id, quod verius eſſet,
A dmonita exquirant: medicinaq́; priſca theatro
R eddita, difficiles pellat non irrita morbos.
H oc opus, hic labor eſt: planè obluctantibus vt tu
I nijcias frænos: totoq́; è corpore vellas.
Q uod ſi liberius quædam fortaſſe locutus
E ſſet, non dubium eſt venia potuiſſe videri
D onandum: tali ſolers quòd acumine rerum
M agnarum cauſas, nexusq́; & ſemina luci
I ntulit: vt ſi non iam tum comprenſa fuiſſent,
C omprendi poſſent diſcuſſis vera tenebris,
Q uocunque aut ſtudio certè, aut quocunque Magiſtro.
N on illum ambitio: ſed rerum pondus, & ipſa

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N aturæ ſeries, confluxus, limes & auctæ
D iſsidijs vires, deprenſaq́; plurima facto,
M ouerunt. fortaſsè aliquid non vidit: & eſſe
L ibera multa ſcio. tamen hæc quæ recta putari
C enſeriq́; queant, bonus haud culpauerit. arte
H ac diducta quidem confectaq́; pharmaca, ſanè
E ffectu ſuperant, ſi quis tamen vtier iſtis
E t rectè pugnare poteſt. Deus eſt iuſti ordinis autor,
E t quæ profuerint, cælo ſub iudice proſunt.
I d dico, ne quis temerè quæ magna, putarit
N aſcier, aut cæcis ſuboriri caſibus artes.
T empora multa ferunt: multos labor inſtruit: adde
V ſibus ingenium, rerumq́; ſcientia conſtet.
S ed quid ego hæc? optarem equidem cultiſsima iungi
P ectora: quæ poſitis odijs, poſitisq́; cauillis
M utua conſpirent in commoda, ſeq́; fugandis
M orborum agminibus ſolida ex virtute pararint.
H æc laudem parerent veram, dant cætera crimen.
E rgo vbi traiecit magno diſcrimine, cimba
P er glaciem deducta etiam, ne forſitan vnda
H aud conſtrata iter impediat, curſumúe moretur:
C oldingam Petrus celerans deuenit, ibiq́;
P rotinus admiſſus Regem deprendit acerbè
A ffligi, & duro torqueri viſcera morbo.
V t verò damni fonteſq́; inquirit, & illud
P ræcipitis vitij vera genus extrahit arte,
M ulta explorando, multa obijciendo: bono mox
E ſſe animo iubet, ac placidos ſibi pectore motus
I nduere. haud iſto tibi detrimenta labore,
I nclyte Rex, venient: tranquillus ad optima mentem
V erte, nec è vana patiare pericula cura.
T ùm verò, at multis, inquit Rex, potibus vtor:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t multis vtor bolis: mihi plurima nullo
P harmaca proueniunt, quantumuis plurima, fructu.
T u ſi quid fortaſse potes, neque parcere curis,
N ec differre velis. at enim, Rex optime, toto
C onfidas animo: neque tete, ait, iſta fatiget
I ntereà requies: tridui labor auferet iſtos
T artarini inſultus & bella grauiſsima morbi.
D ixerat: actutumq; altas ſub pectore curas
V erſat, & è veris medicinam fontibus vrget.
C onfectam Regi exhibuit, quam interritus ille
O ccupat, ac mediam celerans demergit in aluum.
A ltera productos lux intulit aurea Soles,
C um ſimul accedit Medicus. Rex præuenit illum
A nticipans, aliqua videor mihi parte leuari,
D ixit, & hac ſomnum mihi ſidera nocte ferebant,
S anè etiam placidum. Petrus tum deînde peregit
C ætera: promiſsiſq; fides fuit: ipſaq; ſanum
T ertia lux Regem facta ad conſueta reducit.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER IX.

AVREVS intereà reuolutum Cynthius orbem
Verſat, & ad noſtras accedit rectior vrbes:
Cimbrica luſtranti cum Regi prædia mentem
Percellit calor, & ſubitis è motibus altas
Multiplicat curas ſtudijsq́; recentibus auget.
P rincipiò ſatagit ſubacerbas tollere lites
A gricolis: quibus intereà dum bella ſecutus
F orſan abeſt, latè contentio creuerat. vt fit
I mmani ſæuit cùm Mars truculentior enſe
P erturbatq́; animos populorum, & plurima ſoluit
F œdera, & ingenti ſubigit tranquilla furore.
I us iacet, officijsq́; nihil datur. vtq́; labores
V ſibus inferre aßiduis rectißima, vix rem
S ic tamen expedias: ſaltem vt confinia vero
C onſtent, ac ſua ſit mediocri gratia recto.
M ulta etenim iuſti naturam vſumq́; morando
S ubuertunt: multis coniuncta licentia prauum
A ttrahit, ac ſcelerum laruam violentia gignit.
Q uod libeat feciſſe, licet. peccatur ab omni
O rdine, nec ſolis ſua ſunt delicta colonis.
E xcedunt metam Proceres: & purpura fines
T ranſilit, ac ſpurcas patitur Chlamys aurea ſordes.
N amque alij cùm ſe ſperant impune, metuq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H æc ſine facta ſequi: aſt alij iam multa videndo
A rripiunt pariles in lucra ſequentia motus,
E xempliſq; animos in noxia crimina firmant:
Q uidam autem ſtudio cùm ſint pars improba, certè
P ræſenti è rerum forma maioribus vſi
I nſidijs, cumulum ſceleratis morſibus addunt:
L iberiusq; adeò graſſati plurima fœdè
E xagitant: miſeroſq; premunt: plagiſq; moleſti
D eglubunt, totamq; trahunt cum vellere pellem,
E t quæ vita foret, vix vt ſit vita relinquunt.
Q uin ſuus Agricolis labor eſt: & multa viciſſim
I lli etiam ſtolidis deſignant motibus. vltrò
C itroq; inſiſtunt pro conſuetudine lites
E xcire, & pacem diſcordi euellere facto.
C onuicijs ſeſe impediunt: aut limes agellis
T ollitur: aut pecori tacitam vicinia fraudem
I ntulit, aut pluuijs ſubiguntur prædia lymphis,
Q uas cum non arcet, iam ſancit damna colonus.
D eniq; ſemper ineſt cauſæ labor: vt neque ſummis
G ratia præfectis, nec ſit pax ciuibus: vt nec
A gricolis: quibus atroces plerunque minantur
I lluduntq; viri: quòd pars infirmior illa
I am populi ſiet, & toto minor aſſe putetur,
I dgignit fortuna mali, cum Regibus arma,
C um bellum obtruſit: grandeſq; in regna tumultus
I ncutiens latè moderatam dura quietem
S trauit, & ingenti cumulauit mœnia damno.
D iſtracti ſiquidem Reges cùm bella ſequuntur
H oſtileſq; manus animoſq; retundere certant:
H audita qua conſtant iam ſorte domeſtica, certi
S olerteſq; etiam expendunt. Vrgentur in armis,
E xternoq; vacant. priuatum obliuio ſæpè

Obterit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bterit, ac denſis clauduntur iura tenebris.
M ulta igitur fiunt vel fraudibus acta, vel atro
S anè errore: vbi ſe ſpeciesq́; ac linea recti
O bijcit haud proprijs expenſa coloribus. iſtud
E mendare decet, iam parta pace, Monarchas:
E t lucem proferre: ſuus qua rebus & orbi
S uccedat candor, redeantq́; in priſtina leges
C ulmina, & haud dubios referat concordia fructus.
E rgo vbi depulſo ſenſit Rex viſcera morbo
F irma ſatis: nihil amplius is cunctatus amœnam
C oldingi liquit famulis ſtipantibus arcem,
C imbriacasq́; alias accedit lætior vrbes.
P ræcipuum ſedenim veteri pro more Senatum
C onuocat, ac iuri cum iuſsit adeſſe ferendo
D icundoq́;, equidem cauſas cognoſcit, opemq́;
A fflictis tulit: ac violentos lege modoq́;
C aſtigans pœnis ſceleratos expiat auſus,
A ſſertumq́; manu ius & ſubſellia firmat.
H æc res à bellis prima eſt, quæ plurima Regi
D etulit obſequia, & patrios inſcripſit honores:
T urbatasq́; alijs deduxit ad otia mentes.
S alue grata dies, quæ ius atq; æqua colonis
C ommoda diſpenſas. & cùm fugiſſe videri
A ut latuiſſe queas: duplici nunc proxima lucro
S urgis, & optatam reuocas in rura quietem.
T u Solis pars ſacra tui ſplendeſce: poloq́;
D iductam rutilans vibrato ſub æthera lucem,
O ccaſumq́; haud ſcire velis. tibi pacis honores
V tilitasq́; virûm, & recreatus militet orbis,
E xpoſcatq́; dari faciles in lumina motus:
Q uò te ſemper honos nomenq́; & proxima Diuis
G loria, & æternum pleno decus aſſe ſequatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S is fœlix quocunquæ means labare, feraſq́
A nnua pro meritis ſolerti lucra colono.
P ax ſummos inter rerum compendia fructus
V na tenet: Superis quæ verè authoribus orta
H oc habet, vt noſtræ ſit cura ac anchora vitæ,
Q ua feciſſe bonis liceat benè. prælia luctus
M ultiplicant: niueæ ſua ſunt ſolatia paci,
E t firmant placidos tranquilla palatia mores.
L uſtratis igitur poſtquàm Rex vrbibus omnem
I uſticiæ formam ruri partitus & aruis
E xequitur, lucem multis affudit: eoq́
G ratior officio, multorum vocibus vnus
T ollitur, ac primos inter iam ſtare Monarchas.
M ox reditum propero Sialandica in oppida curſu
A ccelerat: propterq́ Fionica littora cymbis
C onſiſtens, tali ſeq́ & ſua voce Tonanti
C onſecrat. Exiguum eſt quo nos Regesq́ hominesq́
P ræſtamus. vita fruimur labente: cui nec
I nijciunt curæ frænos, vt duret: & ipſum
Q uod properat, grauibus deceſſerit obuia morbis,
F ortunæq́ vices ceu vulgi portio, ſentit.
S i quid vel ſanis perſiſtunt corpora: vel res
V tiliter perfecta virosq́ ac regna bearit:
A Superis data dona putes: qui iusq́ piumq́
H umanas inter gentesq́ ac rura tuentur.
I n reliquis nihil eximij eſt. Nam ſplendor & iſte
A ularum fucus nigra conſperſus amurca,
A ut Acheronteo tinctus ſale, lumina quamuis
E minus obiecto percellat craſſa ſtupore:
S i tamen aſpicias propiusq́ tuebere, rerum
V mbra erit, ac tenuis meditata in proſpera fumus.
Q ui niſi quòd vana perſtringat imagine ſenſus

Attonitos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ttonitos, nil verus habet quod dicere verum
S yncerumq́; potes. oſtendit blanda: ſed vſu
F allit, & obiecto mentes percellit inani.
C auſæ alios aliæ impellunt. imitatio multos
P rouocat, ac ſtultos firmare licentia mores.
Q uæ res digna quidem riſu eſt. ſed vulgus ineptè
I udicat, ac ſcabiem contagia mutua gignunt.
S anè ego nil homini melius contingere poſſe
D ixero: quàm ſano ſi quis fortaſſe fruatur
C orpore: & hoc ipſo quòd ſanus viuat, honeſta
M iſceat vtilibus: coniunctaq́; publica veris
I uuerit officijs: pacemq́; ſequatur, & omnes
H uc animi curas, huc omnia pectora voluat.
C ætera quæ vario ſibi quiſque negocia luſu
F ingit, & è ſtolido metitur commoda ſenſu:
Q uis non quæſo videt vel nil conſtantis habere
A rbitrij: vel ſepoſitis huc deniq; curis
T endere legitimis, ſaltem vt per inania vitam
V erſent, ac cæco perdant ſacra tempora motu?
M ulta autem impellunt animos, & multa ſequentes
A lliciunt: vt ſæpè quidem non iſta probarint,
Q uæ merito poſſent & honeſto iure probari.
V ſque adeò haud ſapimus. Quapropter præmia cœlo
D iſpenſante ferunt mortales iuſta, reditq́;
P luribus aucta lues & inundat corpora morbis:
A fflictosq́; fames grauat, aut contentio. Sed quid
I ſta ſequor? Chriſto pax vindice floret. in illam
M ens mihi pòſt ſtudijs totoq́; ex aſſe recumbat:
S i precibus fortuna meis, ſi Numina votis
A ſpirent, placidasq́; ferat mihi Iuppiter aures.
E t nunc Agricolis conſultum ac ciuibus eſſe
S anè etiam lætor. Reſtant maiora, quibus ſe

Inſinuet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nſinuet Deus, & noſtri via prima laboris
C onatusq́; fiet. Dixit FRIDERICVS, *iterq́;*
A ccelerans propero per rura Fionica greſſu
T endit, & actutum Sialandas occupat vrbes:
E xhauſtaq́; via ſub Fridricksburgica ſoluit
M œnia iam denſo conſperſos puluere currus,
O ptatamq́; ſibi grata capit arce quietem.
H îc mihi Muſa nouo ceu pignore iuncta ſequentes
I ndulgere velis læta in certamina verſus,
E t ſtudijs ſupereſſe meis: ne victus acerbo
S uccumbam, quo nunc quatiuntur corda dolore,
A ffliguntq́; graui ſeſe præcordia luctu.
H actenus ipſe quidem cum triſtia multa ſecutus
L atè etiam intulerim noſtris diuerſa Camœnis:
C ùm canerem cædes, cùm bella ingentia verſu
D icerem, & Aönijs ornarem prælia Muſis:
E tſi ſenſit onus mentis vigor: attamen acri
C onſiſtens ceu rupe animo firmabar, & ipſum
Q uod graue pondus erat, ne quid graue pondus & eſſet,
E ffeci: dum me ſectantem maxima vatem
S uſtento, atq́; alacrem deduco in carmina dextram.
A t vice nunc verſa, cùm ſe iucundior addat
M ateries operi: cum ſe res læta ſecundo
P roferat euentu, tædæq́; ac ſacra Heroum
C onnubia exornanda ſient, iam plurima noſtris
L uctibus acceſſit facieſq́; & portio: quo vel
S ubuerti mens læta malo, vel ſegnior ipſo
R eddier impulſu lacrymiſq́; fatiſcere poſſit:
N i Deus & melior rerum fortuna labantem
E rigat, ac aliqua vel ſpe, vel lege dolentem
R eſtituat ſtudijs animumq́; in mollia flectat.
N amq́; ego quid primùm, vel quo querar impete? vix me

Francforto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F rancforto extuleram (quà tu tibi Mœne ruentes
V oluis aquas, totoq; citum petis agmine Rhenum)
V t Venetum terras famoſaq; tecta viderem,
A uſoniosq; viros ita contemplarer & vrbes:
C um ſubitò vxorem morbus truculentior altè
C orripit, ac noſtræ minitatur fata Maritæ,
A ffigitq; thoro viresq; in funera vertit.
H eu quantum Furijs licuit quantumq; Sathanæ
E umenidumq; dolis, dum ſæuo toxica ritu
I n genus humanum ſic deniq; fudit, vt omnes
E x æquo virus mortisq; potentia prendat,
S ubuertatq; bonos, & quæ pulcherrima ſternat.
Q uisńe negat iuſtè quæ monſtra ingentia dicas,
P erdier, & laruas ſcelerato mergier Orco?
Q ualia nunc hominum genera & ſæuiſsima peſtis
L atè etiam multa ſe venditat arte, malumq;
A uget, & incenſos in culmina promouet ignes.
Q uò tranquilla quidem turbatis vndique rebus
M iſceat, ac duras efflarit in oppida lites.
V irtuti ſedenim dominari funera, rectos
T ollier, ac placidis induci moribus vmbras,
V t fato virtus mortiq; modeſtia cedat:
I d dignum meritis ſtatuasq; ferasq; querelis,
Q uas dolor & ſanctæ pietatis cura grauarit.
S ed fortaſſe queri nihil attinet. iſta vetuſti
P ræmia ſunt lapſus: primum quem primus in orbem
I ntulit humani generis Pater. Illius auſu
H æc nos damna premunt, hæc nos mala plurima verſant.
P ræcipuè verò geminat mors aſpera luctus
E t fatum crudele grauat, dum plurima nulli
P arcit, & ex æquo quæ ſunt viuentia tollit.
N on illam pietas, non virtus aurea duram

F lectit, vt abſtineat ſcelerato à vulnere dextram
A tq; hominum afflictis indulſerit æmula rebus.
I ndomitis ſæuit flammis & ſpicula latè
T orquet, & inſidijs longè inſtructiſſima pugnat.
Q uin ſtatu haud ipſam, neq; mouerit inclyta vitæ
C onditio. æquatis in funera motibus illos
A tq; iſtos rapit: vt nihil eſt cuî dicere ſæuæ
B landula verba. genus faſtidit, & omnibus vnum
D urior effræni molitur acumine vinclum.
T um ſi qua variet fortaſſis parte, priores
H os plerunque legit, quos tu vixiſſe probares
L ongius: eximio quòd grati nomine multis
A ut patrias certè iutarent vſibus vrbes:
A ut aliàs vera virtutum luce bonoq;
P ræſtiterint, Superosq́ colant rectumq́ ſequantur.
Q ua nunc vxorem rapuit mihi lège, dolorem
I ncutiens quantum decuit penè exulis eſſe:
Q ui quæ ſancta forent, & quæ gratiſſima vitæ
P erdidit, amiſſa moderata Coniuge: cuius
E t ſtudium, & pietas & formæ ſplendor honeſtæ
I ntegritasq́ adeò morum iam cognita, multis
I nnotuit populis, multasq́ eſt grata per vrbes.
N amq́ viæ comes, & noſtri pars prima laboris
S emper erat: quocunque vocans fortuna maritum
I mpulit, ac varijs obiecit caſibus. Eſſe
I lla domi poterat, fœlixq́ ibi fructibus vti:
Q uos mihi multiplices vel Regia dextera cœlo
D iſpenſante dabat: vel noſtra induſtria largos
A uxit & haud tenui cumulabat pinguia lucro.
M aluit illa tamen conſorsq́ laboris & æui
E ſſe viro: quod iter neq; longius horreat: & ſe
F œlicem ſatis eſſe putet, ſi fortè Maritum,

Hunc

H unc quocunque trahat rerum ſors firma, ſequatur.
S ed non eueniunt ſemper ſperata. putabat
S e redituram etiam, & viſuram multa prioris
I ncrementa boni: qua demum ſorte miſellis
Æ fflictisq; hominum faceret benè: dummodò votis
I lla etiam vtatur tam iuſta in facta ſecundis.
A ſt aliter Superis viſa immortalibus hæc res
E t decreta fuit. nec enim licet irrita cœlo
Æ ffingere iura: nec incertis tibi meta vagatur
V iuendi ſpacijs: & habent quoq; ſidera quo ſe
E xonerent numero finemq; laboribus addant.
T um verò quamcunque petis, quacunque moraris,
E x æquo tellus, Domini eſt: quæ ſeruiat vna
O mnibus electis, præſtetq; in funera quam tu
I n Chriſto victor ſtudeas petijſſe quietem
E t membris adhibere tuis: cum laſſa moleſto
Æ tatis curſu iam ſeſe exſoluier optant,
M andariq; ſolo, mentemque ſub æthera ferri.
I nter at eſſe nihil, qua demum ſede locoué
E xcedas vita: pietas ſi vera decensq;
V irtus, & famæ pulcherrima gloria tete
E uehat, ac iuſtis ornet tua buſta corollis.
C um dilecta igitur Coniunx mihi, membra ſepulcro
I ntulit hîc, Chriſtoq; ſubirit fata Magiſtro
P atronoq;, equidem diſceſſus iura modumq;
C œlo etiam adſcribo, & cuî nunc aſſueſcere lucro eſt,
P ectoribus Superos & ſpe complector Olympum,
H æcq; voluntati ſiet vltima linea noſtræ.
A ſt quòd præſtantem forma & virtute maritam
P erdiderim: non iam ſimili mihi tramite caſus
I ſte meat. nec enim leuis eſt iactura venuſtam
A cceptamq; dijs vxorem perdere, cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t ſtudium & mores vitæque decentis honorem
I pſa probat, quæ cuncta probat, quæ cuncta bilance
P ublica fama vehit. fas ſit ſpoliarier auro
D iuitijsq;: aſt vxorem gratamq; piamq;
A miſiſſe, ſuo ſemper res prima dolori eſt
Q ui feriat ſolido fortiſſima pectora planctu.
E t nunc illa quidem cœlo ſuſcepta beatis
P erfruitur Superis, Chriſtoque eſt iuncta Tonanti:
M e verò mortalis habet vitæque ſtatusque
C onditio, incertis obnoxia caſibus, vna
Q uòd niſi ſpe miſeros ſuſtentem triſtior artus:
C lementi me poſſe Deo, & Cœleſtibus vti
P ropitijs, noſtræ qui ſortis acerba videndo
L eniat, ac miti ſtatuat mihi proſpera vultu.
I ntereà functæ mihi Coniugis oſſa ſepulcrum
F rancforti crudele tegat, famamque decusque
S parſerit, ac toti diffundat nomina mundo.
V tq; ea fortè ſitu, aut aliquo monumenta perirent
I nfortunato, cuî cedunt maxima caſu:
H îc viuat tamen illa, meisque inſcripta Camænis
H as habeat ſolidas noſtra ob commercia laudes.
E xiſtatque dies melior, quæ læta Mariam
R eddat, & in Læti rurſus conſortia mittat.
S ed quid ego hos triſtes interſero gaudia luctus,
L amentisque vaco? poterit tardarier hiſce
M uſa malis, curſu minus vt iam deînde fruatur
O ptato: aſt feſſos conuertat in otia greſſus
E xcedatque vijs, ſtudioque feratur inani.
Q uod ne quà fiat, Supero ſit cura parenti,
Q ui vires animis, qui neruos viribus addit,
I mplicitasque manus turbataque luctibus ora
S oluit, & in veros animum confirmat honores.

E rgo vbi iam Fridickſburgi properando petiſſet
I nclyta tecta: ſuos quos tunc adhibere volebat
C onſilijſque graues rerumq́ue examine claros,
A ctutum vocat, ac tali ſermone locutus
R ex ait. Iſta viri ſunt vobis cognita, qua nos
E t ſponſam regione, & qua de ſtirpe petendam
D uximus: & quantis progreſſi paſſibus iſtud
E xequimur. reliquis colophonem adiecero: quòd non
E xpediat longis ambagibus iſta morari,
E t differre diem qui rem perfecerit. vnum
H îc ego teſtor, ineſſe animo mihi ſimplicibusq́;
E t nil luxum etiam referentibus omnia tandem
H æc finire modis: vt cùm mihi bella quieſcant,
P ropitio mihi bella Deo confecta: modeſto
A c moderato etiam ſecter conuiuia ritu,
Q uæ pro more quidem ſtatuo mihi iuſta parari.
T um vero non latè etiam longeq́; vocatum
M iſero, conuiuas. dent hæc mihi littora, qui nos
E xhilarent, gratosq́; ferat vicinia plauſus.
Q uin age, læticiæ ſi quid fortaſſis & ampli
O fficij è noſtris exiſtat honoribus, eius
E ſſe ego participes cupio, qui rura virosq́;
S ubiectos ſtudio mecum & pietate gubernant:
Q uæq́; adeò duram bellorum maxima ſortem
N obilitas tulit, & mecum ſua triſtia duxit.
H os recreari animis ſit fas, epulisq́; ſacratis
V tier, & mecum ſolenni plaudere ritu:
Q ua mihi luce dari ſponſam volo. nec tamen vllis
F eſta ea militiæ patiar ludisúe iocisúe
I nſcribi. Satis huc par misq́; ac enſibus vſq́;
A ſſueuit manus, & noſtris exercita fatis
I ndoluit. libet hæc ita deniq́; munera Danis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xplicuiſſe viris: vt cultum pacis honeſtè
S entire, ac noſtris gratari ita denique poſſunt.
P oſtremò Hafnenſem tantis conuentibus vrbem
D elegi. haud alius magis opportuna miniſtrat
T ecta locus: ſeu quis iumentis grata requirat
P abula, ſiue hominum conclauia blanda ſequatur.
N unc igitur capita ô vos chara viriq; fideles
P ræcipuiq;, quòd hîc etiam feciſſe neceſſe eſt,
S uſcipere hæc rerum non parua negotia mecum
E t tantis animum curis adhibere velitis.
P lanè autem cupio ceu non ſplendore ſuperbo
H æc mihi perficier, luxuque moleſta prophano
D ucier acta: ita quod deceat, ſeruarier opto,
S eruarique volo. ratio eſt pulcherrima quæ nec
S ordida, nec tenuis, nec luxu ingrata feratur.
S ic breuiter mandata dabat blanditus. at illi
V t Regem audierant, placida mox voce profari,
O fficijsque adeò ſe obſtringunt omnibus. inter
H os Petrus tamen Oxorum tum maximus, vni
C uî pridem Rex ipſe aulam parere Magiſtro
I mperat, vt pleno regat alta palatia iuſſu,
E t ſolers ſpectet quæ ſint ſua lucra Tyranno:
S ic reſpondebat. Quod ſæpè optauimus, iſtud
N unc demum expleri atq; effectum adducere poſſe,
L ætamur. Tibi Dij immortales cuncta ſecundent
P ropoſita, ac votis ſic te fœlicibus ornent:
V t faciles, Rex magne, animos ſtudiumque tuorum
E xperiere. equidem præſtò ſumus ordinibusque
O fficijsque tui: qui iuſſa ſequamur, & hoc quod
M andaris properos equidem ducamus in vſus:
N eque miniſterijs tibi ſit fiducia noſtris.
T u ſaltem fieri cupias quæ grata, videto:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N os operam dabimus, ne quæ non facta ſequantur.
H oc vnum liceat mihi, Rex fortiſſime, verbis
O ppoſuiſſe tuis, non te moderata decere
S ic finire: velis vt Maieſtate relicta
V el tenues inter, vel inanes inter haberi.
T e Deus & fortuna dedit florere Monarcham
E longa Regum ſerie, & natalibus ortum
M agnificis. tua non ratio eſt & plurima vitæ
C onditio peior: qui qualibus vtere regnis,
Q ualibus & populis, animoque fideque tuorum
P erfrueris, non iam poteris narrantibus iſtud
S cire alijs. expertus enim ſis teſtis: eoqúe
R eſpicias, aliquidqúe tuorum nomine, qui te
S ic complectuntur, faciendum duxeris. Eſt res
S implicitas & grata Deo, & mortalibus: aſt hanc
S ic Rex magne colas, vt Maieſtatis honori
C onſulere ipſe velis. quæ cætera dixeris, eſſe
R ectè expenſa puto. ſed enim nil derogo verbis
R ex inuicte tuis. iubeas licet, ipſe iubentem
S ic ſequar, vt quæ iuſſa fient, perfecta probabis.
D ixerat Oxus. erat Petrus Vir acumine magno
M aximus ingenij, & rerum qui plurimus vſu
P ræſtabat, varijs agitatus caſibus æuum,
D um mores hominum multorum cernit & vrbes.
A ſt vbi iam patriam, fortunæ victor adiſſet
C onfiſus virtute, equidem claris vt honoribus, alto
S ic ſimul officio donatur: vt arduus Aulæ
P ræſit, & hanc partem magno ſub Rege miniſtret.
Q uæ res quanta equidem placido tum commoda Regi
A ttulit, & quantos hoc caſu Dania fructus
P ercepit, fortaſſe alius ſermone putarit
S eſe expreſſurum: minor eſt ſua copia Læto,

Hoc

H oc quàm qui merita poßit ratione profari.
N emo equidem inficias dictis conſtantibus ibit,
D ifficili primus quin lucem ac pharmaca bello
A ttulerit: fraudes & cæca regiſtra monendo
D um notat, externas & cogat ad æqua phalanges:
V t minus ipſæ etiam ſibi poſſe licere probarint.
Q uo ſanè officio multorum fregit atroces
I mpauidusq́; acerque minas: regnoque ſalutem
A uxit, vt æternam ferat hæc ob munera laudem.
D e reliquis ſileam. quanquam quas ipſus honeſtas
P auperibus diſpenſat opes quis neſciat? amplo
C ùm cenſu præſtet, multis partitur. honeſtis
V t diſciplinis primo eſt imbutus ab æuo,
S ic nuſquam ceſſat ſtudijs prodeſſe. ſuprema
H æc eſt cura viro, ne quæ fraus Regibus vſquam
O bſit, & immani multorum ſublegat auſu,
Q uod meritò patriæ tueatur iura coronæ.
S ed quid ego hæc? veris cùm rem rationibus vni
P erficiat Regi, non tantùm ſeque ſuamque
I pſe fidem probat: exemplar ſed ſeqúe ſuamqúe
D ecernit ſtatuitque fidem, quam ſera Minorum
P oſteritas ſtudeat vera ex virtute tueri.
H oc igitur Petrus cùm vſuque animoque valeret
S uadendo Regi ſic conſulit, ore modeſtus
E t ſolers auſu. Rex hæc conſulta benignè
A ccipit: ac medios inter cum fortè iocatur
S ermones, tali reſponſum voce ferebat.
P etre, tuis ego nil decerpam vocibus: ipſum
I ſtud agas, quod me deceat, regniq́ue decorem
A uxerit, ac populis videatur gloria noſtris.
S cis autem de Valdemaro quid publica Rege
F ama referre ſolet: cuî cùm ducenda fuiſſet

V xor, & inſtrueret celebri conuiuia ritu:
H oc ſtuduiſſe modo luxum producere, vt annos
P enè etiam multos durarit pompa, foretq́;
P erpetuus quidam perdenda in fercula curſus.
N on ea non etiam mihi mens eſt, optime. tædas
S ic mihi ſuccendi volo: ne fulgore mearum
E xtingui agricolis videas ſua lumina noſtris.
S ic indulgendum pompæ eſt: vt pompa decorem
A tq; voluptatem pariat, non funera gignat.
S ic ait, & leuiter pro more arriſit. at illi
P oſtquàm conſtiterat mandati ſumma, profecti
P rudentem mirari animum, dictumq́; probabant.
P oſtquàm omnes abiêre, ſuo ſic quisque locoque
O fficioq́ue ſtudet iuſsis accedere: ne quid
P ræteritum iuſta poſſet ratione videri,
Q uod Regi curas adimat, tædasq́ue bearit.
F actum ergo eſt, celeri res vt ſe mouerit vſu
E t perfecta ſiet. Regalem protinus vrbem
P abula complebant: & equis alimenta virisque
O mnibus ex regni ſunt partibus aucta, ſuisq́ue
C opia ſe numeris confecta in pondera munit.
D enique ceſſatum nihil eſt: quin quidquid honori
R egio, & hoſpitibus poſſet ſeruire, parato
S it congeſtum animo: cumulisq́ue ingentibus arcem
H afnenſem imbuerit, cellasq́ue opplerit hiantes.
I pſe etiam ſcriptis monuit Rex quosque, iubenti
V t faciles Oxo præſtarent ocyus aures,
P oſcentique nihil quod ferrent rura, negarent:
D ebita ſeu Regi peteret, ſeu cætera nummis
C olligere, & pretio conquirier optima vellet.
L itera quin Dominas etiam tranſmiſſa monebat:
V t quibus ornari cœnacula Regia poſſent

E ximijs depicta notis aulæa frequentes
A dferrent. Dij quantum animi quantumq́; parati
H îc ſtudij fuit. accelerant, promptasq́; alacresq́;
S e præbere. inerat cunctis non ſola voluptas,
S ed deſiderium parendi: nulla quòd iſtud
N on pridem optarit, Regi hac vt parte miniſtret,
O fficioq́; aliquo thalamos ornare iugales
Q uiuerit. egregios plerunque habet aurea cœtus
D ania fœmineos: ſed nobilitatis auitæ
P ræcipua eſt ſeries vitæq́; induſtria, quo ſe
I ngenio Dominæ lucroſa in acumina mittunt:
D um rebus ſtudijsq́; vacant, vnde æquus honori
E xiſtat ſplendor, cenſusq́; increſcat, & auro
A ccedat varijs cumulatum quæſtibus aurum.
V tq́; ornamentis operam dant ſiue parandis,
S eu conſeruandis: ſic cum poſcuntur, honeſtos
N on tenui certè numero viliúe tapetas
P andere: at in latum periſtromata tendere poſſunt
E t celerare tholos, nexuq́; attollere limbos.
I d quanquam aſſiduis perſpectum eſt vſibus: vno
P ræcipuè tamen hoc patuit magis: omnibus vnus
Q ui pretio vt vicit, ſic re maiore vehendus
O rnandusq́; fuit. Dij quæ vos ſtragula, quasq́;
Q uas vidiſtis opes tanta in certamina mitti?
H aud facilè eſt equidem deſcribere verſibus iſtud
O bſequij genus. è toto pars plurima regno
C onuolat: ac quicquid pretioq́; ac arte venuſtum
E t ſublime fuit, perlatum eſt deniq́;. Sed quid
H æc ego? ceſſatum non vlla eſt parte: benignis
C ertatum eſt, ne quæ inferior fortaſſe videri
P oſſet, & aulæis extremam hanc carpere laudem.
I ntereà proprias res Rex agit: omnibus inſtat

Ille

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I lle equidem articulis ne quà ſibi deſit. at illud
Q uod faciat, magno faciat celer impete: ne cùm
F ortè dicata ſacris hymenæis feſta propinquis
I nſiſtant gradibus demum intermiſſa requirat,
E t neglecta prius, tacita inter triſtia mittat.
P ræcipuè Fridricksburgo ſic conſulit: arci
V t fœcunda ſiet multarum copia rerum,
C onfertumq; penu: quo ſe fortaſſe futuris
A pprobet hoſpitibus quos huc adduxerit. aut quid
H æc laudem moderata, quibus Rex inclyte cultum
C orporis hac equidem ſub forma exquiris, vt eſſe
N ec luxu inuiſum, nec triſtem ſordibus, vt nec
I ngratum vario Mæandri flore probaris?
E Xcellens animi decus eſt, mediocria poſſe
I n magna rerum fortuna amplectier: vna
Q uæ Superis virtus cæloq; eſt nata parente.
Q uam qui fortè colunt, hij Numina prima videri
A dmiſiſſe queant: quòd cœlum ac prima ſuperbis
N umina ceu dira conſperſis tabe repugnent:
C um turbant Furijs, ſcelerumq; in vulnera mergunt.
A t durant moderata: Dijsq; euecta ſecundis
P lerunque ad primos ſeruata vrgentur honores.
T andem etiam ſibi quos conuiuas vellet, & eius
A rbitrij teſtes circumſpicit acer: & vt iam
C onſtitit; actutum ſcriptis inuitat, eisq;
Q uæ tædis ſit ſacra dies, quæ iura thorumq;
C opulet ac geminos in fœdera mutua iungat,
O ſtendit. gratum ſic demum ſe eſſe futurum,
V t quocunque vocent paria in mandata ſequatur.
A tq; hæc ſumma quidem tranſmiſſi linea ſcripti
E t ſuprema fuit. ſcriptum placuiſſe probabat
E uentus, faciliq; Deo res iſta peracta eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I amq; aliquot menſes, aliquotq; abiêre Calendæ,
A pproperansq; ſuos ſeſe incitat annus in ignes:
C um ſimul Hafnenſem defertur magnus in vrbem
P rouentus rerum, peragi quibus aurea tanti
F eſta operis, tantumq; decus conſiſtere poſſet.
H anc tum Nobilitas quæ præfuit arcibus omni
O fficio curam latè promouit, & inde
E x varijs regni tum partibus optima certo
D electu congeſta parat: tum pinguia quæque
M ittit, & hac Regi ſe ſedulitate probabat.
P ræcipuum Cherſoneſò tamen extitit huius
O bſequij munus: cùm terra hæc diues alendo
S ufficiat pecori, & victus bonitate redundet,
M ultipliciq; boues numero tueatur & vſu.
M ultæ vrbes, multæq; arces atq; oppida latè
P riſca colunt, Regum tutela ampliſsima. Sed quid
H æc etiam? iam Nobilitas prudensq; grauisq;
P ræſidet, ac veteri cunctis de iure miniſtrat:
N il ceſſans etiam, Regi quò ſedula gratum
S ic faciat: nihil vt poterit tentaſſe videri,
Q uod fidos lædat ſcelerato more colonos.
O mnibus ante tamen cellit, præſtantibus alti
I ngenij donis patrioq; ampliſsimus vſu
H olgerus: qui Otthone quidem patre natus auito
E Rooſenkrantzis nunc integer auget honores:
A ntiquumq; decus generis nomenq; tuetur.
P lanè autem veteris videor mihi lumina mundi
E t priſcos ſpectare patres laudisqúe vetuſtæ
R elliquias, ego cum mores ſtudiumqúe fidemqúe
I llius ipſe viri coniunctaqúe cætera cerno.
E tſi etenim toto iam penè exceſsit ab orbe,
F atali concuſſa malo pulcherrima virtus.

Maiorum:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M aiorum: aut tenui iam pendeat aurea filo
E xceſſura quidem, niſi quid fortaſſe fruatur
P ræſidio Superûm (qui ne propulſa feratur
I n præceps lateq́ue trahat collapſa ruinas,
S ubijciant dextras pauidamq́ue reſiſtere donent:)
A ttamen Holgero ſic vni eſt iuncta, graduſq́ue
S ic demum fixit, ſic deniq; fœdera pangit:
V t quantum ille quidem vitaq́ue fruatur & annis,
V irtutem videas ſaluam conſiſtere. tantum
C onſtantis planè eſt animi, tantumq́ue modeſti
V ſus, & morum tanta eſt moderatio, vitæ
I ntegritas, odium ſceleris, reuerentia Regi
D ebita, & æterno pietas inſcripta Parenti.
N on illum fauor aut tranſuerſum gratia voluit,
V t quæ iura negant, poterit voluiſſe videri,
E t firmare nefas: miſeriſq́ue inferre colonis
Q uas cœlum damnat, quas damnant Numina lites.
N on blandis fallit verbis, non decipit. aut te
C um tu recta quidem ſequeris, laudauerit: aut te
S i praue incedas moderato culpat ab ore,
A diungitq́ue tuis ſpeciemq́ue & nomina factis.
Q uin cum iudicio ſolers ſit & acer, amicum
Q uem ſibi cunque ſemel vero delegit ab vſu,
H aud facile aſpernatur. ineſt ſua plurima multis
H æc leuitas, vt quo ſe denique Cynthia vultu
M utat, amicitias ita conſectantur: eoq́ue
S e genere affectant, ceu quos mirêre, probari.
A t nihil hîc conſtantis ineſt fideiúe animiúe,
C uî tu confidas, cuî tutò credere poſſis.
V t folijs etenim quatiunt noua bractea venti,
D ecutiuntq́ue comas lateq́ue ſub æthera iactant.
S ic genus hoc hominum variatæ ſortis ineptos

 Explicat

E xplicat anfractus: & cùm videantur amare
O mnes, iam nullos poterint vel amaſſe videri:
V el nulla ex cauſa poterint ſpreuiſſe videri.
M agna voluntatum & ſubita inclinatio latè
H os agitat, nuſquamq́; ſinit conſiſtere. cunctos
C ùm ſint venati, nullos tamen arte modoúe
A ut virtute tenent: leuis eſt qua forſan amicum
R eppulerint cauſa, & pridem gratiſſima damnent.
A ſt ea non etiam Holgero mens imperat. vnus
I s quod amare velit, conſtanter amauerit: vt qui
P romiſſiq́; tenax ſtudioq́; acerrimus omnem
I n rebus formam, non ficta in imagine ponit.
H is igitur vitam cùm moribus extrahat, altæ
V irtutis famam & præſtantis clara tuetur
N omina: qui miſeris portum ſe præbet eiſq́;
C onſilio gratam plerunque aperire quietem.
E tſi autem hoc ſtudio longè acceptiſſimus vnus
I lle foret, nuſquamq́; adeò ceſſarit honeſtè
C onari, gratum quod Regi ſciret & vſu
O ptandum: tamen haud alio magis ordine totos
E xplicuit neruos, totisúe inſiſtere curis:
Q uàm cum iam thalamis Princeps aſpirat. in illud
P ropterеà vigil incubuit, ne forſitan vlla
P arte etiam deſit, qua Regi commoda, Regno
F amam & præfectis fidei conſtantis honorem
C onciliare queat. primùm ipſe iniuncta parando
T ranſmittit, mox deînde alios ſuadendo monebat
O fficium vt ſolidis facerent conatibus. hæc res
M ultorum ſtudia accendit, qui iuſſa ſecuti
H aud dubia ſeſe cura & virtute probabant,
V t Regi gratum, & dignum ſe quiſque ſequatur.
N ec Cherſoneſo ſoli eſt contentio. Scanos

Excitat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xcitat idem animus, Sialandicaq; oppida mouit,
H æcq́ue Fioniacas ſe cura effudit in vrbes:
C ertatim vt cunctæ cupiant, quæ grata Monarchæ
A tq; accepta putent, nullo ceſſante, frequenti
P erficere obſequio, & diuturnis debita votis
O fficia adijcere. Hoc igitur ſtudioq́ue modoq́ue
E ffectum eſt. celeri rerum vt compendia motu
H afnenſem opplêrint cumulatis fructibus vrbem.
N uptiæ vbi & tædæ genialia fœdera iungant.
H æc dum diuerſa regnorum in parte geruntur,
A dductiq́ue boues & copia larga balantum
P aſcua iam læto vernantia germine paßim
C aptant, ac pingui reparant noua ſumina veſco:
O xus agens ſatagensq́ue futuris conſulit. aſt hîc
C ura prior potiorq́ue fuit, gratißima Bacchi
M unera præcipuo cumulaſſe in vaſa liquore,
I nfercire domos cellasq́ue implere lyeo.
E tſi autem hæc pridem ſunt Regi expenſa, tamen nunc
P lura etiam adijciunt, ne quæ mitißima poclis
D eſint: auſtero cùm nil infecta ſapore
E xhilarent mentes, & agant in ſomnia neruos.
N ec tamen ob vini defectum ſerius actum
H îc quicquam eſt. vinum iam pridem Gallia, Rhenus
C retaq́ue & Hiſpanis obnoxia gleba racemis
M iſerat, Auſonijs Bromiusq́ue acceßit ab oris
D ulcior, & noſtros flammas adiecit in ignes.
S ed quæ Vandalicis Cereuiſia gentibus vna
P lerunque in pretio eſt, hîc poſcitur. illius vſus
H is populis, Boreæ qui regna virosq́ue frequentant,
S ic placet, vt forti nonnunquam gratia vino
D iſcedat: placeatq́ue magis Cereuiſia: ceu quæ
N utriat, atq; ſitim tibi promptius auferat. hanc tum

Vrbibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V rbibus è varijs adferri curat: eoqúe
M unere Roſtochium Hamburgumqúe excellit, & iſtis
B artha minor, tenui quæ grata eſt plurima Zytho.
Q nin age Dantiſci nota eſt Ceres. illa liquore
E pingui, quanquam multis non riſerit, altè
E xſuperat tamen & præſtat virtute, modeſta
S i tibi menſura & numero deſcripta bibatur.
N amq; facultate eſt calida: & conſtricta, benignè
S oluit: & in morbis vires firmando reducit.
H is ergo è populis Cereuiſia venit. id inde
P ropterea haud factum eſt, quòd non ſibi Dania Zythum
I pſa coquat: melior cùm penè domeſtica ſæpè
E xternos vincat Cereuiſia noſtra liquores:
Q uòd neq; perturbet fumoſis hauſta cerebrum
S piritibus: nec larga ſitim ſedauerit: vt quæ
M enſura minor & tenui ſedarit ab hauſtu.
E ſenio tamen hæc virtutem duxerit. hinc fit
V t plerunque recens placeat magis illa propinquis
E populis aduecta, magiſq; vt blanda petatur.
Q uanquam iſthæc Regem deceat variatio: ne quid
E x vna ſemper ceu pocula farciat vua,
D iuerſumq; nihil quod ament diuerſa, propinet.
V t verò hac etiam conſultum eſt parte iugali
L æticiæ, reliqui quod temporis eſſet, id omne
E ſt diſponendis donatum rebus. honeſti
E uentus grata eſt quæcunque moleſtia. ſed cum
P ropitio tentas quæ ſunt ampliſſima cœlo,
P erficis, & ſtudio conſtat tibi cura ſecundo.
T empus erat cùm Sol ſpacijs progreſſus, & ipſos
C um Cancro Geminos magno perfecerat æſtu:
E xſuperanſq; gradus rapido iam penè Leoni
I ntulit accenſos curſu feruentior ignes:

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ùm ſimul adduci ſponſam Rex imperat. vt res
H uldrico innotuit, quanquam decreta fuiſſet
A nte dies, ſciretq́; adeò quo tempore Gnatam
T ranſueheret, tamen hîc iam Regis voce pioq́;
C ertior affectu, nihil eſt cunctatus: amicos
H eroasq́; vocans & iter feſtinus inibat
E t magna ad celeres auxit certamina curſus.
H uîc comes Elector, (paulò qui venerat ante
M agnopolim, vxorem ſecum & pulcherrima ducens
A gmina, nobilium genus & memoranda virorum
P ræſidia,) Auguſtus productis curribus ibat
S ublimi delatus equo: cuî membra iubæq́;
C ollaq́; & in teretem quæ ſidunt ilia ventrem,
E gregio prorſus ſeſe ordine ducta ferebant.
H unc etenim Rex affinem multò ante vocarat
I nuitans: qui ne qua deſit parte iugali
C opulæ, & hæc Regni iam publica feſta moretur:
A ccedit celer, & pompam venientibus auget
L ætatus. quid enim? Regem conſtanter amabat
S emper: & hoc certè vt fieret Rex ipſus amando
P erfecit. Namq́; Auguſtum cùm prorſus honore
F raterno colat, ac multis è millibus vnum
L egerit, eximio quem complectatur amore,
E t primos inter meritum bene ducat amicos:
Q uid mirum, ſi quid FRIDERICO iuſta viciſſim
S oluat, & officio quæ ſint æquiſſima reddat?
V t melius nihil eſt ſic nil eſt pulcrius, vno
Q uàm cum amplectuntur ſe pectore longa quibus vel
M aiorum ſeries vel Gratia ſuaſerit, vt ſint
O fficijsq́; animisq́; pares: nuſquamq́; labaſcant
C ardinibus moti, vt ſtudijs diuerſa ſequantur,
Q uæ diuerſa ſient menteſq́; reuellere poſſint.

V t Dauid Ionathan, Pylades dilexit Oreſtem,
S ic decus hoc noſtri duo conſectantur, amico
V t ſe comprendant non vana in fœdera pacto:
E t velut vna ſient aut mens, aut proxima menti
P ortio, quæ nullo fortunæ èx impete velli
P oßit, & has tales in iurgia mittere ſortes.
E rgò vbi iam tempus poterat monuiſſe videri
H uc concedendum, patrijs Elector ab oris
S oluit, Saxonicis delatus ab vrbibus, hîc quà
L eucoream multo iam permeat Albis ab vſu,
A ßiduosq́; vrget ſubiecta in littora fluctus.
Æ ſt vbi Magnopolim celerans veniſſet, honeſtè
E xceptus biduum ſocia cum vxore moratur,
C ommuneſq́ue inter lætum præſtabat amicos.
I nde iter ingreßi, ratibus vicina profundi
L ittora traijciunt, volucres vbi ſpectat in vndas
V arnus, & à longè Geſſoras cernit arenas.
I ngreſſos pontum Ventus comitatur. at ille
L eni equidem & placido tantum ſpiramine, cum ſe
I nſinuat velis, animos fouet, inque ſecundos
N unc etiam euentus & fœdera proſpera firmat.
I pſe equidem lætis nimium procurſibus vndas
T emperat, ac blando ſic ſe venientibus ore
L ittoribus noſtris Triton vicinior infert.
F œlici venias gratißima pompa carina,
E t tum Sponſa veni multò fœlicior, vna
Q uàm Superum fauor & vitæ fortuna ſequatur,
Q uæ fortuna ſiet nullis ploranda ruinis.
I ngredere, & ſemper noſtris æquißima regnis
E ſſe velis. ego me memini, (longißima quamuis
S ecula fluxerunt,) hoc ipſo in littore, dulci
S anè etiam cantu velut applauſiſſe duabus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæ parili hos etiam ſuperabant nomine fluctus.
C onſorteſq; adeò magnis venêre Monarchis.
A ltera Boiemicis è Regibus orta beatam
V aldemaro vitam ſacrataque pectora iunxit
D agmaris, æterna virtutum laude boniq;
C ommunis ſtudio ſemper memoranda: cui nec
I n cœlum pietas, nec defuit aurea virtus,
P ublica quo celebri firmaret commoda fructũ.
H ac melius Boreas vidit nihil. Altera claro
M axima patre, cui tum Brandenburgica latè
P aruit ora viro terraſq; inſcripſit opimas
D orothea, eximiæ cuî primùm Bauarus: at mox
C hriſtiernus blandas in pacta iugalia dextras
I unxit, & hæc veſtræ iecit primordia ſtirpi.
V alde autem ſolers & honeſtis inclyta factis
I lla fuit, quæ pauperibus, templiſq; ſcholiſq;
N aufragiumq; adeò paßis ſic lege manuq;
C onſuluit larga: vt famam hanc non vlla vetuſtas
O bliterare queat. fuit huîc moderatio, luxu
V t planè nullo pietatem ſtrauerit. his tu
I am pridem functis ſuccedis Tertia, cuî me
F ata æquum reddunt virtuſq; ampliſsima ſubdit:
V t quæ læta fient cupiam tibi cuncta precari.
V ade age, & ex iſtis exemplar ducito, ne quid
A ut regno grauis, aut miſeris dura eſſe ferare.
V na deos fideiq; colas conſtantis honorem:
E t quæ tam illuſtri poterint prodeſſe Marito
V t ſuadere velis, ita ne ſuadendo ſequare
P ublica quod regnis ſubuertere commoda poßit.
H ac pietate Deos retines: hoc pignora cultu
E dideris, quæ ſe maiorum laudibus æquent,
S ceptrorumq; decus titulis tueantur auitis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ic Triton concha inſonuit, dum ferrier vndis
C arbaſa læta videt, fulcitq; vrgendo carinas.
V t verò appulerant, aderat Legatus, honeſtè
Q ui ſimul aduectos patrio pro more ſalutat,
G ratatus facilesq; vias curſumq; per vndas
I ncolumem: cuî non animus, non gratia dictis
D efuit. hoſpitijs mox conſulit omnibus: inde
T raductos procul Hafnenſem comitatur in vrbem,
E t Regi ſiſtit. Sed enim venientibus vltrò
R ex celer occurrit patriamq; inducit in arcem
M enſuratq; alacri ventura tripudia vultu.
A cceſſus ſed enim quis gaudia prima roganti
H æc mihi retulerit, primosq; quis explicet ignes:
C ongreſſusq; noui variatos narret honores?
N on ego iam tenui, fuerint quæ maxima, verſu
P erſequor. ex vſu, qui publicus iſta Monarchis
P erficit acta, potes tàm ſacri plurima cætus
O rnamenta, iocos & ſeria diſcere: quo ſe
I htereà ſtudio iuncti amplectuntur amici.
E t tamen impenſum eſt cyathis nihil. ocyus omnes
E xpediunt curas augentq; è nocte quietem.
C œnaclis igitur poſtquàm exceſſere, cubile
R ex petit, ac dulci ſubmittit lumina ſomno
S obrius, & placidis curarum motibus ardet.
V t verò admiſit tranquillo prima cerebro
O tia, & aſtringunt pergrata ſilentia neruos:
E cce in conſpectum ſe mouit imago parentis
C hriſtiâni, pridem quo ſe plerunque ferebat
A ut vultu aut forma: poſitis cum libera curis
P ectora mulceret, barbæq; alluderet, & quos
M irari poſſes oculos dedit eſſe nitentes.
V t ſtetit excelſis ſublimis honoribus ore

Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S ic loquitur? Fili, quem nunc fortuna, Deûmq;
R elligio, & molli ſêries obnoxia fato
A ſſerit extractum ſcelerato deniq; bello,
E t pacis monumenta ſequi pulcherrima donat:
V iue etiam fœlix, quantum licet eſſe ferentem
C orporis exuuias, & ſpe meliora ſequare.
I am tibi Cœlitibus cauſa eſt aſſerta ſecundis
Q ua placeas, regniſq; ſies fiducia noſtris:
A gricolaſq; queas nullo prohibente tueri.
H anc operam dederis ſaltem, vt nouiſſe colonos
E t tua regna velis. grauis eſt hæc prima Tyrannis
C ura. nec eſt aliud tamen in quo maius agendæ
S it pretium vitæ: non quo ſe plurima Regum
A ltius extollat ratio, aut ſe impenſius optet
C onſpicier. qui ſic regnorum ſceptra gubernat,
V t quid regna ſient, & quæ ſunt aſpera regnis,
N eſciat: is certè quamuis fortaſsis honorum
E xcellat titulis, vitamq; libidine ducat:
H aud tamen ingenuo Rex eſt memorandus ab vſu:
E t nihil eius habet, quod habendum Regibus eſſe
D uxeris. at verò hanc paucos adiiſſe Corinthum
T utariq; vides. alios fœdiſsima vitæ
P roluuies tardat, quoſdam Venus impedit: iſtos
F utilitas animiq; lues: hos improba latè
C onſilia auertunt: quoſdam perſuaſa Tyrannis
O bruit, vt vero quæ ſint confinia nuſquam
C ernere facta queant. veluti plerunque colores
I udicat, ac ſtulto cæcus pronunciat ore:
S ic equidem Regum eſt hæc vana potentia, cùm non
C ognoſcunt penitus qua conditione gubernant
E t quæ regna tenent. Regum eſt nouiſſe ſuorum
S ortem, nec ſolis Præfectis credere. Quod ſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ognoſcas, iam qua poſsis ratione præeſſe
V nà etiam cernes. ſapias FRIDERICE, *veliſq;*
E xoptesq;, Deo placeant quæ grata parenti:
E t tibi Muſarum ſit gloria, proxima cœlo.
T um tibi Nobilitas ſiet inclyta chara: dabiſq;
H anc operam, æquatum Ius vt ſiet omnibus. eſſe,
E ſſe tenax fidei ſtudeas, decretaq; ſerues,
E t libertatem quæ ſit promiſſa tuere.
N on te te affectus rapiant, vt perdere certes
Q uos melius ſeruare queas. moderatio Fili
S ic placeat, ne quid potes admiſiſſe videri,
Q uod crudele ſiet, ſceptrumq; reprendere poſsit.
S i quæ pœna graui reddatur debita noxæ,
H anc è iure quidem reddi curaueris. eſt hæc
R es indigna bonis, & Regibus aſpera pœnas
P riuato ſoluiſſe metu. ſit aperta malorum
S upplicijq; etiam ratio: & quod iure neceſſe eſt
P erficier, ſtudeas manifeſto è iure tueri,
N e quæ facta ſient agitare calumnia poſsit.
P oſtremò cuî nunc ſubicis te copulæ amandam
E ſſe putes. res eſt digniſsima Principe, ſi quem
P rima pudicitiæ Lauruſq; ac fama coronat.
V icinos quoſcunque colas: pacemq; moleſto
A nteferas bello: pietati pectora ſubdas
C ommiſſoſq; tibi populos & culmina ſeruas.
H æc pater è dulci poſtquàm fuit ore locutus,
A rriſit gnato, ac oculis diſparuit. at Rex
T urbatus viſu quanquam penè horruit, hoc ſe
S olatur tamen, ætherio quòd prorſus odore
O ppleriq; domum, ſpargiq; ea ſemina vidit.
M ox animis iſthæc inferre recentibus: inde
D ormitum, ac grata recreatus voce quieuit.

C. ERAS-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER X.

PRoxima lux aderat roſeis inuecta quadri-
Et læto noſtrum ſe Sole infudit in orbem: (gis
Cum ſimul ingreſſus truculentū ex igne Leonē,
Tranſmiſsiſq; nouem gradibus iam Phœbus
P roſpicit, ac radijs in noſtra tuentibus ardet: (Apollo
C onfeſtim primo ſe Rex è mane cubili
E xtulit, ac tali ſe voce ſacrauit Olympo.
C hriſte, Deus generiſq; ſalus & maxima noſtri
P ortio: cuî quicquid ſupero verſatur in orbe,
P aret, & æternos defert chorus omnis honores:
H unc mihi da fauſto properantem ſidere naſci
E t ſplendere diem: quo connubialia iuſſu
O rdior acta tuo: thalamiſq; inducere Sponſam,
Q uæ mihi ſidereo decreta eſt munere nitor.
T e ſanè authorem tam ſacri fœderis eſſe
P atronumq; ſcio. noſtros ita pectoris ignes
I nceptiq; modum & feſtum ſolenne guberna:
V t quæ læta ſequor, tibi ſint quoque grata: veliſq;
H æc firmata tua ſemper tibi lege probari.
T um caſtos animis motus & talia menti
S emina ſufficias, quæ labi neſcia iuſsis
C onueniant in ſi acta tuis, vitæq; trahendæ

Normam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N ormam non alio quàm verbi è lumine ducant.
N am ſine te imbelles ſumus, & ſumus obuia multis
T urba genusq́ malis. infirmo robora fulcro,
Q uæ ſeſe ſubitis opponant lapſibus, extant:
T u niſi prævalidas tanta in certamina vires
S uppedites, noſtrosq́ inter ſis lympha calores.
Q uin age coniugibus cùm ſit Concordia virtus
S umma, nec inſigni qui Iuppiter emicat aſtro
H anc ſuperet: ſeu quis placidæ compendia vitæ,
S eu famæ decus, & claros ſpectarit honores:
P ropitius mihi Chriſte Deus ſponſæq́ petenti
I d largire: tuis vt iuncti legibus vno
Q uæ ſint grata tibi verboq́ animoq́ velimus:
N ec tua diſcordi violemus iuſſa furore.
H aud ignoro quidem quæ pondera Regibus altos
P reſſarint humeros: ſed enim triſtiſſima vincunt
P ondera, coniugio ſi quid fortaſſe fruantur
T ranquillo, & nullis ſint fœda domeſtica rixis.
Q uòd conſolando, ſuadendo, monendo ferendo
V xor honeſta, viri flagrantes ſæpius æſtus
L enire, ac animis optanda infundere poſſit:
N e turbata graui ſuccumbant pectora motu.
P ræterea quæ ſollicito ſit cura Monarchæ
V t placida ſub pace regat ſibi credita, bello
E xpertus didici. cùm me fortuna priore
E xcoqueret, lateq́ animos in triſtia ferret:
F unera quòd multis cumulari crebra viderem
A ut hinc aut iſtinc: quorum nece nulla, vel ipſis
I mpenſis minor vtilitas plerunque ſecuta eſt:
V t melius certè poterant non mota videri.
S ed tibi, Chriſte Deus, tantis occaſio bellis
P erſpecta eſt: quodq́ inuitus pellebar in arma

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæ diues noſtris obtruſit Suecia regnis,
C onſtitit euentu: quem ſic moderaris, vt eſſe
P ropitium noſtris cœlum terrisq; virisq;
S entiam, & huc lætos aduoluere Numina vultus.
T u ſaltem imperij pars noſtri ac culminis eſſe
C hriſte velis: qui ſic patrias incinxeris vrbes:
V t mihi pax ſolidis conſtet rationibus, & nil
A mplius atra meos turbarint bella penates.
T um tu iura, modum, legesq; vſumq; doceto
P ræſidijs quibus iſta regam, quæ tute dediſti
R egna etiam, & varios mihi firmas inter honores.
N on mortalis enim eſt hominis populosq; virosq;
S ic regere, vt nullo quatiantur culmina motu:
N i tute imperijs ita vallum ac mœnia noſtris
C ircundes, planè vt præſentia diua videri
P oſsit, & ætherios ſentire hæc regna fauores.
H is igitur rebus mentem mihi ſuffice: daq;
C onſilijsq; animisq; bonos, qui noſtra ſubinde
C onſilia adiutent, rebusq; pericula demant.
P oſtremò quia nunc confluxu plurima grandi
T urba coit, lateq; domos atque atria complent:
H anc etiam partem clemens tueare: velisq;
H æc iniecta feris ita vincla furoribus eſſe:
V t nil diſcordi veniant ad claſsica motu
P ectora, nec fœdas inducant iurgia mortes.
S anè equidem miſera eſt faciesq; & plurimus aulis
F ictus honos, cùm te non diſpenſante feratur
V ulgus, & atroces in vulnera deſtinat enſes
B acchatum, nulloq; premens fera pectora neruo.
H îc tu præſidio fueris, ne gaudia rumpat
C olluuies ſcelerum, gladijsq; piamina condat.
C ætera virtuti mandem. ſuper omnia dones

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I dmihi, perpetuo vt vinctus tibi fœdere, vera
T e pietate colam: nuſquamq́; receſſero, quo non
L ux Euangelij pulſis manifeſta tenebris
I n ſanctos ducat mihi corda ſequentia motus:
Æ ternamq́; animis ſuſtentet cœlica pacem.
H ac Regem forma memorant, his vocibus vſum
C um matutino ſurgebat Phœbus ab ortu,
D euibransq́; faces noſtrum ſpectabat in orbem.
I pſe autem lecto tum membra nitentia tollit
C onſueto pro more: quòd huîc natura dediſſet
H oc etiam, vt primo progreſſus mane cubili
A nte quidem famulos ſurgendo verterit: vna
R e multos inter longè conſpectior. eſt id
P rincipibus rarum, Solem plerunq́; tueri
N aſcentem: cùm deſidiæ ſtultæq́; quieti
D edita per fœdos ſubuertant corpora ſomnos,
O ppreſſumq́; diem vitæ in diſpendia mittant.
A ſt alia noſter ſibi conſuetudine prudens
C onſulit, atque alacri poſtquàm otia triſtia motu
V icit, & ingratos procul à ſe reppulit vſus:
H oc demum aſſequitur, Vegeto vt ſit corpore: & acri
M aturoq́; adeò facienda domeſtica iuſſu
P erficiat: ſegnes in certa negocia dextras
E xcitet, ac vigili torporem excuſſerit auſu.
N ec mora, cùm niueos properans & amiciat artus,
E t ſe cernendum præſtare clientibus. Aſt vt
R es circa Regem demum eſt perfecta, Senatus
P rotinus accedit, Dominumq́; è more ſalutat
A ſſiſtitq́;: virûm facies, ſed penè Deorum
A ut genus, aut ſupero ſtudijs pars proxima cœlo:
D igna etiam, tali quæ Regi aſſiſtere poſſet.
Q uisúe Oxos Skramosq́; bonos, generisq́; vetuſti

Lyckeos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

L yckeos, quis Bildones numerarit? honeſtos
Q uiſue Roſenkrantzos, Rhudos, quis denique Kooſos,
V lfeldos, quis Birnones, Munckoſq́, graueſq́
C onſilijs canet & notos iam munere Grubbos
E ximio? tantùm Podebuskius auget honorem,
M arſuinuſq́ celer. tum Gyldenſtiernius, & qui
M auritio genitus præclaras auget Olaus
M aiorum laudes, & ſe virtutibus ornat.
H æc Patrum ſeries poſtquàm venerata Monarcham
C onſtiterat, blandis Oxo Rex vocibus infit.
E rgóne ſunt nobis hac omnia luce ſecundis
V tilibuſq́ modis ita denique ſarta, licebit
V t curis nihil atque animis dubitantibus angi?
C ui Petrus: nil ſollicitum Rex inclyte tete
C ura habeat. quin hoſpitibus feſtoq́ vocabis
S ecurus, rebuſq́ animis intendito veſtris.
O mnia ſic diſpoſta ſcias, vt poſſe placere
H oſpitibuſq́ tuiſq́ putes. Rex protinus illi
I ntulit. Hoſpitibus nunc denique Petre modeſtis
O ptatiſq́ diu & placidis ſanè vtimur. ille
Q uò Rex ſpectabat quanquam intellexit, honeſtè
D iſsimulat tamen, & magni diſcrimina belli
C ogitat: ac damnum tacito ſub corde premebat,
I ntuitus Regem. qui cum ſermone moratur
C ollaudatq́ ſuos, Elector protinùs Aulæ
I ngreditur poſtes, Regemq́ ſalutat, & illi
Q uæ bona diſpenſet cœlumq́ & fata precatur.
M ox Sponſæ inducit Patrem manus inclyta: quo ſe
H oltzatiæ princeps, Superis gratiſsimus vnus
I n numero, Senior Iohannes intulit, ipſo
V nà etiam Regis ſtipatus fratre, minori
C uî nunc Alſa viro coniunctaq́ prædia parent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V t venêre, equidem Socerum Rex accipit, inde
Q uos fortuna Duci comites dedit. ipſe modeſto
H uldricus ſermone vſus ſic fatur. auito
M aiorum Regumq; gradu Rex nate, quibus Diũ
I mperium, & ſolidis obnoxia ſceptra triumphis
H as inter gentes interq; fluentia donant
Æ quora, & æterno cumulant tibi prædia fructu.
S is fœlix, quodcunque ferat fortuna: tuisq;
O ptatum intulerint cœleſtia Numina votis.
N on ego pro meritis grates tibi, non ego digna
P ræmia ſoluendo poſſum tibi reddere: Chriſtus
P enſet, & eximio lætum te pignore reddat,
O fficio capias ſolida vt tibi gaudia noſtro.
H oc etenim ſolum eſt quod nunc fortaſſe precari
A tque optare queam. reliquis euentus honorem
A uxerit, ac tibi me virtus tua maxima iungat,
Q ui decus hoc noſtris largire penatibus eſſe.
S ic Huldricus. at hunc blandis Rex vocibus altè
M ulcet, & egregijs admiſcet ſeria dictis.
I   nterea regis Gallorum Orator in aulam
V enerat accitus: qui cùm iam poſtibus altis
S uccedit, grato ſub Maieſtatis honore
E micat, ac niueos defigit in atria vultus:
T ranquillo ſimilis, placido qui gurgite dulces
A mnis aquas voluit, nulloq; agitatus ab æſtu
I nſinuat blandos in regna liquentia motus.
H aud aliter Danzæus, vt eſt inductus, amico
L uminis applauſu ſeſe omnibus approbat: ipſum
M ox Regem petit. aſt venienti protinus ibat
O buius, ac tali prior eſt Rex ore locutus.
G ratum iſtud Danzæe facis: qui cætera ceu tu
G rata facis, ſic nunc hæc connubialia mecum

Feſta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F esta colens ſolito tibi meme obſtrinxeris vſu,
V t ſtudeam rurſus tibi quæ ſint commoda velle.
I lle autem, fas ſit mihi Rex, ait, inclyte cunctas
H uc animi curas, huc vertere poſſe beati
O fficij partes: ne quid tibi noſtra iubenti
D efuerint, quæcunque fides ſeruata tueri,
E t ſtudijs adhibere tuis concordia donet.
M ulta autem tua ſunt in me benefacta, parentis
V t benefacta tui fuerant ingentia: quo me
N omine priuatim ſic deuinxiſtis, vt è re
Q uæ veſtra fuerint mihi conſectanda putarim,
S itq; voluntati mens hæc iunctiſsima veſtræ.
D ij faciant vt nos multis amplectier vltrò
C itroq; officijs liceat: pacemq; reductam
G entibus in veſtris & publica commoda firment.
V num id teſtabor tibi Rex, cùm ſæpius arcem
H anc ego conſcendam: namq; arcem ſæpius iſtam
E varijs olim cauſis conſcendimus: haud me
E x alia huc demum veniſſe libentius, hac quàm
L uce tuos inter veniam tibi fidus amicos.
O ro Deos, læto vt conſtent tibi pectora motu:
P ræſentemq; diem labi tibi Numina donent
F œlicem, & ſeros recreent hæc feſta Nepotes.
S ic placidè Danzæus ait. Rex approbat huius
D icta viri, ſummoq; locans dignatur honore,
P rimaq; præſtantes inter ſtat gloria noſtros.
D umq; ea ſic Regi perfecta geruntur, in horas
P hœbus abit, mediumq; diem gnomone notauit,
A ut medium iuxta tenuatas eijcit vmbras:
C um Sponſam mater ſimul atq; huic addita clari
A uguſti coniunx, Regis ſoror, indicat eſſe
O rnatam: ne quid, ſi res ferat, ipſe moretur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P rogredi. Vt auditum Regi eſt, nihil ille moratus
P rogreditur. ſubière viri, qui pone ſequuntur
O rdine, lege, gradu: quo ſors vel quemque, vel æuum
E xtulit, ac meritis inſcripſit honoribus annos.
E ſt in conſpectu, Zephyris vbi flantibus arcem
V entus init, latis conſtructa receſsibus aula:
A ula vetus, veterisq; adeò veſtigia mundi
P ræſe vaſta ferens: primo quam duxit ab orſu
C hriſtoferus, noſtras qui Bauarus acer in vrbes
V enerat: ac triplici cinctus diademate latè
Q uà Boream ſubeunt ditiſsima regna gubernat.
V t verò fatis ſubitò hic exceſsit, ei qui
I mperio primus ſuccedens ſceptra gerebat
C hriſtiernus, perfecit opus, deductaq; iunxit
C ulmina: & iſtius pro more ita deniq; ſecli
C octilibus laterum murisq; rigentibus auxit,
R egibus vt poſſet non planè indigna videri.
H anc ergò aulæis ornari mollibus vt iam
F RIDRICVS *veteri pro conſuetudine Regum*
I uſſerat, induci pompam ſacrosq; hymenæo
H îc peragi ritus, hîc condi pacta volebat,
I mmittiq; manus manibus, dextrasq; coire
E t ſacra legitimo firmari vincula nexu.
P rimus vt ingreditur Rex, & ſibi plurima ducit
A gmina iuncta, locum pro re celer occupat. inde
S ponſa venit, quæ cum perducta eſt, ocyus iſtud
O fficij noſter mandato Knôſius ore
I ngenioq; valens & honeſto dexter ab vſu
P erficit, ac ſacris immittit pondera tædis,
C oniugij laudes & opus cœleſte profatus.
H æc poſtquàm varijs ornata coloribus & re
M ultiplici abſoluit, viua mox voce iubebat

Teſtari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T eſtari Regem Sponſamq́; quòd iſta ſequantur
L ibera pacta: animiſq́; velint communibus omnem
F ortunæ impulſum vitæq́; externa tueri
E t perferre, quibus Deus hancce ſubinde benignus
E xercere ſolet, frænisq́; paciſcier æuum?
I d poſtquàm aſſertum eſt, adductos COPVLAT. *Eia*
F œlicem fauſtamq́; diem, quæ vota tuorum
E uentu FRIDERICE *videt gratiſsima tali*
E xpleri, ac lætos in pacta iugalia cœtus,
C eu fidei teſtes precibusq́; aſtare ſecundis.
N on ea venturis obſcura nepotibus vmbras
L audibus intulerit: denſis neq́; preſſa tenebris
H æc tua multiplici caligine gaudia mergat.
S ed claris inſcripta notis famaq́; perhenni
P ræcipuos inter labatur candida Soles,
P erpetuumq́; ferat FRIDERICO *in ſidera nomen.*
A ut quæ prima canam? nec enim patria inclyta Regem
H îc tantùm, & meritis tete miratur ab armis
V ictorem: quantùm ſibi plauſerit æqua, beatis
Q uòd te nunc thalamis Sponſum ſuccedere, opusq́;
H oc paci videat te primum inducere noſtræ.
S cilicet ante tuis Nemeſis, Bellona, Gradiuus
O ptatis ſeruire, laboriferosq́; furores
S æpius ingrato poterant augere tumultu:
D um vel caſtra moues hoſtilibus obuia terris
E t latè fuſum diuellis cæde cruorem:
V el perrumpentes intra tua mœnia bello
F rangis, & exceptos in vincula digeris hoſtes
P ræcipuosq́; viros: quorum tibi nomina laudem
E t parere, & virtus augere tripudia poſsit.
A t nunc ex alio tibi militat ordine magnus
P erſpicuusq́; Deûm numerus: qui iusq́; facesq́;

Connubijs

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onnubijs ſtatuunt tædasq; inuiſere certant.
I uppiter ipſe ſua comitatus Pallade, Phœbus
E t Venus, & nullis obnoxia diua ruinis
G ratia, quæ reliquis cumulatos auget honores,
E t condimentum ſacris virtutibus addit.
H oc FRIDERICE *choro Superûm iam maximus adſtas*
I n medio ſpectandus: vbi omnis Dania tete
A mbit, & æterno ſequitur tua fœdera plauſu.
V t nihil hoc etiam quod iam tibi ſidera velum
O btendunt, ſupraq; caput Deus explicat, addam.
E tſi oculis etenim vulgi ſpectarier iſtud
C omprendiúe nequit: ſano quòd lumine vulgus
D eficiat, ſtudijsq; parum moueatur honeſtis:
R es tamen iſta ſacris eſt vatibus obuia, quos Diî
A ſſertos animis clara inter ſidera mittunt:
V t ſapiant, oculisq; etiam, quæ clauſa putantur
E ſſe alijs, tanquam manifeſto è lumine cernant.
H anc ceu nunc etiam formamq; modumq; tuendo
D iuini prendunt Vates: qui plurimus ambit
T e decor, & priſcis maiorum laudibus ornat.
P rincipiò faciles ſubicit Prudentia motus,
E t certam Imperio ceu dextram porrigit: vna
Q uæ velut ætati eſt non primæ iuncta, ſequenti
S ic ſtudio virtus & recti induſtria creuit.
A nte annos etenim non venerit illa, nec eſſe
P rotinus è cunis poterit comes. attrahit illam
E latebris fortuna Deam, cum longior vſus
T e coquit, ac mentem rerum experientia firmat.
H æc in conſpectu obuerſis tibi proſtat ocellis,
E t facienda monet, quantumq; negocia regni
P ublica, vel quantum tibi lucra domeſtica tractes:
T antum decernit qua lege, quibusq; bonorum

Finibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F inibus impoſito ſapiens modereris honori.
H æc via, vita, modus, reliquis virtutibus vſu
C onſulit, ac certis immittit ſecula formis:
N e fugienda probent, ne quæ damnanda ſequantur.
A ltera ſub dextram virtus tibi conſtat: eiq;
I uſticiæ, iuſto quòd formam monſtret, honeſtum
N omen habere dabant veteres cœlumq; probauit.
H æc paci belloq; Dea eſt adiuncta: Deam ſi
H anc bella admittant, nec fœdo è more gerantur:
E xtremoſq; interſint impia Scena furores.
V na tamen bello paciq; eſt iuncta: cui quod
C ongruit, id fidam ſtatuas adferre ſalutem
P oſſe, & non triſti pretium cum laude mereri.
C ætera quo rerum ducantur ab ordine, ſi non
I uſticiæ norma, nec & hac virtute gerantur
I udice, nequicquam vel iuſta ea dicere poſsis
V el recta aſſerere. euerſo res anxia curru
F luctuat, ac miſeros iniuria prorogat ignes.
H æc eſt illa domos quæ virtus ſeruat: eiſq;
I dtribuit, ſolidis vt gratia mutua vinclis
C onſtet, & officijs veniant ſua præmia iuſtis.
H ac ſe libertas, hac ſe Reſpublica, ciues,
A gricolæ, & Regum Maieſtas ſacra tuetur:
V t ſibi conſiſtant animis concordibus, altæ
Q ua paci aſpirent & mutua commoda verſent.
D enique Iuſticiam fortiſsima vincula regnis
E ſſe putes. quàm ſi vellas, mox ianua diris
M ox ſtultis etiam patefacta tumultibus omnem
S ubuertitúe ſtatum Regumúe palatia turbat.
N on ita ſidereos inter fulgentior orbes
H eſperus excellit: rutulo non clauſa metallo
G emma nitet: velut hæc, quæ permeat omnia virtus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t primos inter primas ſortitur honores.
T ertia ſub læuam iuncta eſt tibi, nixa columnis
E x Adamante: quibus robur cœleſtia maius
N umina decernunt, ſolidoq; inſiſtere donant:
V t forti varios inter non fracta labores
D uret agatq; animo: cùm nuſquam victa ſequatur
A ut has aut illas, miſeræ quas Numina vitæ
O bijciunt ſortes fatiq; è motibus vrgent:
N i vera è ratione ſequi ſe ducat, eamq;
F ortunæ opponat, tanta eſt conſtantia, rupem.
H æc eſt pectoribus quæ vires ſubijcit, omni
V t ſint certa loco: nuſquamq; exterrita rectum
L inquant, aut fœdis ſubuertant caſibus æuum.
M ulta etenim obueniunt mortalibus aſpera: multis
I nterdum lætis vita hæc cumulatur. at eſſe
Intereà firmum, ne quid vel dura pauentem
O bruerint animum, vel ne meliora ſequacem
I rritent, frænoſq; modis ac vincula demant:
I d demum inuictæ eſt, & habet virtutis honorem.
E tſi autem cuuctis ea res mortalibus æquam
O buertit faciem: cunctiſq; ita proſtat, vt eſſe
I nfractos omnes & Fortia pectora vellet:
P ræcipuo magnos tamen aſpicit ore Monarchas:
S ubſeruitq; viris, regni quibus alta gerendi
C ura animum ſubitis obnoxia motibus vrget,
E t variam impellit ſtudia in contraria mentem.
H is etenim multis vrgeri fluctibus æuum,
E t vitæ ſortes miro ſtratagemate volui
C ompertum eſt: Herebo ſiue impellente rotetur
I nclyta regnorum ſeries: ſiue ipſa volucri
E x ſeſe motu Maieſtas ſæpè vacillet:
D ifficiliq; adeò conſiſtat regia greſſu.

Attamen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ttamen hîc firmis, fuerit quodcunq; , neceſſe eſt
V t tolerent inuicti animis: ne deniquefracti
S uccumbant, ſeu dura grauent, ſeu læta bearint.
I mpauidum decet eſſe Ducem: quem fata dederunt
R ectorem populis: conſpecta vt protinûs huius
S edulitate, etiam forti gens ſubdita mente
C onſtet, & inuictos ferat omnia in ardua neruos.
N on igitur lætis ſeſe efferat ille: nec atris
P erculſum nutans animum deſpondeat. atra
V erſum iri ſperet, ſint vt mox candida: Lætis
C ogitet aduerſa, & tenebras ſuccedere luci
P oſſe putet. Quæcunque ipſum fortuna proinde
T entet, & inſuetos varians cumulauerit ignes:
H aud victus cedat: facili ſed triſtia vultu
M itiget: atque graui lætiſsima temperet ore,
S emper acerba timens, ſemper præſentia laudans.
V ltima pone quidem ſtabat, quæ Cypridis ignes,
F ercula, & audaces in pocula temperat æſtus
O buela Regi dorſum, pulcherrima virtus:
Q uà locus eximijs poterit virtutibus eſſe.
H æc ſua priuatæ propior certamina vitæ
O bijcit. & cùm ſit ceu norma domeſtica, latè
S pectat: & egregio cumulat ſibi præmia cenſu.
N on illam Reges multi, non culmina Diuam
A dmiſere. alijs ſi quid fortaſſe videri
C onceſsiſſe queant: equidem hanc ita denique totam
E xegêre, loci nihil vt ſit penè relictum,
Q uo vitam modus, atque modum ſua regula ſeruet.
A ut quæ prima querar? Veneri furor imperat. aluum
F ercula blanda fouent, poclisq; licentia regnat.
T um Cultum ſi quis ſpectarit corporis, annón
E xilio damnata putes mediocria? faſtus,

E brietas, luxus, diriq́; Cupidinis ardor,
O mnia iam pridem ſic inuaſere: modeſti
V t nihil, aut ſi quid, ſanè id ſupereſſe putabis
E xiguum. Quapropter ineſt iam plurima labes
I mperijs, vitæ cum cura domeſtica mores
O bruat humanos: neque ſe vel lege teneri
V el ratione putet: minus vt committere certet
Q uod libeat, plauſumq́; inter ſcelerata tueri.
Q ui ſibi priuatis indulſit in ædibus eſſe
A rtificem ſcelerum, vitijsq́; aſſueuit amaris:
P ublica vix aliquo tractarit commoda fructu,
A ut moderata velit. ſemper mens improba quod ſit
D eterius ſuadet, plauſumq́; è crimine ducit.
E t tamen haud vlli propiùs Rhamnuſia diuæ
I ncedit comes. huius enim violatæ iniuria pœnas
A ttrahit, ac Nemeſi nunquam fallente piatur.
N am quid tu rabiem, furias, errata, Lichenas,
P auperiem, ſannas aliorum dixeris? annón
P œnas eſſe putes, quo cœlum vindice tete
S upplicijs adigat ſpreta ob moderata? faceſſat
Q ui Superis velit ac diuis præſcribere: quòd ſit
S iue opibus maior, ſeu forma pulchrior: aut quod
I n longos referat generis monumenta parentes.
C œlica virtutis ratio eſt & origo: proinde
I nferior cedit fortuna, vbi præmia rectis
A ut ſtatuit ſeruata, aut pœnas ſpreta rependit.
H anc igitur quiſquis diuam colit, omnibus æuo
C onſulit actutum numeris: fonteſq́; parauit,
E quibus iſta quidem quæ publica commoda ducas,
E t fluere, & latè molirier otia poſſint.
A ſt aduerſa libet ſi cui ſectarier: iſtud
Q uod libuit merita penſatum clade feratq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t tolerare velit. dilatio longior auget
I ngratis pœnas & acerbos aſperat ignes.
E rgo vbi virtutes Regem hæ cinxêre, coibant
C irculo, & ambitum fatis ornare Monarcham,
Æ theriumq; trahunt in fœdera tanta parentem.
V tq; etiam incluſus rutulo pulcherrimus auro
E micat, ac gratos Adamas iacit arduus ignes:
S ic Regem aſpiciunt non auro, aſt laude boniq;
C ommunis ſtudio, ac clara virtute nitentem,
C uî natura ſuos cœlumq; impertit honores.
N am quocunque oculos animumue immittere certas,
O mnia ſumma vides. pietas rectiſſima mentem
O ccupat. harmonicos ita corpus fulget in artus,
V t nihil hoc poſſes ſpectare venuſtius. aut quid
V erticis eximij formam, validosq; lacertos
L actea membra viro, aut ſolidiſſima tergora dicam?
N e quid & humanos placidiſſima lumina, vultus,
E t latos humeros & fortia pectora, ſuras
E x æquo teretes, geminisq; vberrima palmis
R obora, & in toto compactos corpore neruos,
R ettulero. planè id perſpectum eſt omnibus eſſe
H anc dignam Imperio formam: cuî Phœbus honoris
I d largitur: vt aſpectu ſit protinus ipſo
G ratia non dubijs inſcripta fauoribus. adde
E gregios vitæ mores, orisq; benigni
A lloquium, & miſeros recreantia verba colonos.
Q uin pacis ſtudium, cultusq; modeſtia, Muſas
I uuandi ratio, nulli nunc eſſe ſecundum
H unc tribuunt. tanta eſt virtutis gloria, tanti
I n rectum motus, tot Maieſtatis honores.
H is igitur ſtebat cum Rex virtutibus inter
H eroum turbas, Proceresq; & clara Senatus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A gmina ſuccinctus, famaq; & laudibus omnes
I n ſeſe vultus, in ſe omnia lumina vertit,
A lliciensq; trahit nexuq; aſtringit amœno.
C eu medio Phœbus cum ſeſe oſtendit Olympo
D iuiduansq; diem flagrantibus atterit horis,
E t ſplendore micat noſtrumq; impleuerit orbem:
N on illum iuxta vel Mars vel Iuppiter ipſe
F ulgentes pandunt radios, non Cypria flammas
E iaculata nitet: quamuis ea ſidera cœlo
C onſiſtant, interq; Deos iam viua morentur.
S olus at eſt Soli rutulans vigor: omnibus vnus
Q ui ſanè induxit radijs ſuperantibus vmbras:
V t quamuis adſint, tamen haud ea cernier auſint,
N ec ſe Phœbeis moderata caloribus æquent.
H aud aliter, quamuis Procerum iam multus adeſſet
H eroumq; adeò numerus: quibus inclyta vitæ
C onditio meritis æquaret laudibus æuum:
O mnibus ante tamen FRIDERICVS celluit, illo
S iue animi motu, ſeu corporis indole, fama
S eu celebri, aut clara benefacta ob plurima laude.
H uc homines ſpectare, huc & conuerſa ferebant
O ra omnes, huîc mirati plauſere, deosq;
O rant: vt quæ nunc ſubit ardua fœdera, cœlo
S int curæ, ac fato ſemper meliore fruatur.
Intereà Regi incingit moderata ſiniſtrum
S ponſa latus magnis comitata parentibus: in quam
C um flectunt oculos qui tunc aſtare, feruntur
H ac medios inter Magnates voce precati.
S is fœlix Regina: tuos tibi fauſta ſecundent
N umina ſucceſſus: quantumq; ætate Maritum
C onſequeris, tantum ſtudeas virtutibus ante
V ertere, & aſſidua vota hæc bonitate mereri.

D ij dent, aduerſo ne quid fortaſſe vehare
F ortunæ impulſu. Virtus dabit inclyta, qua tu
P rogrediare via: quo tete tramite ſiſtas,
V t placuiſſe viro, laudemq́; aſtringere poßis.
S ic dixêre. color Sponſæ gratißimus albo
S ubrutuloq́; genas ita mixtus tinxerat: vt iam
L ilia purpureos inter candentia flores
M irari, aut viuo perfuſum ſanguine poſſes
D icere lac: vbi ſe tamen albi copia lactis
M aior agit, ſubtusq́; minor latet vnda cruori.
C æſariem flauo aſperſit Venus. inde modeſtos
(V t magis illi etiam placeant) inſcripſit ocellos
S ubfuſco, clari ſignumq́; notamq́; parentis:
I ngenuosq́; dabat ſpectare in ſidera vultus.
C ætera perpulcros deduxit membra ſub artus,
A tq; habitu corpus nuſquam variante figurat.
I lla Deos intra ſic pectora concipit. O qui
H unc noſtrum inuicta mundum virtute gubernas
M i Deus, & noſtris præbes ſingultibus aures:
H æc mihi da ſolido ſuccreſcere gaudia fructu
E t vera pietate geri. da labier æuum
S idereis auctum ſtudijs: placeamq́; Marito,
E t regni, quantum liceat mihi commoda firmem.
S ic ſanè effata eſt, annis minor. Vtq́; peracti
I ntereà ritus ſacro pro more quierunt,
D igreßi excedunt templo: Regemq́; ſequuntur
I lluſtresq́; viri, Procerumq́; corona: nouamq́;
C onfeſtim ſubeunt coniunctis greßibus aulam,
Q uo decreta loco fuerant conuiuia. mox huc
S ponſa venit claris deducta parentibus. at quis
F œmineos memorando greges iſta agmina iuſtis
E fferat ordinibus? longa eſt narratio, longi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ircuitus triſteſq; moræ, dum ſingula læto
P eruolites calamo: ſtudeaſq; inducere vittas
V erſibus, ac noſtris inferre ea ſyrmata Muſis.
E t tamen hæc etiam fuerant cantanda, liceret
S i ſaltem Vati mediocriter eſſe diſerto,
E t Venus hos ſtudijs mihi ſuggerat æqua colores.
A ſt ea turbatis quoniam mihi frontibus ora
P andit, & auerſos in carmina digerit ignes:
O men ineſſe reor non æquum verſibus. aurem
Q uin Phœbus vellit: ſatis hæc tibi dicta putabis
L æte prius: tua cum ſuperas ſe Muſa per auras
B landior attollit gratoſq; imitatur Olores.
A t nunc illa graui cùm langueat obruta luctu,
E t miſeros vitæ patiatur læſa dolores:
A bſtineas blandis, & quæ ſunt dura ſequare.
I lla etenim Sponſæ gratiſſima pompa puellis
V irginibuſq; adeò lætis conferta, nuruſq;
A tq; Socrus, tum matronis grex auctus honeſtis
A lterius farrago operis ducatur: eiq;
I ncumbas, ſi quid vel gratum ſenſeris iſtud
E ſſe viris: vel ſe fortaſſe aliquando priores
V indicet in motus, & ſe tua Muſa receptis
V iribus inſinuet, gratumq; effingat Olympo.
S ic ait. Intereà leuibus dum fercula menſis
E xpediunt, lymphis res acta eſt omnibus. inde
C uiq; ſuus datur è meritis, vel honore, graduq;
A ut virtute locus. Primum Rex occupat: hinc mox
A Gallo miſſus ſubijt Legatus. eumq;
P rotinus, à dextris ſibi Rex adiungit. at inde
A d læuam patrijs longè auguſtiſſimus aruis
A uguſtus conſedit. ineſt vtrunque beati
N ominis auſpicium, ſeri quod fortè Nepotes

Extulerint,

E xtulerint. alijs alij ſuccedere: donec
H oſpitibus primis prouiſum eſt ſedibus. aulam
N on hanc ingreſſa eſt hominum pars altera: ſoli
I lluſtres, doctiq; viri, ſanctusq; Senatus
O ccupat, ac poſitu premit æqua ſedilia. poſtquàm
H îc ergo accubuêre Duces, cætusq; reſedit
F œmineus, celeri ſe Muſica blanda mouebat
O fficio, grataſq; infert ſub pulpita voces
H armonicisq; implet totam concentibus aulam.
Q uin dulci menſas cum conſecrat inclyta cantu,
C œleſtes animis motus ita ſubdit: vt his ſe
A uſpicijs mentes fauſta in conuiuia ſoluant,
P acatæq; cibos & pocla ſequentia captent.
V ix numeris ſeſe harmonicis Arnoldus & vſu
H oc primo expedijt, cum protinus aurea menſis
F ercula ſuccedunt: promptisq; allata miniſtris
I n medium nullis deînceps parcenda locantur.
V t venêre, manus operi eſt iniecta: diemq;
H oc ſtudio abſumptum ſera in crepuſcula mittunt.
E ia age fœlici deductum lumine Solem,
Æ ternisq; diem referendum laudibus, hoſce
Q ui cætus tali coaleſcere fine videbat,
E t tales conferre animos: dum ſacra iugali
C ondita pacta thoro ſtudijsq; ac voce probarent:
E t Regi, fuerint quæ fas optare, precentur.
C redo ego magnificis aliquando paratibus eſſe
F eſta peracta, quibus thalamo ſua fama iugali
E t decus haud minimis acceſſit honoribus: vt cum
E varijs paſſim coêuntia gentibus huc ſe
A gmina contulerint, grandi quæ nomina ferre
I n tædas poſſent atq; in conuiuia plauſu.
Q ualia multa quidem veterum comprenſa libellis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A cta leges: qui commemorant quo more, quibusq́;
R itibus, ac quantis hominum confluxibus iſtic
N uptiæ erant celebratæ, interq́; pericula quantum
S udatum fuerit: qua demum ſtrage, quibusq́;
F uneribus cætum fortuna abſoluerit. eſto
C enſeri id magnum: nec enim ſibi garrula magnum
E ſſe aliquid iam fama putat, niſi fortè cruentum
S it quoque, & indomitos in funera ciuerit ignes.
A ut aliàs vitijs fœdatum enormibus omnem
T urbaritq́; animum ſubigatq́; in facta ſtuporem.
C eu Cyri tædas & condita probra Sorori,
A rſinoes facinus, Cleopatræ vincula, raptus
I nfandos Helenæ, & ſimiles fortaſſe furores
C um legis, immani coniuncta ea facta periclo
E t ceu magna legis: quorum eſt iam plurimus inde
R umor, & è veteri perducta huc linea mundo.
E t tamen hæc falsò magna admiraris. haberi
M agna quod iſta quidem deceat, quæ facta probante
S unt manſura Deo: quæ Numina iuſta requirunt,
E t formam pietatis habent: quibus inclyta Virtus
C onciliat gratum manifeſta ob commoda nomen.
D eniq; quæ cum vel fiunt, vel facta feruntur,
N il vitij, nil labis habent: ſunt congrua ſanctis
M oribus, ac veris quæ publica fructibus augent.
C ætera diuerſo quæ proſtant fine, videri
E tſi magna queant: non ſunt tamen. effera certè
V el ſcelerata voces, vel fortè Cyclopica, vel re
B arbara: at vt fuerint virtutibus inclyta, nulla
P erficias ratione. nihil magnum eſſe putabis,
Q uod ſit inhumanum, quod Chriſto ac legibus impar.
S ola etenim ſunt clara & ſola illuſtria, quorum
E ſuperis Virtus habitusq́; ac nomina pendent.

Huius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H uius noſtri igitur ſi temporis acta ſacroſq;
C oniugij thalamos: quo ſe iam fœdere Danus
C opulat, ac ſociam regnis aſſciſcit auitis,
I ntueare, equidem quæ ſunt illuſtria verè
C omperies, magniſq; inerit ſua gloria rebus.
N am neq; colluuies ſæuis è gentibus aucta
C onfluxit, neq; funeſto res quaſſa tumultu
M iſcuit infandis pacatam cædibus aulam,
C ommouitúe animos rixis, ſtrauitq; pudorem
A ut placidos inter ſtolidas exciuit Erynnes.
O mnia tranquillo ſunt more peracta: Deuſq;
F inis erat facto, generi incrementa, ſaluſq;
R egnorum, & primi veræ pietatis honores:
Q uos FRIDERICE ſtudes tibi cum conſorte tueri.
G ens verò noſtris Germana acceßit. honeſta
E ſt gentis ſeries, & conſuetudo modeſtis
M oribus aucta: quibus, licet Ebrietate notata eſt
V ita viris: (quo ſola malo Germania latè
N utat, & inuiſam ſe pocla obſedula reddit.)
N il tamen his maius fideiq; tenacius inter
E uropæ populos, lateq; colentia terras
N omina repperies. tantùm eſt conſtantis in omnes
P ropoſiti numeros: tantum pietatis, & æqui
O fficij ſtudium. Potat fortaßis, & iſtud
N emo negat. ſed enim crimen virtute reſarcit
M ultiplici hoc etiam, cyathoſq; modeſtia penſat.
M ilitiæ ſtudijs nunc inclareſcit: honeſto
I ngenio ſuperat, ſanctoq; libidinis vſu
I uſta pudicitiæ decerpit gaudia. dulces
F ortis amat thalamos, & caſtos diligit ignes.
Q uæ promiſſa ſient, conſtanſq; tuetur: & eſſe
Q uiſque bonus mauult potius, quàm fortè videri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E ſſe bonus. gens affatu non blanda, ſed æui
M oribus ac vſu vitæ rectiſſima: ſi quid
H anc etiam ſtudeas vera ex virtute mereri.
H æc igitur noſtras tum iuncta acceſſit in vrbes:
Q uæ poſtquàm aduenit moderata amplectitur: intra
O fficij metas ſe quiſque tenêre: tumultus
V itare, ac animis concordes iungere dextras.
V na autem Dominis ratio eſt famulisq; , tueri
Q uod Regi gratum, quod Ciuibus vtile noſſent,
E t nihil inuiſo conſciſcere iurgia motu.
E tſi autem cætus numero non maximus iſte
C onfluxuq; fuit: tamen & lectiſſimus, & re
V era etiam magnus claroq; erat inclytus vſu:
I n quo cum pietate quidem pulcherrima Virtus
C ertat, & eximios in fœdera condit honores.
H oſpitibus ſiquidem quid erat præſtantius? vnus
O mnibus Elector fortunæ viribus ante
C ellit: in officij ſeu publica munera ſpectes,
S eu vitæ libeat priuatæ iura tueri.
E t decus eſt curſum fortunæ ita flectere poſſe:
V t quamuis blando te vultu inuiſerit: illam
S uſpectam tamen eſſe ſinas: quòd fidere Chriſto
E t ſtudeas ſemper, tete & virtutibus altè
M unieris. tum ſidereo donatur ab orbe,
V t rerum ſatagas: & ſit prudentia vitæ
D uxq; Comesq; tuæ. multis plerunque periclis,
I nſidijs multis, multisq; furoribus æuum
E xpoſiti ſumus. & mala ſæpè domeſtica primas
H ic peragunt partes, primosq; feruntur in auſus.
A t nihil eſt conari odijs ſubuertere, cœlum
Q uos fouet, inſidias contraq; tuetur & enſes.

Semper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S emper enim cauſas quibus eluctarier iſtis
M ens inuicta malis, melioraq́; carpere poßit:
S ors aperit: monſtratq́; vias, & lumina pandit,
S e quibus è damnis in lucra ſequentia mittat.
I ſta quidem ſunt magna: aſt cùm ſint magna, profectò
H æc maiora putes: ſi fati agnoſcere pondus,
E t cœli momenta queas: ſi ferre Tonanti
S ucceſſum, & vitæ ſeruatæ munus Olympo
A dſcripſiſſe potes. Deus eſt, cuî tota parenti
D ebetur fortuna. Is vitæ conſulit, & quos
P ertulerit caſus, diuina è lance notarit.
H æc iugi Auguſtus cum mente examinat, orbi
S e approbat ætherio. cumq́; omnibus integer inſtet
A rticulis, vera patriam vt ſub laude gubernet,
E t magno creſcant confecta negocia fructu:
H uîc certè imprimis curæ ſubſeruit: vt eſſe
S acra lycea queant: quo ſe ceu fonte iuuentus
A bluat, ac puris abſtergat barbara lymphis.
E t ſanè dextro rem tractat acumine. quare
H îc Muſæ florent, hîc ſacræ Palladis artes
L inguarumq́; vſus, varijsq́; ſcientia rebus
A ucta viget, nomenq́; Scholis & gloria ſurgit.
Q uam rem larga quidem Auguſti iam dextera toto
P romouet aſſe: viris dum plena docentibus æra
S oluit, & è numeris ſemper redeuntibus auget.
H ac ratione Scholis conſultum eſt ergo: meatq́;
I ndè ſuus patrias ceu creber fructus in vrbes:
A ularumq́; aditus & celſa palatia munit.
E t certè Auguſto peperit iam nomen, honeſtis
Q uòd diſciplinis inſtructos vſibus addat
P ræcipuis: Muſaſq́; colat, quas ſedulus ipſe
D iſcit, & excultas alijs miratur & ornat.

D e reliquis ſileam, quos Principis aula diſertos
E t multos habet, & magnis tractatibus aptos
E ximiosq; viros: quò ſe Laurentius vſu
N unc Lindemannus, quo Buckius acer honore
E xerit, ac celebres inter ſtat Gloria Muſas.
H unc ego, nunc noſtras qui fortè Georgius vrbes
V iſit, & Arctoum luſtrare Cracouius orbem,
D octrinis auctum varijs ſtudioq; Latini
E loquij, & Gaijs cultum ſermonibus eſſe
C ùm norim, dignum tam claro Principe quis non
D ixerit eſſe virum: cuî magna negocia, cuî res
S ic commiſſa ſiet: nihil vt diſcedat honeſtis
I uſticiæ formis, æquisq; è iure fruatur
E t ſolidis etiam conſiſtat curia neruis?
E t certè magni Iouis eſt ea Gratia, ſi quis
H umanus pariter doctrina excellat, eoq;
I ngenij ſuperet fœcundus acumine: vt iſtuc
R erum pondus agat, quo proſit pluribus: & non
P ublica priuato ſubuerti commoda lucro
C ontempta pietate velit: quæ ſola modeſtos
I ntulerit animis tanta in certamina motus.
A ut quem non flectunt triſtiſſima munera, ne, cum
R ecta videt, rectis velit aſſentirier? iſtud
E cœlo robur venit & conſtantia: ne quem
A ffectus victum ſtudia in contraria raptent,
I mmergantq; odijs euerſaq; pectora turbent.
A t meus ille alio ſibi fata Georgius vſu
C onſtabilit: dum recta monet ſuadendo: velitq;
N il etiam, quod non fultum virtute probari
D uxerit, ac cœlo diuturnum iudice conſtet.
C onſilijs igitur Dominum iuuat. acta modeſto
Q uæ commiſſa ſient, ita perficit ore manuq;

Iudicij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I udicijq́ bono: nihil vt diſcedat honori
P rincipis, ac læſam pars ſe non vlla queratur.
S ed quid ego hæc? nec enim veteri quia forſan amico
G ratulor, iccirco cumulari falſa tonarit
I nuidia, ac fœdis aſpergat ſeria dictis.
N on ea me ratio vatem deducit. honeſtè
Q uæ ſunt vera ſequor: laudemq́ adipiſcier opto
H is animi ſtudijs, quæ nec mendacia fingant,
N ec quæ ficta ſient defendere friuola certent.
H unc ergò Elector cùm ſecum duxerit, aulæ
A uxit honorem. etenim quò delectere miniſtro
S i conſtet, firmo mox conſtat & indice, quali
T ute animo mores, & vitæ facta ſequare.
O vtinam ſapiant, qui præſunt rebus. acerba
C onditio eſt plerunque viris, qui ſumma gubernant
M ortalesq́ inter primas moderantur habenas.
R aro etenim, vel nunquam etiam quæ vera videre
A ut ſentire queunt. ſtudijs agitantur ineptis
E t velut attoniti media in caligine palpant:
D um ſtultas mirati operas aliena ſequuntur
A rbitria, & cauſis nil rerum intendere norint.
N il Superi ſapiente viris dant Principe maius,
Q ui præſtat bonitate, ſuosq́ amplectitur, vt ſit
E t Patriæ pater, & miſeris Tutela colonis.
H uius enim auſpicijs & honeſti muneris vſu
O ptandam populis operantur fata ſalutem:
E t regnis præſtare decus, iuſtumq́ tueri.
A t quibus hæc nequeant contingere gentibus: & ſit
C onſilijs princeps minor, aut fortaſſe ſolutam
P ronior in vitam, ſtultisq́ indulſerit auſis:
H îc rebus ſic parta ſalus, ſic firma putanda eſt.
S i conſultori ſint publica tradita: cuius

Præſidet

P ræſidet Ingenio cœlum, prudentia menti,
P acis amor ſtudijs, ſcelerum fuga moribus. is nec
I ndulgere malis ſatagit, nec lædere rectos
O ptat, & ob viles non turbat publica nummos.
A ſt hîc ceſſo. boni Deus eſt atque ordinis omnis
A uthor. is humanis quod & vtile gentibus eſſe
N orit, & adduci quæ commoda poſſe probarit,
O rdinat, ac meritis locat æqua ſacomata noſtris.
S i prauos regnare velit, ſi ſceptra Tyrannos
S tringere quaſſa iubet, ſapiens diſpenſat, et id quod
E re poſſe tua conſiſtere cenſet, habere
E ffectum donat, iuſtaq; è lance pararit.
I ntereà Auguſti comitatum plurimus auget
P ræſtantûm numerus, qui Principis iſta ſecuti
I uſſa bonos inter merito cenſentur. in illo
S teſſelius cœtu laudem bonitatis adeptus
C laruit, egregijs animi qui dotibus inter
S acrorum myſtas non iura extrema tuetur.
H uic ibas Vagnere comes ſociusq; laborum:
T ùm comes & vitæ ſocius: mox funeris vmbra
P rima tui, cùm te patria ad percult a reuerſum
I nſidijs mors atra rapit: thalamosq; parantem
S æuior accenſo te morbus acumine ſternit.
F orſitan iſta vijs etiam contracta moleſtat
P ectora fracta, lues. non ſunt fortiſsima ſemper
M embra viris: & iter ſi longius vrgeat, artus
V ellit, & in medias inducit cæca medullas
V ulnera, quæ primis non cognita motibus augent
P aulatim virus, tacitisq; ſub ignibus ardent:
S ucceſſu donec ſe confirmare, venitq;
T um labor & certis ſtat vita inſcripta ruinis.
A ëris hæc toties mutati, vſusq; ciborum

Multi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M ultiplicis merces: hæc pocula crebra rependunt
P ræmia, dant tales conuiuia ſedula fructus,
E t motus vires tenuans hæc funera reddit.
Q uanquam Miſnenſi quod iter te ducit ab aruo
I n Danos, non difficili te tramite noſtris
V rbibus intulerit, poſtquàm æquo terra meatu
D euehat, ac celſos non implicet horrida montes:
C eu via quæ Latio te culto immiſerit: aut quæ
I ungit hyperboreis Lithuantia mœnia Ruſsis:
Q uæ tibi vel ſyluis vel crebra paludibus omnem
O biectat remoram, longaq́; minatur eremo.
Q uin & Apollinea formatus ab arte Iohannes
A dfuit Hermannus, medico gratiſsimus vſu,
D exteritate pari, atq; animi pietate ſecundus
N ulli. qui humanis ita vitam moribus auget,
A ccepto vt populis iam nomine floreat: vnus
Q uem cuncti coluêre boni, quem fama celebrat
P ublica, & optatis clarum ſucceſsibus ornat.
H æc virtus reddit ſperanti præmia. vidi,
V idi ego cùm Socerum dextra comprenderet, orbum
L uminibus iam penè ſenem, medijsq́; plateis
D uctaret, varijs hominum tum plauſibus, ipſe
O fficium votis ita ſum perſæpè ſecutus,
V t commendarim factum hoc pietatis Olympo
I uſticiæque Dei. fuerat tum Fendius æuo
C urarumque onere, & varios confectus ob vſus
M uneris eximij: Medica cùm maximus arte
A ſsiduos inter minuat ſibi tempora fluctus.
I llum omnes tamen vt patrem ſpectando ferebant
L audibus, atq; oculis captum mirarier. aſt vt
H uîc ductore opus atq; viæ cuſtodibus eſſet,
F ungitur officio gener, & perſæpe ſeniles

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D irigit articulos, Socerumq́; per ardua ducit:
S iue adeunda forent Diuorum templa: Scholarum
S iue vſus, ſeu concilij cenſura requirit
E xpoſcitq́; virum: Hermanni moderatio laudem
E t tulit, & ſeris cumulatur honoribus. eſt res
D igna Deo, feſſos ſi tute ætate parentes
O re manuq́; foues: quantumq́; intendere neruos
E t proferre queas: tantum his prodeſſe labores
E t medias inter populorum extollere ſortes.
D eniq; quos ſecum Doctos Auguſtus habebat
P ræterea multos, iam non memoraro. fruatur
Q uisque ſua ſibi ſorte. mihi neq; Phœbus Apollo
C uncta negat, neq; cuncta etiam conceſſerit: vt nec
C oncedi mihi cuncta velim, nec cuncta negari.
P roximus Holtzatiæ princeps, Dux inclytus, annis
I am ſenior, noſtros inter mihi gloria verſus,
S tabit Iohannes: patruusq́; & plurima Regis
D extera FRIDRICI: cuî quòd fortuna dediſſet
T ranquillos egiſſe dies, & coniuge vitam
H aud aliqua affligi: poterit fortaſſe beatos
Q ui moderata petunt, inter moderatus haberi.
H uîc ſua ſors ita læta viro diſpenſat: vt eſſe
P ene putem ſolum, qui delectatus honeſto
O tio, in ardentes turbata palatia flammas
N ec ſtupidus mittit, nec barbarus obruit. aut quid
I ngenuas animi dotes, virtutis auitæ
A rgumenta canam? Chriſto cùm militet, vnum
I ſtud agit, ne quid ſacros turbare miniſtros
A ut læſiſſe velit: meritis at honoribus illos
A fficit, ac magna ſub libertate tuetur.
T um verò Pacis cùm ſit ſtudioſus, honeſti
P ectoris affectus huc deniq; vertit: vt eſſe

Poſsit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P oſsit amans pacis: qui tecta domosq́; ſuorum,
R elliquias Cimbri veteris priſcosq́; parentes,
D efendat, placidosq́; inter ſit fama colonos.
H umanos vel quis mores ſatis efferat? aut quis
P rudentes animi curas, ſedataúe narret
C onſilia, aut faſtu motus ſtrepitante carentes?
I lle equidem Agricolas Ciuesq́; ita promouet: vt vel
S olo etiam poſsis aſpectu noſſe, cui nam
P areat iſta viro, laribus quæ villa ſecundis
E minet, & grata rerum vbertate redundat.
V ſq; adeò ſtudijs adnititur omnibus, vt ſit
P acificus, pacisq́; colat fortiſsimus artes,
A tque habeat dites manifeſta in lucra colonos.
H ic igitur Regem cùm diligat anxius: atque hunc
E contra FRIDERICVS *amet ſic denique, vt vnum*
I ſtud amicorum par dixeris eſſe: quibus res
P endeat ex æqua ſemper diducta bilance:
O rnantem thalamos iam Regem accedit honeſto
S anè equidem commilitio, Procerumq́; corona
I lluſtri. Sed Oliuarium doctrina feraxq́;
V irtutum natura vehit, primumq́; locabat
I nter honoratos cultuq́; ac laude miniſtros.
H unc equidem eſſe virum memorant, vſuq́; peritum
I ngenioq́; alacrem, quem non tam commoda vitæ
P riuatæ abreptum tacita in compendia damnant:
P ublica quam cordi res eſt, vt nomine princeps
A udiat egregio: tranquillaq́; limina regnis
E t pacata ſient, nec alat furor improbus ignes,
S e quibus euertat ſcelerata licentia flammis.
Q uid memorem quanta iam laude Georgius, ille
B auaricis qui nomen auis famaq́; tuetur,
E xſuperat? vetus eſt annorum circulus, huius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P rima clientelæ ſubijt quo iura, tuiſq;
I ntereà magno Dux inclyte rebus honore
M ilitat, ac curis ſequitur tua commoda iuſtis.
N on illum celeres qui perflent omnia venti
A bripiunt, minus vt fuerint quæ iuſta tueri
E t præſtare velit. ſtudijs excultus honeſtis
V incit, & ingenuo ſacros colit ore Poëtas.
H is tu Pœonis redemitum floribus addas
M atthiam, Medicis qui cultus in artibus aulam
P rincipis exornat, comitatuq; auxit honeſtum
P ræſtantum numerum: celebri cùm cognitus vſu
E ſſet, & inuito curam non tentat Olympo.
T um quos nobilitate graues veteriq; parentum
M agnificos titulo & claris natalibus ortos
D uxit Iohannes, pompaq; attraxit equeſtri,
Q uid iuuat exequier? nihil hîc ſpectare remiſſum
N il deforme potes. magnis virtutibus ipſe
V t ſuperat Princeps: ſic quos virtutibus eſſe
P ræcipuas ſciret, ſecum traducere, laus eſt
I lluſtri natus ſi ſtemmate forte ferare:
S ed maior, cùm ſis iam ſtemmate clarus: honeſtis
V irtutum ſtudijs ita delectere: neceſſe
V t non probra ſiet vitia ob deterrima ferre
Q uæ generi maculas, & famæ crimen inurunt.
Q uin cui ſors ſeruire dedit, quo rectius æuo
C onſulere, & vitæ ſtudio ſe attollere poſſit:
Q uàm tali cum ſe domino concredere: cuius
E t gratum longos mereatur nomen honores:
E t virtus conſpecta, nihil fortaſſe pudendis
A rtibus inuiſam trahat in faſtidia laudem?
M alo ego Pelida ſub principe, durius illud
S it licet, ac gratum Superis, euoluere fatum.

Pacatusq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P acatusq; ſequi quas addunt Numina ſortes:
Q uàm me Therſiti facilem præbere miniſtrum
F ortunaq; frui, quæ lautior eſſet. eoûe
E ſſe iuuet generoſum animo, vt ſeruire Leoni
M agnanimo potiùs, quàm fœdo lubricus Vrſo
V el parere velit, vel plaudere vocibus optet?
T um ſua lætitia eſt animo, ſua prima voluptas,
E gregio ſi forſan hero & præſtante fruaris:
C uî nomen virtus, cuî famam larga parauit
D extera: quem quoties laudari ſenſeris, ad te
H anc etiam laudem certas traducere. tantum
V irtuti decus eſt, tantoq; aſpirat honori.
S ed miſſa hæc faciam. Nam Regis frater honeſta
V enit Iohannes pompa comitatus: vt annis
A tq; ætate minor, ſic pulchros corporis artus,
S plendidus ac paucis cedens pietate: quòd is ſe
H aud etiam indignum maioribus eſſe probarit:
C ùm ſacra iura colat, cùm ſe virtutibus ornet.
I lle equidem primis, ſtudijs excultus ab annis
I nclyta Muſarum ſubijt commercia, quas nunc
M iratur bonus, & pretijs dignatur opimis.
C ætera fortunam laudat, ſortiq; quieſcit.
H æc ſuper Hoſpitibus: niſi quos Huldricus, auita
M agnopoli ſecum feſta ad ſolennia duxit.
Q ui quanto numero, qnoúe ordine, quaúe parentum
P roſapia venêre: quòd hæc mihi cognita nondum
R es liquet, alterius ſi vati vita ſuperſit,
M ateries operis noſtriſq; ſit area Muſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C. ERASMI MICHAELII LAETI,

RERVM DANICARVM

LIBER XI.

NVNC regni plauſus & vota ſequentia Phœbe
Dic Pater. Aönijs ea res eſt digna Camœnis,
Quæ viuat, primosq́ inter ſit fama Poëtas.
Et mihi neſcio quid tãquã immortale videtur
Hic ſpõdere labos, qui plurima dicta grauesq́
M ultorum voces & vota frequentia Muſis
I nferat, ac grato ſit pars memoranda Nepoti.
E rgo vbi iam latè perduxit fama, parari
H os Regi thalamos tædasq́ accedier, & iam
P ræſentem lucere diem: quo Sponſus auito
M aiorum pro more thorum ſubijſſe iugalem
A rdeat, ac ſacros in fœdera mouerit ignes:
I nclyta mox veteres deterſit Dania luctus,
E t facibus plauſiſſe nouis, penitusq́ue theatro
I nductas facies & tempora cingere Lauro.
H actenus illa ſuos victrixq́ ac firma labores
E xſuperat, tranquilla ſtatus atque ardua regni
P ræſidia, interno nec vulnere fœda: tametſi
I lla ſuas etiam clades & triſtia ſenſit
F unera, difficili dum bello tendit, & atras
P eruincit ſortes motisq́ue furoribus inſtat.
H eu quantum vitæ ſcelus eſt, tranquilla mouere:
E t cum non pretio redeant impendia, bellis
I mplicuiſſe domos & regna inferre ruinis.

V tile quidúe armis fuerit contendere, iuſta
C ùm liceat tibi pace frui? pax ciuibus addit
N obilibusq́; viris, quæ ſunt optanda: colonos
P romouet, ac cunctis quæ ſunt fœlicia ſpondet.
A t verò Marti qui rem ſubmiſit: eine
S ubmiſiſſe Deo ſtatuas, qui iura tueri
E t præſtare velit? ſpondet blandiſſima: ſed rem
I am motam Furijs & acerbo felle coronat.
V tq́; etiam ſua ſint alijs compendia regnis,
O b quæ bella velint: quo Danos Suecia lucro
M ouerit? an cæca rerum ſpe ducta futurum
I d putat, vt Gotthis accedat Scania? limes
R egnorum medio ſit fixus in æquore, quà ſe
O bijciunt minimis geminæ traiectibus arces
O ppoſitasque videt Sialandia fertilis vrbes?
H æc equidem veteris ſunt mundi ſomnia. ſed nec
N umina iuſta ſinunt conuelli limina regnis,
N ec ſua iura leui concedet Scania Gottho.
A ltera propoſito ſupereſt via, totus vt vni
P areat imperio Boreas: plaga tota Monarchæ
H æc vni ſubſit, geminos quæ reſpicit Arctos
E t latus hæc ſeptem ſublime trionibus addit.
A ſt mihi non etiam hæc ratio eſt ita nota, putarim
I ſtud vt ex vſu fieri vel poſſe, vel eſſe
O ptandum credam. quid enim, ſi Suecia Danos
I nducto premat alta iugo: victrixqúe minando
C ogat in obſequium: num res ea protinùs orbi
I nduxit Suetico diuturnam lubrica pacem,
O tiaqúe ampla parit? vetus eſt contentio, ſed quid
O btinuit? iam præteritis patiare moueri
E xemplis tete, & quæ ſunt inſomnia tolle.
S tultitia eſt, ſi quod nequeas comprendere; certes

Tu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T u tamen è dubijs tibi fingere motibus, ac ſi
C eu tibi decretum fuerit, ſuccedere poſsit.
N on ea Danorum vel nunc fortuna, vel vnquam
A nte fuit, Sueticis quæ ſe ſubmiſerit armis,
A ut dederit fragiles in vincula Gotthica dextras.
E tſi etenim ſemel atq; iterum vicinia noſtros
P reſſerit, ac grauibus turbauerit oppida bellis,
S eu Reges ſternit, ſiue agmina diſsipat: iſtud
F raudibus, hoc etiam manifeſto forſitan enſe:
Q uæ Brauellinis ratio eſt inſcripta triumphis.
Q uid tamen aſſequitur? quæ tanto lucra cruore
I mpenſiſq; adeò tantis oſtenderit? annis
Q uod tot perfectum eſt, vix paucis ſæpè diebus
C onſtitit, ac celeri ſparſa eſt victoria luctu.
A t verò toties cùm Dania vicerit, iſto
Q uid rerum obtinuit motu tamen? arbitror eſſe
I n fatis poſitum, vt gentes ſi vulnera noſtræ
M utua tentarint, tentarint vulnera læto
N on tamen euentu, neq; ſe pars cladibus vlla
E fferat immunem ſartoq; agitaſſe triumphum.
P ugnarit quantum libeat quantumq; valebit
D ania: non tamen efficiet quin Suecia Saræ
L ibertatis amans contrà pugnauerit, & ſe
V indicet, ac patrios gladio tueatur honores.
V tq; etiam Danus fœlici bella Gradiuo
G eſſerit, ac Sueticis imponat fræna colonis:
S itq; armis victor, populoſq; coëgerit: hanc quo
I ntereà nexu fortunam ſtrinxerit: vt ſit
F irma ſatis? nunquid, quia vicerit, iſta proinde
S e poſſeſſurum tranquilla in pace putarit:
E t diuturna ſuo conſtet victoria fructu?
N on ea non Sueticis eſt inſita moribus aut vis

Aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ut ratio, externis vt victa ſubeſſe Tyrannis
E t parere velit. Libertas æmula totas
E xſtimulat mentes, nuſquamq́; quieſcere cogit:
A cenſo donec ſe vindicet aurea bello
R urſus, & hoſtiles ceruicibus eximat enſes.
V tq́; alia haud etiam quæ ſunt perplurima dicam,
I pſa gubernandi ratio eſt inuiſa. nec illam
C ùm Dani poſſent victi tolerare: quid eſſe
I d mirum ſtatuas, nequeat ſi Suecia ferre,
Q uos tu læſa pati non poſſes Dania mores?
P ræfectis etenim cùm res plerunque gerantur
E xternæ: & Regum præſentia rara colonis
D iſpliceat: quòd Dynaſtis fortaſſe licere
O mnia iniqua ſinant: qui ſpreto iure, bonorum
E xagitant vitas, miſeris ludibria condunt,
A tq́; facultates quacunque ex lege modoúe
D iripiunt, lacrymasq́; grauant, & cæde dolores
I niuſta cumulant, moresq́; libidine ſternunt:
Q uid te quæſo noui eſt, ſi libertatis auitæ
Æ mula turba nouas iam res molirier, & ſe
A ſſerere incipiat: libertatemq́; tueri
E t proferre velit? priſcis patiare moueri
E xemplis tete, diuerſa nec altera finge.
I dem animus Suecis ſemper fuit, & fuit idem
S emper amor patriæ & virtus non impigra, regno
Q uæ decus, ac proprijs munimina fortia rebus
C onciliant. non has mutabunt ſecula mentes,
N on ſors aſperior, non lætæ forma iuuentæ.
S emper erunt qui ſe pro libertate vouebunt:
Q ui ſeſe externis opponant hoſtibus, arma
P ro patria ſumant, mortemq́; paciſcier auſint.
A ut quid Erico illi Pomerano regia tandem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ulmina ſubuertit? quas Engelbertus habebat
T urbarum cauſas? iam nec Margreta per omnes
I pſa etiam articulos pactiq; ac fœderis æquo
I nceſsit greſſu. paruis fortaſſe moueri
H aud deceat, ſed enim magnis non velle moueri
V t ſtupidi eſt: ita ſi vehemens iniuria victos
L æſerit, actutum ſupero Rhamnuſia cœlo
I ntulerit celeres manifeſta in crimina pœnas:
E t tranquilla mouet, facinusq; piauerit armis.
L argior id, ſi quo Margreta hæc culmina neruo
A ſtrinxit, reliqui ſtuduiſſent deniq; Reges
C onſeruare: vni potuiſſe hæc regna Tyranno
I nclinaſſe caput, ſceptrum & commune tueri.
T ranſilit ad longè metam rota. prima proinde
H is populis cenſenda ſalus, regnisq; putanda eſt:
S i, cùm diuerſis ſint ſubdita ſceptra, beatam
Æ ternamq; colant diuturna in fœdera pacem:
S eq; adeò officijs ſtudeant amplectier. eſſe
F œlices poſſunt, ſi ſe cognoſcere, ſi ſe
D ilexiſſe queant. nihil his natura negauit
Q uòd claræ gentes, quod haberent regna. futuri
S anè etiam inuicti, manibus ſi mutua iunctis
O fficia expediant, hoſtesq; repellere certent.
N am ſeſe appetere & contendere viribus, iſtud
E xitium vtriſque eſt. fuerit concordia, præſtò
A dfuerit virtus, victoria, lucra, triumphus.
H eu ſtirpem inuiſam Superis, baratroq; furente
E natam ſobolem: quæ conſultando quietos
P ectoris extrudit ſtudia in contraria motus:
A ccenditq; odium populis: pacemq; peroſa
E xacuit bellum reuocatq; in rura tumultus.
H æc eſt infauſto pars edita ſidere, nata

Ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A d ſcelerum formas: cuî prima in damna voluptas
A rdet, & exitio ſtudium eſt immittere gentes:
E t turbare bonos pacemq; exoluere regnis.
H os ſi ſcire Duces prauorum & monſtra Tyranni
P oſſent, & quali ſe venditat ore venenum:
F œlices eſſent. nunc occultata periclis
I nuoluit Reges, & fraus premit alta Monarchas:
V tq; minus capiant aſtutas culmina vulpes,
N eſcio quæ ſibi non prætexunt iuſta. feratné
H unc tua Maieſtas contemptum Regia? vel quis
D eniq; finis erit? tua cuî prouincia paret?
A nné etiam imbelli? quorſum fortuna dediſſet
H as tibi diuitias? hæc æra ingentia? regnis
A ccedant tibi regna tuis: tripliciq; reuinctus
F lore comas inter poßis ſupremus haberi
Q ui circum latè moderantur ſceptra Tyranni.
N il equidem metuas concurrere fortior. auro
E xſuperas, nitidiq; vales pleno aſſe metalli.
A lter habet, quid at alter habet? iam fœdera rumpe
Q uacunque ex cauſa. nihil iſta morarier ora
C enſurasq; velis, quæ te reprendere. regno
E xcellis: patrijs vtare ad commoda regnis:
Q uæ duplicata quidem redeant: vicinia noſtris
S i confracta ſuas ſubmittat faſcibus vrbes.
A ſpice quantum armis valeas. non turbet auorum
I nfœlix te caſus. habebant priſca minorem
S ecla poteſtatem. digito perfeceris id quod
I lli etiam totis non poſſent viribus. annos,
Q uidne annos memorem tam multos, pace quibus tu
P erfrueris, gazasq; auges & plurima ſtipas
F ortunæ emolumenta tuæ. iam ditia quantum
P ræſidij attulerint Naualia deniq;? puppes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E t numero claras, & firmas robore ponto
I mmittas. hominum peregrinis inclyta terris
C opia te ſpectat, tibi læta precarier: eſſe
I nuictum vocitant: de te ſermonibus vti,
T e laudare: tuos inter ſe ferre clientes.
A ude aliquid ſaltem, & vicino prælia Regi
D ura moue: tibi vel conceſſerit æqua: vel ipſe
C onfractus bello tibi rura & regna relinquat.
E ia age quo demum conſiſtas ordine? ſic te
F ata beant, ſic te fœlicem copia reddit.
H is equidem dictis faciles ſtultosq; Monarchas
M ulti etiam impellunt: vt iam rupiſſe quietem
P enè omnem vellent. nec ſe capere amplius: igne
S uccenſo ardeſcunt, cauſasq; in funera quærunt.
H os autem motus, vel gens peregrina: vel atra
E ſurie infames: vel rerum ignara Iuuentus,
V el faſtu Elati, vel nulla laude parentum
I lluſtres, animis Regum ceu toxica menti
I ngenerant. inhiat noſtris peregrina: miſelli
F lorere exoptant: Elati ditia captant
M unera regnorum, quæruntq; excellere: nomen
O bſcuri venantur. ineſt ſua cuîq; monendi
C auſa, nec ex vno veniunt ſuffragia fonte.
S ola eſt, quæ miſeranda quidem eſt, ignara Iuuentus
C onſilijq; expers: quæ quantum ſuaſerit armis
I ndulgere, equidem tantùm ſibi damna neceſq;
A ttrahit, ac vitam ſcelerato obiecerit enſi.
H æc etenim eſt, quæ cum ſunt mota pericula, motis
A ut finem dabit, aut vitam ſubuerſa profundet,
P ars belli prima & primis expoſta ruinis.
E t certè facile eſt Reges impellere, cum vel
D elicijs tantùm vita aſſueuêre: vel ipſis

Huc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H uc mens propendet, cupiant vt ſcire quid armis
M ars vehat, ac quales Bellona exſpiret in vſus.
E triplici plerunque tamen ratione mouentur:
V t ſibi bella probent. alijs Ampliſſima donat
F ortuna, vt pugnas optent. deterrima quosdam
E xſtimulat rabies odijsq; inflammat auitis.
H os honor, & bello quæ Gloria dura paratur
I ncitat. innatum eſt animis iuuenilibus arma
T ractandi ſtudium: neque maior penè voluptas
P ercellit mentes, quàm ſi iam mota ſequare
B ella prior, turmasq; inter ſis clarus equeſtres.
F orſan inexpertis ſunt dulcia bella. proinde
Q uàm primum Reges numeris inferre phalanges
E t lituis vrgere parant: ſe multa iuuentus
P rotinus impenſis longè excedentibus addit,
Q uæ numeros numeris, & vires viribus ornet.
H is ergo inijcijs exiſtunt bella: genusq;
H umanum ſtolido miſeros è fonte tumultus
E xcitat, ac nullo properat ſe euertere fructu.
Q uantò autem facerent aut omnes rectius, aut hij
S altem etiam qui ſe manifeſto ſanguinis vſu
C ontingunt: vt ſi quicquam fortaſſis acerbi
I ncideret caſus quo ſe pars altera læſam
D uceret: ingenuo tractatum pectore ab ipſis
P rotinus inijcijs tenues exſpiret in auras,
E t ſublata pio ſub iudice flamma dometur.
E t ſanè Reges magis id ſacrosq; deceret
H eroas, quàm venturis noua ſemina bellis
A ut iacere, aut iactis ita cultum ı mpendere: vt omni
P enè etiam verbo captes, quo dira fcueri
I urgia deînde queant: quo flammis ſumina poſſis
I nijcere, & plenas in funera voluere cauſas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E rgò inſectando cùm culpas omnia, iam nil
S ic vicinus agit, malè quin egiſſe, tuiſq́
Q uod rebus noceat ſtudio attentaſſe feratur.
H is furijs iam ſe confirmant claſsica. ſed quid
H æc ego? quò demum redeunt impendia fructu
C ompertum eſt. Patrijs ita meme ego denique bellis
O bſtrictum reor: vt ſi quid defenſio iuſtè
I uſta petat, nihil hîc mihi detrectare licebit
O bſequium: veluti non detrectauero. quod ſi
M omenti tamen haud magni res incidat: hîc tum
H ortarer pacem ſtolidis præferrier armis:
Æ tque incerta ſuis cum damnis lucra, modeſta
E t nihil impulſa conferri lance. faceſſat
Q ui paci bellum, qui præferat arma quieti.
H æc ego ſic dixi: moneant vt lecta Nepotes,
N e temerè tranquilla ſinant & amica moueri
F œdera. quæ motis inſint diſcrimina bellis
H aud ſtulti norunt. facile eſt immittere regnis
B ellorum flammas: verum has extinguere non iam
A rbitrij eſt noſtri. ludit fortuna, nec illud
S anè etiam præſtat, quod ſæpius aurea ſpondet.
P rima igitur plauſus ratio eſt, ſemperq́ manebit
P rima bonis, pacem reparatam gentibus eſſe:
E t Suecos nobis, & nos coniungier illis.
P ublica res etenim pax eſt: cuî prima dicari
V ota decet: quæcunque homini ſint vota, quibus ſe
V el cœlo ſubdat, vel lucra optata ſequatur.
H æc verò latè ratio ſe extendit: & vni
N on tantùm Boreæ noſtriſq́ domeſtica regnis
A lludit: cunctas Europæ proxima gentes
A dmonet, è quanta conflatur clade, ſub Arcto
Q uod poſitis regnis bellum diſcrimina gignit.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N on ea principio ſunt cognita damna: ſed vt ſe
E xtendit furor, ac nocui vis effera belli
E xtrahitur, demum ſentitur vulnus, in omnes
Q uod latè populos ſpargitq́; augetq́; dolorem:
I mmittitq́; feros in languida viſcera ſenſus.
R es ea comperta eſt. ſenſit Germania cladem
S enſijt Hiſpanus, fortes ſenſere Britanni
E t quæ ſunt noſtris contermina Vandala regnis.
H îc etenim intercluſa ſilent commercia: nullis
S ulcatur fœlix ratibus mare: gentibus omnis
L ibertas vſusq́; perit, quò lucra ſequantur,
I ntulerintq́; ſuas vicina in littora merces.
N unc ergo vt tumidos Bellona recondidit enſes
E t clauſit biferos facilis Rhamnuſia poſtes,
P rogreßi rurſus populi conſueta frequentant
O fficia, & noſtris alternant commoda regnis:
S eu res permutant rebus, ſeu plurima nummis
E mpta legunt, varijsq́; modis compendia captant.
I am Sueticas Danus, iam noſtras Suecus in vrbes
V entitat: Heſperios iam Prußia diues Iberos
V iſit, & in faciles redeunt commercia Belgas.
O mnia iam veteri ſub libertate vireſcunt,
N oſtraq́; mutandis ſe mercibus oppida firmant.
Q uapropter poſitis nunc queſtibus omnia latè
C ommunem ſtatuunt plauſum: populiq́; fauentes
S eria multiplici cumulant ſibi gaudia voto,
S ollicitantq́; Deos: ne qua pax rurſus Erynni
T urbata, inuiſo conceſſerit aurea bello:
P ercellatq́; animos odijs & fœdera rumpat.
H æc orbis magni ſunt ardua vota, quibus ſe
H is iungunt populis, Boreæ qui regna colentes
P erficiunt toti gratißima pinguia mundo:

Dum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D um res, dum portus, dum tuta per æquora lætos
E xpediunt curſus animiſq; fauentibus augent.
V tq; ea ſit latè virtus conſpectior, hiſce
G ratantur thalamis, ſolido & gratantur honori,
Q uo Danus parta ſibi pace paciſcitur orbem,
E t famam tædis inferre iugalibus ardet.
P roximus ex illo cuique eſt ſuus, iſte bonorum
M entibus increſcens plauſus: quo cuncta Monarchæ
L æta ſuo, & lætas poſcit ſibi Dania ſortes:
C omplacatq; Deos, Regemq; fauoribus ornat.
A ut quid ego Agricolas, quæ prima eſt portio, dicam?
Q ui veluti clades bello, atque incommoda poſſent
S entire, & longos inter trepidare furores:
S ic iam pace nouos animis inducere motus
A udent, ac gratam reuocare in rura quietem.
N on ea, non miſeris ratio eſt & vita Colonis
V t perferre diu poſſint ſua triſtia: ni vel
F ortunis exuti abeant, vel fracta dolore
I ntulerint gelidæ redeuntia viſcera morti.
Æ grorum ſiquidem cùm viuant cultibus, his quid
Iватереà lucri ſtiparint: ſiue ſerendo,
S eu paſcendo colant, pecorumq; è fructibus addant,
A ſpera quo belli tolerare impendia poſſint?
E t tamen hæc hominum pars eſt, cuî prima laborum
I ncumbit moles: quæ prima iuuamina bellis
S ubſidiumq; parat, numerumq; in prælia mittit:
B is affecta graui ceu rerum ſorte: quòd inde
S uppeditet neruos, hinc pignora chara citosúe
E xpediat pugnis & robora plurima ſeruos.
V t nihil id referam, iniuſtis perſæpè colonos
A fficier ſtudijs: ſi ſæua Harpyia miſellis
I mperet, atque graui deſcripſerit æra bilance.

Inuitis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nuitis etenim dominis mala multa ſubinde
A gricolæ tolerant. Igitur cum pace ſequeſtra,
I am tolli bellum, tolliq; ea funera cernunt:
P rimi equidem primis augent ſe plauſibus: orbi
G ratantur patrio: ſeq; hoc ita deniq; motu
E xpediunt, verè vt cupiant ſuccedere Regi,
Q uæ ſibi grata velit regniſq; optanda probarit.
H is læti ſtudijs reparant conuiuia: priſcos
L ætitiæ mores & grata obſonia menſis
R eſtituunt. alacri iam ſcindunt vomere terras
I nſcribuntq; dies operis, ſubiguntq; iuuencos
E xercentq; boues campiſq; minantur aratris.
M ox ſimili ſeſe votoq; ac pectore Ciues
E xtulerint. ciues, ratio eſt quibus omnis, & omnis
V itæ vſus ſola fœlix ſub pace: quibus nil,
A ut ſanè exiguum bellorum tædia proſunt,
S i quæ recta ſient vera è virtute ſequantur.
H is animus quanquam perſæpè elatior omnes
P eruolitat numeros, motiſq; paciſcitur armis
N eſcio quid, quo ſeſe extollant pectora lucro,
E t medios inter fingant ſibi proſpera ventos:
C um tamen exarſit bellorum flamma, proculq;
P rogreſſa eſt, & ſe foribus diſcrimina totis
I ntulerint: iam res liquidò monſtrauerit, eſſe
A ut planè fatuos, aut non ſapientibus vti
C onſilijs ciues: qui cùm fortaſſe loquantur
G rata ſuis, bellumq; velint & prælia poſcant:
D eſipiunt tamen, & Furijs agitantur: & illud
Q uod fortaſſe errant producto è Marte notarint.
N on etenim euentus reſpondet luſibus. omnis
V el fortuna iacet, vel nuſquam proſpera cæcas
E xagitat mentes, duroſq; obtendere vultus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

F ortia non nunquam quatiuntur mœnia telis,
E t muros ferus hoſtis habet: quo ſidere quantum
S ors peperit luctus, quæ funera ciuibus auxit,
C onſtiterit. merces quas longa per æquora mittit
O ccupat immiſſis Pirata latronibus. omni
V exat agitq́; domos miles ſanè improbus auſu
E t tibi ſacra premit. deſcripta ex aſſe moleſtus
I mperat æra, graui metuendus lumine cenſor,
E t maiora petit, quàm fert fortuna. penu iam
D eficit, ac lucro minor eſt prouentus inani.
H ic ſapimus. ſeq́; ipſa capit mens, anteà nullo
Q uæ poterat terrore capi. Iam pacis honeſtæ
D ulceſcit nomen: iam damnas bella: ferumq́;
E xoſus Martem noua fræna furoribus addis.
E rgo vbi iam grato redijt pax aucta fauore
E t latè regnum ſubiens oppleuit amicis
V ocibus, actutum Ciues ſperare, ſacramq́;
H anc adeò lucem pulſis celebrare tenebris.
A t verò pacem cùm ponè ſequatur honeſtus
C oniugij ſplendor, ſacrasq́; euoluere tædas
R ex parat, ac thalamos prudens intrare iugales:
O ppida non tantùm pacem amplectuntur, & omnes
R urſus inire vias, omnesq́; intendere neruos:
V t lucrum facere, & ſarcire domeſtica poſſint
D amna. velut pontum ratibus ſubmittere: lætas
C onari merces populis exquirere. verùm
H is animi ſtudijs etiam fœlicia Regi
G ratantur, votisq́; fauent, thalamisq́; precantur
S ucceſſum, atq; alacri mentes coaleſcere vinclo.
D ij quid læticiæ medijs ſeſe vrbibus hincq́;
A tq; hinc oſtendit: quantum luſusq́; iociq́;
I ngenui ſubit, & quantum eſt certaminis, vt ſe

Intereà

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nterea ciues recreent: fractaſq; tabellas
R eſtituant? iam non veterum meminiſſe laborum
C ollibet: amiſſos iuuat obliuiſcier, & ſe
P ræſenti rerum fato ſic iungere, gratas
V t moliri operas lucroq; inſiſtere, celſas
Æ dificare domos cumulareq; pignora certent.
S ic ſeſe Ciues recreant: ſic eſſe beatos
E xoptant Reges, ſic lucra ex pace ſequuntur
E t ſortem thalamis lætam fœlicibus orant.
N ec plebi tantùm res hæc animumúe manumúe
T emperat: vt dulci præſentia gaudia plauſu
T eſtetur: claris etiam natalibus ortos
P ercellit, patribuſq; inſunt ſua vota modeſtis
N obilibuſq; viris: quos purpura flexilis ambit
A tq; honor, & meritis inſcripta recentibus ornat
V irtutis ſeries. onera hæc duriſſima bello
P ars hominum ſentit. nec quòd ſit clara vetuſtis
M aiorum titulis opibuſq; excellat, & inter
S plendores regni primos tueatur honores:
I dcircò propria ſic libertate fruatur
C onfidatq; ſtatu: nihil vt ſentiſcat acerbi
F ortunæ motus: nec plurima triſtia belli
N orit, & vt partem communi è vulnere guſtet.
M ulti illam caſus, & multa pericula latè
E xercent: quantumq; animis, quantumq; valere
S umptibus, & quanto præſtare hîc robore poſſit:
T antum etiam rebus patriæ, Regiſq; ſaluti
I mpendit. Vel quid primùm narrauero? ceu ſe
N obilitatis honos, rerumq; opulentia primis
I nſinuat gradibus: ſic prima pericula, primas
A rmorum furias & acerbi funera belli
S entit, & impenſis grauioribus explicat enſes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Non etenim ſimplex ratio eſt, qua bella ſequatur
Obijciatq́ hoſti fatalem in vulnera dextram:
Ceu fortaſſe alijs: quibus vna ſæpè bipenni
Res agitur, tenueſq́ ferunt impendia ſumptus.
Magna illis onera incumbunt, qui magna tueri
Nomina ſuſtineant. quid equos, quid fræna, quid acres
Commemorem famulos? quid ephippia curua, quid enſes
Quid currus referam, quid plenas ære crumenas
Et moto ſemper valitura ſalaria bello?
Iam nihil officio liceat cum cedere, primis
Ordinibus proſtant, primumq́ in vulnera pectus
Obijciunt: primi, quos ſæuior hoſtis & enſe
Appetit, & ſi quid faueat Dea bellica, vinclis
Mancipat. ex illo redeant ſi forſitan igne
Salui etiam: tamen afflictis ita rebus atroci
E pugna redeunt, vt multum cladis acerbæ
Intereà acceptum ſiet, & victoria multo
Sanguine conſtiterit. clades extrema priores
Vicerit impenſas: cùm tete incerta ſequatur
Gratia, & è dubio conſtent tibi præmia talo.
At verò aſperior ſi te fortuna ſub ipſo
Conflictu ſtrauit, fœlix hoc nomine dici
Cenſeriq́ queas: quòd fatum impleueris: & te
Pro patria haud timidum tam duro obieceris enſi.
Denique nil metuas, quo demum iudice factum
Fama ferat. ſed enim ſors hæc miſeranda putanda eſt,
Cum gladios inter, duraſq́ graueſq́ bipennes
Tu pugnans moreris: tete tamen alter acerbo
Iudicet ore, cui tutam cùm tecta quietem
Præbuerint, calida vitam fornace fouendo
Colligit: ac cyathis ſecuros implicat artus.
Nec tamen hæc Momus mendacibus inclyta dictis

Obruet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O bruet acta. Deo ſplendens ſe iudice virtus
A ſſerat, ac rectos inter ſit grata nepotes.
N obilitas igitur cùm pondera maxima bellis
P erferat, ac primis ſit pars expoſta periclis,
(C uî fortuna domi valde tenuatur: & hæc quæ
F ortaſsis ſpondere foris compendia poſſet,
L uctibus inuoluit: geminoque ita ludit ab vſu:
S eu cum pauperiem, ſeu cum noua funera reddit:)
E tſi pro patria fugiat nihil arma necesque
A tque pericla ſequi: Pacem tamen optat, eique
O mnibus indulget ſtudijs. pax aurea lætas
A uget opes vitæque ſtatus diſcriminat, & quæ
M unera ſint ſua cuîque æquis diſpenſat habenis,
I nſcribitque manus operi & ſacra otia gignit.
H ac igitur parta iam primas purpura grates
R egibus exſoluit, votiſque frequentibus orat:
N e ſimili deînceps moueantur bile: ſuoſque
I n triſtes ſecum luctusque ac vulnera ciues
P ertrahere, & gelidæ ſtudeant immittere morti.
E ſſe id ploratu dignum: cùm regna Tyranni
P erturbare queant, & quæ tranquilla mouere:
Q uæ turbata tamen fuerint, in priſca referre
O tia non poſsint. Procerum magniqúe Senatus
E t populi parentis erit, quæ mota fuiſſent,
I n veteres retuliſſe ſtatus: armisqúe quietem
R eddere, & ingratas reuocare in fœdera gentes.
N obilibus ſua vota viris quapropter honeſtæ
S uccedunt paci. pax eſt optanda bonisqúe
C iuibus, Agricolisqúe etiam: ſed plurima pacis
N obilibus ſit cura: quibus plerunque pericli
P lus, & triſtis adeſt ob prima pericula, caſus:
D um quæ læta tenent, haud rarò in triſtia vertunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

G rata equidem multis res eſt, ſpectarier auro
O rnatum. multis percellit purpura ſenſus,
E t Proceres inter verſari, lumina ſtringit.
A t verò non hæc tantùm aſpectare deceret
H os miratores: potior cenſura putari
P oſſet: nobilibus ſi quæ ſunt triſtia ſpectent.
Æ quataq́ adeò cernant diſcrimina lance.
N unc tantùm tibi quæ placeant laudaueris. iſta
Q uæ coniuncta ſient ſplendoribus ardua nullus
A ſpicis, & tenui prendis latitantia ſenſu.
Q uin miſera eſt terræ facies, vbi nulla vireſcit
N obilitas: vbi non honor eſt virtutibus. illa
G loria regnorum veteri iam cognita mundo
S emper erat: ſemperq́ manebit gloria regnis
Q uæ tu regna putes: nec barbara vincla ferantur
I n quibus haudquicquam tribui virtutibus audis.
N obilitas nihil eſt aliud, quàm dulce beatæ
V irtutis pretium. quo qui afficiuntur, habere
S e momenta putent, quæ ſunt ampliſſima claro
N omini, & ad veras gratiſſima pignora laudē.
S altem operam dederint: vt quæ virtutibus eſſe
P roxima facta queant nullo impediente ſequantur:
V tilitasq́ ſuo ſit ſplendida ſemper honeſto.
N am qui magna ſequi ſtudeant virtute relicta
E t primos captare gradus tituloſq́ tueri
N ituntur: tantùm humanis ſunt corpora laruis
E xornata: quibus veræ nil laudis ineſſe
A ut durare poteſt. nihil eſt deformius alto
Q uàm iactare genus producta ſtemmata: cùm ſis
E xpers humanæ virtutis: & omnibus vnus
F lagitijs ſuperes. Thraſo fortaſſis & auſu
E ffræni Cyclops poteris cenſerier: at tu

Nobilis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

N obilis eſſe nequis: cum deſtituare modeſti
H umaniq́; animi, quæ ſunt verè aurea donis:
Æ bijciasq́; Deum, & vitijs præcordia ſubdas.
H is equidem ſine Nobilibus nec Regia quicquam
M aieſtas, faciles nec quicquam penè coloni
E fficiant. quid enim? ſi nulli forſitan eſſent
I am regnis Proceres, actumné proinde putares
E ſſe etiam bene? Nobilitas eſt inclyta regnis,
C eu cœlo Phœbus: qui ſi non luceat, atris
I am ſubmerſa dies lugetq́; doletq́; tenebris,
E t denſis gratos inducit nubibus ignes.
Q uidúe futurum eſſet? ſane aut aliunde neceſſe
I nduci foret: aut proprijs è gentibus inde
S ublegere, eximio quos Regum culmen honore
S ubuehat. ac primis ſpectandos laudibus ornet.
P artæ igitur paci Proceres gratantur. at vni
N on etiam paci tantùm: quæ pacis honeſtæ
M unera ſint, merito celebrata extollere plauſu.
P ræcipuè Regi thalamosq́; & læta precantur
Æ uſpicia: vt cum iam tædas ſubijſſe iugales,
E t ſe inferre parat moderati legibus æui:
F œlici tam magna quidem conamina cœlo
T entet, & æternum factis inducat honorem.
I nde miniſterijs ſe quiſque accommodat, & quæ
N uptiæ erunt Regi maiores laude, modeſto
E xquirit ſtudio gratisq́; laboribus inſtat.
D ij quanta aſsidui conatus, quanta parati
O fficij menſura fuit: dum ſingula quiſque
Q uæ mandata forent, ſtudioſe abſoluit, eoq́;
H oſpitibus gratum ſub munere fecerit: vna
Q uæ cunctis ratio eſt, & mens. non vlla proinde
P ars ceſſat, minus vt quæ ſunt iniuncta ſequatur,

Expediatq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

E xpediatq́; manus operi, properansq́; miniſtret.
A ut quis diuerſos tanta in conuiuia motus
Q uiſúe miniſterij diuerſas ordine partes
E xplicet? hic dapibus menſas onerauit: at ille
Q uæ iam cruſta forent leuibus compacta caniſtris
E xcipit, ac inopi iam deſtinat ante iuuentæ.
I nde autem poclis iam prouidet alter: iiſq́;
V ſibus haud ſegnes equidem præſtare lacertos.
T um verò ornatum quo ſe Proceresq́; viriq́;
M agnifici extulerant, quis dixerit? illa venuſti
F ormæ habitus multis oculos perſtrinxit. at ipſe
R ex equidem valde moderato eſt vſus amictu:
E t nihil inuiſi faſtus fuit. aurea nuſquam
V eſtis, & inſertæ non luxum prodere gemmæ.
N obilitas ſedenim ſtuduit ſplendoribus: aut vt
L æticiam ornatu poſſet teſtarier: aut vt
P ræterito non ſe belloq́; ac Marte probaret
E xhauſtam fractamúe opibus: ceu pulta mutare
I ntereà gens, & noſtris illudere regnis.
S ed quid ego hæc? plauſum qui Nobilitatis, & alti
O fficij partes cumulo deſcripſerit: idem
I ngeſtas pelago ripis numerarit arenas:
Æ tq́; atomos claro volitantes Sole notarit.
V ltima de toto ſupereſt pars optima cœtu,
E t primis ſemper memoranda relatibus. aut hanc
Q uis Maieſtatem doctrinæ ignorat? an illam
N on etiam veteres dignati ita laudibus eſſent:
V t primis ſemper gradibus conſiſtere: primos
S emper haberi inter ſtuduiſſent Pallada cultus?
L argior inuiſo tumidiſsima nomina Marti
I ampridem acceſsiſſe: Deumq́; hunc neſcio quo ſe
O ſtentare gradu; quòd robore præſtet, & altis

Viribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Viribus excellat, Plutoq; vtatur amico:
Intereà ſacras multis contemnier artes,
Et multis odio eſſe: quibus fortaſſe Minerua
Sordet, & Aönij ſunt fabula vana Poëtæ.
Iccirconé igitur vera ſe laude Gradiuus
Vindicet in ſolidos quos virtus auget honores:
Obtineatq; gradum, quo ſtent ampliſſima? vel quæ
Hîc ego prima querar? Sophiænè dicata ſileſcant
Sacra Deæ, & nullo vigeat Sapientia fructu?
An contemptus alat manifeſta in crimina cauſas,
Vt Muſas odiſſe velis: cùm præmia iuſtis
Haud reddi videas quæ ſunt æquata Camœnis?
Ergoné quod firmis excellat viribus Aiax,
Et Diomedei ſint robora prima lacerti,
Hectoreisúe minor concedat Græcia neruis
Propterea neq; Thaltybius, neq; doctior Orpheus,
Nec Calchas vates, neq; quicquam diuus Vlyſſes
Heroum in numero veri tueatur honoris,
Optandaſq; bonis gerat inter prælia laudes?
Anné tibi Pallas tenui ſordeſcat Oliua:
Quòd Neptunus equum mota tellure frementem
In patulas proferre auras & condere poſſet?
Iam verò rigida quid habent mortalia Quercu
Maius: ſidereo quæ cùm ſit ſacra Tonanti
Arboreas inter palmam fert aurea frondes?
Hacné igitur cauſa tibi Laurus ſordeat, illa
Laurus Apollineis inſcripta fauoribus? Abſit
Vt nil Doctrinis tribuas: quia bella Gradiuus
Geſſerit, & maior rigidis ſit ſplendor in armis.
Nobilitati equidem ſua conſtet linea: ſed ſic
Conſtet, vt æternæ potior ſit palma Mineruæ,
Et vincat ſtolidos ſapientia cauta furores.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Ergo age, quos Docti plauſus, quæ vota Tyranno
E ffudêre: quibus thalamosq́; & feſta iugales
I ntulerint precibus, memorarit Muſa. duobus
A t verò ordinibus Doctos mirêre. priores
V endicat aula gradus, calamisq́; exercet, & inde
E veteri cultos Scribarum nomine pandit.
Q uin cancellando cùm mutent plurima, vocem
O fficijs æquant: vt nunc penè hacce vocari
V oce velint, aliquamq́; petant è grammate laudem.
P rimus in hoc numero primas Skougardius ille
N oſter Iohannes meritò ſibi vendicat: vnus,
C uî quæcunque bono poſſet dare nomina Virtus,
I am dedit, ac veris inſcripſit honoribus æuum.
H unc Noriberga virum ſic artibus extulit: vt cùm
I nde quidem patrias cultus rediiſſet in vrbes,
P rotinus accitus Chriſtiâno à Rege, ſubirit
H os ſcribendi vſus: & cancellarica iam tum
M unera perpetuis onerata laboribus acer
E xplicet, ac ſtudio faciendi grata ſeneſcat.
H oc melius nil læta viro ſors intulit aulis:
Q ui tot ſub dominis, tot Regibus vnus honeſti
P ropoſiti metam ſic deniq; temperat: vt cùm
P rincipibus placeat, miſeris non ille colonis
D iſplicet: officij partes moderatus: vt illis
E t quæ grata ſient, atq; his quæ iuſta probarit.
H unc ſecum Rex perpetuis habet vſibus: vt quo
D electatus, ob ingenij moderata volentis
A rbitrium, & mores propter non vana ſequentes.
H uîc ſecreta quidem ſua commiſiſſe, ſigillum
C redere, & ingenuos inter præferre miniſtros.
Q uod Regis ſtudium virtutibus ille mereri
E t retinere poteſt. pauci quos æquus amauit

Iuppiter,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I uppiter,hoc potuēre. nec eſt, mirarier hos cur
F ortunæ vultus & cæca impendia velles.
R egibus haud quicquam citius mutatur: habentq́;
N eſcio quas odij cum feruent pectora, cauſas,
T u quibus officij nomenq́; & præmia perdas.
P oſſe igitur Regum quoſdam retinere fauores,
E cœlo veniſſe putem: confuſa Monarchis
N e ſint cuncta bonis: aliquiq́; ferantur in aula,
Q ui ſi ſumma quidem nequeant, mediocria ſaltem
I uſta, etiam in miſeros ſtudeant proferre colonos:
E t qua parte queant, confirment regna Tyrannis.
O ſimiles vtinam plures,pluresq́; beatis
I ngenij ſtudijs gratos extrudat in aulam
F ortuna, & noſtris tutelam rebus adornet.
M ulta equidem pars eſt, quæ flecti neſcia, virus
P ro virtute colit: miſeris quæ inſultat,& hæc quæ
L enire interdum poſſet mala, vocibus auget
N on etiam humanis, non æqua ſonantibus. vt fit
C um benè quiſque ſtudet ſibi conſuluiſſe: tametſi
N on alijs benè,non alijs cupit eſſe beatè.
V erum iter ingreditur non hoc Skougardius: aſt quà
O fficio proſit, quà multis commodet,iſtac
V adit.erunt noſtris ſemper pia fama Camœnis,
Q ui laudem ex virtute parant: qui Regibus adſunt,
E t deſertorum cauſasq́; ac iura tuentur.
H uîc equidem è Koôſis Niclaum fata Deusq́;
E ſſe dabat ſocium: cuî pars non vltima rerum
C ùm commiſſa ſiet, lucem capit. illius annis
I llius ingenio ſacras ita Iuppirer artes
I ntulit: vt magna iam dexteritate loquatur
Q uæ doctum deceant,ornareq́; ſtemmata poſſint.
O vtinam placido ſuperent motuq́; animoq́;:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q ui Regum dictis ſæpè aſperioribus addunt
T emperiem, aut ſaltem, ſi vellent, addere poſſunt.
N on illi ſtudijs rapiantur inanibus, vt cum
B ile tument, medios inter reſponſa calores
P ro miſeris accepta grauent: moderatio frænos
I nferat, vt ſua ſic virtuti gloria conſtet,
E t nihil affectus placido præſcripſerit. Vſus
E ſt, hominum certè qui vitæ conſulit. iſtis
Intereà formis, animi & conceptibus altè
L uditur, & nihil eſt quod non complecteris. at rem
S ic demum expedias: ſi quæ moderata probari
C enſeriq́; queant libeat ſectarier: vnde
I uſta laboriferæ veniant ſolatia menti.
C ætera ſidereis ſunt obuia motibus: aſt hæc
Q uæ decet humanum Virtus moderatior, omne
E t punctum tulit, & terrenis cœlica iungit,
I ngenijq́; decus vero corformat honori.
H æc ſua Niclaum ſors aurea fulcit, honeſtè
Q ui poſtquàm didicit, quæ ſunt optanda: ſub vſus
S ic ea diſpenſat, nihil vt virtutibus vnus
D eſit, & humano ſit prorſus ad omnia ſenſu.
V ir fidei pactiq́; tenax, cuî gratia mores
T emperat, ac animum ſolertia blanda coronat.
S ed quid ego hæc? plures etenim doctosq́; bonosq́;
H îc habet aula: quibus virtutem induſtria multo
A uxerit officio, & calami labor addit honorem.
A ut quis Mauritium non prædicet? ille vetuſta
S tyggorum ſerie poſtquàm ſiet æditus, acri
I d virtute quidem ſequitur, non vana parentis
V t ſobolesq́; & fama ſiet: cuî multa prioris
A ccedant generis velut incrementa: geratq́;
H anc ſibi virtutum propter commercia laudem.

Quin

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uin age, Huitfeldos quæ Muſa ſileſcat? an his non
S ic rerum natura Parens decidit honeſtam
I ngenij ſortem: nihil his vt penè videri
H oc equidem toto præſtantius ordine poſsit.
V ſque adeò numeros doctrina impleuit: at illi
Æ quauit lepidos fati conſtantia mores.
E t certè Aruidum mens inclyta fulcit, eiq;
S ic gratos addit fortuna ampliſsima vultus:
V t neque diſpliceat tibi conuerſatio: nec te
I ngenium offendat: nec quæ tentauerit, eſſe
S uggillanda putes ſtudijsúe notanda ſiniſtris.
I acobum ſedenim ſolers prudentia, mores
H umani, ac vehemens noſcendi multa voluntas
O rnat, & Aönios primum vehit inter alumnos.
C uius ego expertus ſtudiumq; fidemq; probabam:
T empore quo ingratam Venetum perſpeximus vrbem,
E t Ganymedeos ego demirabar honores.
N ec tantùm è Danis aula hac in parte referta eſt:
G ermanos etiam, propter commercia gentis
M axima Germanæ, noſtro Rex Danicus æuo
A dmittit, cultos ſtudijs operumq; labore
V alde equidem celebres: quorum eſt induſtria multis
E tiam nota vijs, & honeſtis edita factis.
H æc etenim imperij ratio eſt, & plurima noſtri
C onditio: vt cùm Theutonibus vicina colamus
O ppida, & inuoluant communes limina fines:
S æpè equidem exiſtant non vana negocia: quæ nos
H is iungunt populis, hæc in conſortia mittunt.
G ermanis igitur opus eſt, qui voce manuq;
E xpediant, quæ vicina cum gente neceſſe eſt
P erfici, & in lætam deducant acta quietem.
H oc equidem primas numero cùm forſan adeptus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S it Caſparus: habet quò ſe iactarit alumno
R oſtochium: noſtris quæ proxima gentibus iſtud
V rbs agit, vt noſtris plerunque è gentibus eſſe
L autior vna queat. primos huîc noſtra parentes
R ugia decreuit, populis quibus ortus honeſtam
M aiorum famam clara virtute tuetur.
Q uin ſibi doctrinas ſtudioq; ac arte parauit
S ic etiam, vt ſummos aut planè æquauerit: aut non
P oſterior primis facundi pectoris vſu
P olleat: ac meritæ veniant in nomina laudes
P aſilico. Egregijs animi quin dotibus auctus
S uendius hoc etiam conſiſtit in ordine: cuius
E t perſpecta fides & virtus cognita ſic ſe
E xerit: vt Regi cùm ſit chariſſimus, iſtud
I am pridem aſſequitur, non tantùm vt charus, ſed vſu
M aximus, ac primos inter ſit primus alumnos.
H uic vni ſcelus inuidiæ nil detrahit. Eſt res
E ſuperis prognata Dijs cœloq; Parente
E dita, in externis ita totum gentibus æuum
D ucere poſſe: odijs nihil vt fortaſſe labores,
E t nihil in prauos recidant tibi ſecula morſus.
H æc eſt virtuti merces: quæ plurima cunctis
C ùm placeat, nullos lædit, non omnia carpit,
N ec figit ſtolidos ignota in crimina dentes:
C eu multi, quibus id ſtudij eſt, vt grandia paruis
E xſtruere, & fictis inducere ſeria poßint.
S VVendius haud illo ſibi vitam more putauit
I nſtituendam. igitur certat virtutibus, vna
Q ua iam lege bonos & nomina grata meretur.
H is alij atque alij, ceu Truckenbrotius, & qui
H allenſi natus noſtras has venit in vrbes
H elias, ſtudijs culti & pars iuſta Camœnis,

Accedunt

A ccedunt ſocij, & communes arte labores
E xpediunt. hæc eſt tam ſplendida Regibus aulæ
P ortio, cuî rerum commiſſa negocia tali
P lerunque euentu medios referuntur in vſus
E t lucem confecta petunt: quali ordinis huius
C enſores ducto ſtatuunt fas grammate condi,
Q uos penes arbitrium eſt, & vis perſæpè luendi.
H os, vnquam quiſquis ſapuit, dilexit. inanis
S tulticiæ eſt odiſſe manum: quæ perdere tete,
A tque nocere poteſt: quæ ſaluum reddere tete
S olariúe poteſt. non hanc Deus ipſe moleſtam
A uerſamq; velit ſibi Iuppiter eſſe. Gygantes
V iceris, haud magno Nanos ſuperaueris enſe.
Q uin tibi ſi primi concedant, proxima ſpes eſt,
N il vt ab extremis metuendum duxeris eſſe.
V ſque adeò punctum tulit omne is denique, qui ſe
Q uò ratis inclinat, plauſuſq; inflectere poſſit.
S ed ſileam. his equidem adijcias, quos aula deinde
E t fidos habet, & meritos extollit ob vſus.
E tſi autem ex alio noſtris ſeſe ordine Muſis
I ntulerint: primos tamen inter haberier hoſce
F as ſiet, ac diti ſint pars inſcripta Mineruæ.
A ut quis Niclaum nunc ignorauerit, vrbs cuî
S ic Coldinga dedit nomen, vocitarier hoc vt
C eperit? at multos cum Rege is pertulit annos
I n bellis & pace Comes: cuî feruida Martis
A lea perplexas nonnunquam in pectora curas
I mmiſit, varioq; virum tentamine pulſat
C oncutiens: ne quid conſtanti è pectore Regem
F ulciat, ac dictis animum firmarit honeſtis.
S ed neque Bellonæ furijs, neque Martis atroci
P ermotus gladio eſt, ſtatione vt ceſſerit: aſt ſe

Inuictum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nuictum præſtare, locumq; tuerier, ex quo
S æpius in dubias ſubierunt robora mentes:
Q uæ durare iubent certisq; inſtare triumphis.
H înc iam Chriſtoferus (cuî Pruſsia diues honeſta
E xtulit vrbe genus) coniungit Knofius omnem
E xtenditq; operam: communi vt munere gratum
H oc Euangelij ſemen ſpargantq; rigentq;
E t medios inter ſtrepitus, interq; malorum
C enſuras læto faciant ſuccreſcere fructu.
C ùm verò grauitate ſient animisq; modeſtis
E ximij: non tantùm operam præſtare docendo:
C ommoda ſed multis ſatagunt aduoluere: cùm vel
I mpellunt Reges, alios vel ad optima flectunt
C onſilia, & ſtudijs augent moderata Tyrannis.
M ultum autem hoc hominum poſsit genus: arbitrioque
P artem in vtramque valet multum: ſeu perdere ſeu te
A ſſeruiſſe velit. quòd ab horum ſæpius ore
P endeat excelſi mens Principis: isq; ſalutem
S ic plerunque quidem miſeris decernit: vt illam
S acrorum Myſtæ poterint pinxiſſe videri.
C umq; voluntates Heroum inflectere poſſunt
Q uò libeat, plerunque quidem id ſuccedere ſpectes,
V t ſaluos quos eſſe velint, quos eſſe beatos
C onentur, planè ſaluos planè eſſe beatos
A ccidat, ac largis cumulari fructibus. at qui
P erplacuiſſe minus poſſent fortaſsis, eo iam
P riuari, firmo quod poſſedêre bonorum
H actenus applauſu. Sed enim quò fucus agendi
Intereà lateat, ſpecies iam fingitur, è qua
Q ui petitur, tutò poſsit prætextus haberi.
S ic alios plerunque premunt, aliosq; ſubinde
I n ſublime vehunt, ſupraq; cacumina tollunt.

Hac

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H ac aulæ Regum iam dudum peſte laborant:
D um ſacri Myſtæ ſtudiumq́; ac vota Monarchis
L- ibera ſubuertunt, & cò, quà commodet illis,
E t Regum dextras, & Regum pectora voluunt.
E uenit hinc igitur malè nunc audire Tyrannos
P aßim omnes: proprio quòd nil iam lumine ſpectent:
N il proprijs oculis, propria nil prendere dextra
P oßint, nec recto quæ ſunt confinia cernant.
S ed circumduci ſeſe patiuntur, obæſis
N aribus iniectus tanquam ſi circulus eſſet:
Q uo prenſi vinclum tolerent, vltroq́; ſequantur
Q uò Myſtæ blandi, quo ſacra ea lumina traxint.
S ic fieri, vt nullis redeant æqualia. ſæpè
S ors ſiet atra bonis, cùm ſors ſiet alba malignis.
Q uin meritis ſi quid tribuendum forſitan eſſe
I pſi etiam Reges ſtatuant: hîc plurima dictis
C ongerier, meritis aliam quæ affingere formam
P oſſunt, ac animis conceptos vellere ſenſus.
E t tamen id fuco laruaq́; ac denique tali
S implicitate geri: nihil vt nocuiſſe videri
C uîquam fortè velint: ſed Regum mentibus id ſe
I nſerere, è vero quòd fructu conſtet, alatq́;
P rincipibus gratam facta ob tam commoda laudem.
H îc circumſcripti Reges ceſſere Theatro,
E t palmam ſacris liquêre & præmia Myſtis.
A ſt alijs noſtri ſectantur moribus aulam,
E t commune nihil ſcelerum cum peſte frequentant.
P rimùm etenim nihil immiſcent ſe rebus, ad illos
Q uæ nil pertineant, qui tractant ſacra. deinde
Q uod ſibi fortè etiam peragendum ſumere, magna
S edulitate quidem peragunt: normamq́; ſequuntur,
V t proſint multis, noceant at nemini. ab hiſce

 Mori-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

M oribus egregio cumulantur nomine, quòd nec
I mproba defendant, nec quæ ſunt aurea damnent.
Q uid Medicos referam? genus ipſo à Sole medendi
V iribus ornatum: cuî vitæ iura Machaon
N oſſe dabat, morboſq́; graues Podalyrius heros
T ollere, & oppreßis æuum proferre venenis.
H os aulæ ſemper iunctos habuêre miniſtros,
E t ſacros coluêre: quod his vel ſana tueri
C orpora fas eſſet: vel quæ iam læſa fuiſſent,
A ſſerere, & priſcas reuocare in robora vires.
N ec quicquam his inter mortalia culmina maius
E ſſe poteſt: qui naturæ ſecreta, modoſq́;
A tq́; facultates rerum, & coëuntia norunt
F œdera, & occultos manifeſta in commodà nexus:
M agna indagandi his cura eſt, dum ſemina rerum
S crutari, & vires ſtudio cognoſcere poßint:
M agna explorandi ſolertia, maximus vſus,
C um ſe confirmant, cum quæ inuenêre probando
P erficiunt, temereq́; nihil patiuntur in artem
R epere, nec ſtultis onerant rationibus æuum:
P ropterea in pretio ſunt hij mortalibus: hoſce
M irari, & tanquam ſibi ducere Numina: quorum
P ræſidijs ſibi quiſque aliquam ſperare ſalutem
A uſit, & æquatis rerum confidere ſuccis.
T antum eſt, egregijs inſtructos artibus illud
P oſſe decus, nomenq́; ſacrum famamq́; tueri:
E t quæ conſilijs ſuadendo oſtendere certant,
R e faciant, gratoſq́; inter ſit cura labores.
T ales aula duos noſtra hæc habet: aula modeſtos
Q uæ ſemper complexa fouet, ſemperq́; ſuperbos
C ontempſit, nulloq́; malos dignatur honore.
N am quid Martinum referam: quem fama genusq́;

Doctrinæq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D octrinæq; adeò cumulus ſic extulit: hunc vt
N on Belgæ tantùm, quos inter vixit, honeſto
E ditus ipſe loco: ſed Gallia tota, virensq;
I talia, & noſtra hæc iam Dania nouerit, arte
S ic ſanè excultum Medica, Sophiæq; politæ
P ræceptis clarum, magna vt cum laude prioris
Æ tatis curſum præſentibus inferat annis:
Æ dituoq; ſiet nomenq; & gloria noſtro.
N amq; huic cum ſacris commercia blandula Muſis
I nteruenerunt, non tantùm vt plurima linguis
C ognitio accedat: ſed ſic, vt carmina doctè
M oliri, & ſcriptis teſtari ea Numina poſsit:
Q uæ mentem imbuerint, pectusq; caloribus implent.
E xulat ille quidem patrijs alienus ab oris,
C ommunemq; pijs fortunam ſuſtinet: aſt huîc
H oſpitio ſors conſuluit non inuida. Dũ dent
V t miſeris aliquando mali ſit finis: eoq;
B elgarum duci motusq; & funera poſsint:
V t reddi pax læta queat, quæ reddita priſcos
R eddat agros, reddatq; domos, vetcresq; penates
R eſtituat, refugosq; iterum reuocarit in vrbes:
C onſiſtatq; hominum numerus, qui pectora Chriſto:
Q ui cenſus Regi, qui moribus otia pendant
H is equidem, qui nil vitij, nil labis apertæ
N il ſceleris referant manifeſti: vbi nulla malignis
P robra licere ſinant, nec fraus impunè feratur.
Intereà exulibus facias benè. forſitan ipſe
C ùm nihil aduerſi ſis paſſus, iniquius illis
I nſultas. aſt delitijs non denique factum
E ſſe putes, patriæ quòd triſtes oppida linquant,
Q uòd linquant ciues, quòd amicos, quodq; ſequantur
A rbitrium alterius peregrinaq; pectora captent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uin operam potius libeat dare: ne quid & ipſe
F ortunam hanc aliquando feras. incerta vagatur
S ors rerum, & nihil eſt tutò cuî fidere poſsis.
B is ſapit, alterius qui exemplo motus honeſtè
M atureq́; ſapit. poteriſne fuiſſe beatus,
E t miſer eſſe nequis? animum ſubmitte Tonanti,
F ortunamq́; feras, quam ferri Numina mandant.
A lter at egregio celeber iam nomine, multas
N on tantùm vidit peragratis gentibus vrbes:
S ed mores hominum, ſed lumina ſumma lyceis
Q uæ diſpoſta docent, famamq́; ex arte tuentur,
A ſpexit latè peregrinas vectus in oras:
Q ua Padus Auſonios, fortes qua Matrona Celtas:
Q uaq́; Vbios Rhenus, qua Saxones Albis amœno
D iuidit affluxu, ripasq́; incingit arenis.
E tſi autem tenui non res ea laude probari
D ebeat, haudquaquam ſcriptis æquanda diſertis
E ſt tamen, ingenij quæ cultum & ſemina monſtrant:
E t ſunt æternis iunctiſsima ſcripta Camœnis.
I deam certè medicis ita finxit: vt illo
I am Petri nomen ſit clarum pignore: quo ſe
I ntereà multi exacuant, limentq́; agitentq́;
D um bilem exſputent, dum non comperta moleſtis
P roſcindant dictis, calamumq́; furoribus arment.
C redo ego liberius nonnunquam fortè locutum,
E t multa inſeruiſſe alijs non nota: ſed ipſa
E uincit ratio, haud Aſinum cenſerier illum
P oſſe virum: qui tale aliquid molitus honeſtis
M ultorum ſtudijs ita calcar ſubijcit: vt ſi
H æc non vera ſient, poterint quæ vera, ſequenti
M ultorum ſtudio, celebriq́; inquirier vſu.
S ed nihil iſta quidem moueo. nam moribus æuum

Sic

S ic ornat, ſic ſe doctrina munijt, vt iam
Q uæ doctum deceant poßit cum laude tueri.
I ngenio ſedenim facili eſt, fœlixq; medendi
A rtibus. hoc ſtudio magnis celebratur, habetq;
E x vſu nomen, nomenq; ex vſibus auget.
P oſtrema, (hic reliquos nec enim memorauero) reſtat
P ars ea: Quæſturæ quæ munere cognita nummis
P ræſidet, ac inter confertas ære crumenas
I nuictumq; gerunt animum, dextrasq; fideles
P andunt, & nullis onerant ſibi nomina furtis.
H æc eſt ingenui pars maxima pectoris: vt ſi
V el te blanda Venus, vel opima pecunia fortem
I nuitet: nihil hac tete patiare moueri
A rte tamen, nulloq; ſinas te excirier igne:
V t Veneri cedas, vt furta oſtenſa ſequaris.
V tq; marito Vxor, ſic tota pecunia Regi
E ſt linquenda ſuo: ne compilaueris hoc quo
V el malè poſt pereas, vel nomen inutile ſerues.
S anè equidem Regum nerui ſunt æra. proinde
E x vſu id regnis fuerit, ſi ſarta Tyrannis
S eruari, & ſemper numeris increſcere poßint.
Q uæſtores igitur fidos laudare, profectò
E ximij eſt operis. nec me laudaſſe pigebit,
P ublica qui patrijs ſtiparint commoda regnis.
O ttonem, namq; hunc ſtirps Brockenhuſica pridem
E didit, ingenio celebrem, ſtudijsq; politis
P oſt etiam excultum: ſed iam virtute fideq;
S ic exploratum, Rex huîc vt credere magni
T heſauri curam: & totos committere nummos
A udeat. hunc igitur ſic commendauerit eius
O fficij ratio: planè vt celebrarier inter
P ræſtantes deceat: qui ſummo Regibus vſu

P 'rofuerint, plenaq́; fide ſua facta probarint.
H ic equidem primis Quæſturæ partibus etſi
F ungitur, & reliquos inter gerit vnus honores
P ræcipuos, Scribis tamen eſt munitus ijſq́;
T alibus, vt fida munitus rupe videri:
P oſsit, & inuidiæ nullos horreſcere ventos.
N am Petro genitore ſatum quis neſciat illum
N iclaum, Hafnenſi qui natus in vrbe modeſtum,
H os inter ſcopulos interq́; numiſmata curſum
S ic tenuit: nihil vt vero de tramite puppim
F lexerit, ac nullo ſectatus ſit auia lucro?
S anè equidem hunc cuncti norunt, qui forſitan aulam
N ouiſſe, & longos poterint neſcire labores:
C onditione etiam quacunque vtantur. honeſti
I lle ergo officium cùm ſemper fecerit, annos
S ic penè ætatis tanto in certamine triuit:
V t neq; ſuſpectus cuîquam, neq; friuolus vlli
V ixerit, ad nullos mutansúe premensúe colorem
A ſpectus hominum: ſed ceu Marpeſia cautes
O bdurans, fideiq́; ſuæ iam firmus aſylo,
P orrigat haud dubium tabulas paſcentibus vnguem.
A lter at huîc pridem medias comes inter Erynnes,
I nter & aularum fremitus rectiq́; ruinas
E gregiè conſtans, nec turbine fractus inani,
Q uem poterat leuibus Bellona immittere ventis:
P etrus Iohanni ſoboles, Suuinburgica dudum
Q ui natalicijs complexus mœnia, paruis
F ortunam inijcis magnos perduxit in vſus.
M oribus hic equidem comis tinctusq́; liquore
A ônio, & Muſis primis ſacratus ab annis
P reſtonio Doctore: viro, quo nullus in vrbes
H as vnquam noſtras maior virtutibus, inde

Scetorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S cotorum à terris poterat veniſſe. cui Dii
O mnia cum dederant, quæ poſſent læta videri:
H oc etiam tum triſte dabant, vt pauperis eſſet
F ortunæ comes, & tenui foret aduena cultu.
I n reliquis fœlix: cuî nec doctrina, nec vſus,
N ec ſoboles numeroſa, hominum neq; iuſta bonorum
G ratia defuerit. qui quantum ad Muſica ſpectat
O fficia, hac nulli tum cognitione ſecundus
V ixit. quin ſcriptis artem illuſtrauit, eoq;
P ræcipuos inter Muſarum floret alumnos.
H oc igitur doctore vſus cum Petrus honeſtè
P roficeret, cantus molirier ipſe, ſuisq;
V ocibus èxæquat voces, numerisq; remiſſis
T emperat intenſos, medijsq; ſonantibus ornat:
V t planè harmonicis conſiſtat Muſica formis.
A t fortuna etiam motus fortaſſe Magiſtri,
C aſtra hæc deſeruit: dextroq; elapſus in aulas
S idere peruenit: Quæſturæ vbi denique ſcribis
I ungitur: vt magnos iunior conſueſcat in vſus
O fficioq; vacet, cuî mox ſucceſſerit. inde
H æc illi eſt tali prouincia geſta labore:
V t perſpecta viri nunc ſedulitasq; fidesq;
P rincipibus placeat, largoq; induſtria cenſu
C ompenſata ſiet, famamq; fauoribus ornet.
H æc mihi de Doctis, qui aulam comitantur, & iſtis
S unt clari officijs, fuerant dicenda: quibus res
S ic animo præſens, ſic præſens actio cordi eſt:
V t Regi gratentur: alantq; hoc nomine plauſum
Q uòd bello feſſis nunc otia grata videri
A tq; optanda queant: thalamisq; iugalibus adſit
Q uæ patriæ decus & fortunam Gratia ſeruet.
C ætera Doctorum pars aulam neſcit: at extra

Conſiſtens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onſiſtens proprijs latè vacat. ordine quo ſe
E xtulerint, quicunque gerunt quæ publica dicas
M unera, & officijs doctrinas omnibus augent.
P rima Scholas pubemq; leuem cætusq; minores
P ortio comprendit: quorum fortuna Magiſtros
H uc adigit, meritò laudes vt dicere Regi
G ratariq; velint. neq; enim cauſa æquior vlli eſt
Q uæ magis accendat vota ad ſolennia mentes,
Q uàm quæ diſcipulis propria eſt, horumq; Magiſtris,
Q ui teneram informant ſtudio & virtute iuuentam.
I d Fridricksburgum, Roſchildia, Lunda, rigensq;
M almogia, & fœlix multis Ottonia doctis,
E t quæ fœcundis iuncta eſt Arhuſia ripis
T eſtatur. teſtantur & id perplurima latè
O ppida ſparſa, quibus ſic Rex proſpexit: vt iſtic
C ommoditas non parua Scholas extollere poſsit,
E t pueros victu non deficiente foueri.
V t nihil Iſlandas, Farrenſes, Nortuagicasq;
E t gelidas etiam promotas penè ſub Arctos
C ommemorem? namq; huc ſtudiumq; & larga Monarchæ
D extera pro pueris victum deduxit: habetq;
H as FRIDERICVS *opes, quas impertiuit egenis.*
M ox ſe Paſtores & ſacri ex ordine Myſtæ
I n numerumq; vſumq; ferant. hic vota ſecundis
N uncupet ordo animis, tantoq; adiungere feſto
P ectora læta velit, tædasq; extollere plauſu.
E t certè haud minima eſt illos quæ cauſa mouere
D ebeat: vt Regi faueant, thalamisq; beatis
G ratentur. quid enim? quantumuis oppida bellis
F lagrarent, mediosq; inter fremere arma furores:
H uc animum tamen adiecit, paſtoribus vt res
L autior exiſtat: nec paupertate miniſtri

Conflicten-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C onflictentur, alant qui curam hanc mentibus, vt te
C oncilient cœlo, & ſupera inter regna locarint.
P ropterea hij parta iam læti pace ſalutem
R egnorum agnoſcunt. fuerant hijs bella perinde
D ura etiam vt reliquis. quid enim? Mars ſemina pugnis
S ic plerunque iacit, latè vt diffuſa ſimulq;
A gricolas, Myſtasq; ſacros, Procerumq; phalanges
I nuoluant. nullis parcit Bellona, dolorem
Q uin ſentire velit luctuq; ac triſtibus angi.
H îc miles latè fortaſſe vagatus atroci
I n prædas dextra & raptu graſſatur. at inde
F ortunas grauior multis exactio ſortem
A ttenuat: quoſdam diſpendia cætera turbant,
E t deluſa fides, promiſſaq; vana fatigant:
V t quamuis acie non pugnent, funera penè
S ic ſentire tamen guſtareq; triſtia poſſunt:
V t belli molem magna pro parte videri
S uſtinuiſſe queant. magna eſt iniuria qua ſe
M ars mouet, ac miſeræ confercit vulnera plebi.
S ublatis igitur bellis iam prima miniſtris
S acrorum cura eſt, paci gratarier: atq; has
I am Regi tædas & feſta iugalia votis
I ngerere, & merito teſtari ea gaudia plauſu.
M ox ſeſe intulerint, qui Præſulum honoribus altè
E xcellunt, reliquosq; gradu ſtant ante miniſtros,
O fficio clari: at varijs pars obuia linguis
C enſurisq; hominum: quod non fortaſſe malorum
F acta moleſta probet: nec ſe præbere ſuperbis
C alcandam velit, aut ſtudijs plauſiſſe ſiniſtris.
H æc iuramentis cùm Chriſto obſtricta pijsq;
R egibus vna ſiet: vix pars tamen omnibus iſta
A ſſequitur ſtudijs vitæq; laboribus, vt ſit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T uta odijs interq́; graues ſit tuta colonos,
Q ui ſibi multa volunt, quamuis non iuſta, licere.
A ſt eluctatur tamen, officioq́; fideli
S ic Euangelij doctrinam promouet: vt nunc
Q uæ ſua cuiq́; ſiet vitæ via conſtet, agatq́;
R adices verbum, meſſemq́; hinc Dania ſperet:
Q uæ ſanè æterno compleuerit horrea fructu.
N ec iam omnes referam. Paulo Sialandia paret:
S cania Tyconi, Niclao Ottonia, Petro
VV iburgum, Ripas Lauſonius integer ornat,
E t verbo Arhuſum fulcit Laurentius vrbem.
T um ſua Nortuagicis laus eſt quoq́;. Goôſius acrem
N idroſiam: Bergam Skeldorpius inſtruit: armis
V aſtatæ Anſlouiæ Franciſcus præſidet: at mox
H ammeriam, & celſis quæ ſe Stauangria muris
E xplicat haud tenui ſub ſorte, Georgius æquo
O fficio fouet ac ſtudijs recrearit honeſtis.
A ſt quæ Farrenſi iam præſunt lumina terræ,
Q uæq́; Iſlandiacis diſpenſant gentibus, vt non
C ompertum eſt, ita nec, quæ non ſunt nota, profabor:
E t ſint hæc Muſis inſcripta ſilentia noſtris.
M auritio ſedenim Gothlandia ſplendida Læto
P ræpoſiti ſub iure ſubeſt. Ea terra miniſtros
E t pietate graues habet, & virtute ferendos.
O mnibus his ſua ſunt ampliſsima vota: quibus ſe
P ro Rege ætherijs ſubſternunt ſedibus. eſſe
F œlicem cupiunt, thalamosq́; intrare iugales.
F ortuna comitante bona cœloq́; ſecundo
O ptare, & patrios inter florere triumphos.
H is etiam accedunt votis Collegia, docti
E ximijq́; viri, varias quibus ampla per vrbes
D iſpenſant Reges meritisq́; ſalaria reddunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

A ut quis Lundenſem non cœtum nouerit? illo
S anè hominum in numero doctrina eſt magna fuitq́;
D octrina hîc ſemper multo nitidiſsima. priſcos
I ntueare patres, & qui ſecli iſtius eſſe
P rouentus poterat, prima cum laude Camœnas
I nuenies coluiſſe viros, quibus inclyta tectum
L unda dabat, iuſsitq́; ſacra ceu rupe morari,
E t nihil armatos in damna horrere Tyrannos.
N ec tamen iſta ſequor. iam nunc habet illa modeſtos
E xcultosq́; bonis ſtudijs, & Apolline multo
I mbutos vates. Dij dent, vt multa redire
H inc etiam poſsint ſolerti lucra iuuentæ.
T um certè Henricum Brukhofuium vt auctius annis
Æ tatis ſpacium, ſic mitis vita comesq́;
V itæ animus ſemper celebrandum dixerit. ille
V ir planè magnis excellit dotibus alti
I ngenij, ac ſtudijs iam floret mollibus æuum.
Q uem quia dilexit Chriſtiânus tertius auxit
R edditibus, quibus haud triſtes fœlicior annos
T ranſigat, ac memori tantum vehat ore Tyrannum.
B altazar hoc etiam numero, genitore Iacobo
E ditus, Aönijs excellit in artibus: & quos
H ic voluit ſtudijs, nunc eſt & adeptus honores.
P lanè autem gratis celeber virtutibus omnes
H uc tendit neruos curasq́; & pectora vertit,
V t proſit. nulli grauis eſt, nulliq́; proteruos
O btendit vultus dictoúe illudit inani.
Q ui multis mos eſt, & habet iam præmia feruor
I ſte etiam. Quin Veſſelum latuiſſe negarit
P erſpicua ingenij bonitas: qui maxima multis
O fficia impertit, dum ſeruiat omnibus: & nil
P rætereat, quodcunq́; virum decuiſſe videri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ngenuumq́; bonumq́; queat, dum prorſus opima
P auperibus dextra, & ſtudijs ſuccurrit auitis.
I am Ionam poterint non ignorare, bonis qui
I nuigilant ſtudijs, noſtraſq́; lycea per vrbes
S ectantur. Scripto innotuit, quo prima libello
H aud tenui certè fructu iutarier ætas,
E t veras vocum naturas cernere poßit.
T emporis haud etiam ſibi quicquam fecerit eſſe
C onando reliqui, totos quin deniq; neruos
I ntendat, veterum monumenta inquirere, & ipſum
Q uod potis aſſequier, tabulis inferre, futuris
V ſibus, ac ſero documenta haud falſa Nepoti:
S i fortè Hiſtorijs aliquando extergier vmbras
A ccidat: ac noſtris induci lumina poßint.
I s certè vtiliter traduxerit otia. Iam quis
N eſciat ingenio magnum ac conamine Magnum,
E x Landeskrono natalia prima trahentem,
O rnatumq́; adeò, quæ ſunt pulcherrima, lætis
N aturæ donis: quæ ſedulus auxit, honeſtas
D um latè ſequitur diuerſa per oppida Muſas?
I lle Scholis placidæq́; adeo ſeruire iuuentæ
V tiliter poterit: primas quòd idoneus artes
T radere, & æquatas præceptis flectere mentes
P oßit. ineſt multis cum rerum notio, dulci
H ac tamen arte carent, tradendi cognita: qua ſe
D eſtitui quicunque videt, licet alta ſequatur
O fficia: hiſce manus tamen haud immittere paruis
A ut onerare velit. ſuperi eſt benedictio cœli,
Q uæ percepta ſient, alijs contradere poſſe
S ic etiam, vt grato tanquam perfuſa lepôre
I rrepant animis, placeantq́; oſtenſa Iuuentæ.
Q uid reliquos memorem? Franciſcum plurima virtus

Iam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I am notum dedit eſſe bonis, poſtquàm iſta futuro
T anta quidem impenſis, ſtatuit monumenta Nepoti:
H afnenſi Myſtis quæ ſacra erexit in vrbe.
Æ re etenim grandi veterum præclara parauit
S cripta patrum, Hiſtoriasq; omnes: & quicquid vbiq;
Q uod dignum lectu, quod & vtile moribus eſſet,
I ntulit in numerum: quo Bibliotheca frequenti
I am nitet, ac claro librorum fonte redundat.
I s Chriſtiâno autem ſub Rege receptus in aulam
I uſta quidem tyrocinij primordia fecit,
C enſendamq; fidem cunctis dabat. inde leuandis
P ræficitur nummis quos ampla telonia Regum
I ntulerint ciſtis. fuit hîc Franciſcus honeſto
O fficij queſtu, laudemq; ex vſibus auxit:
D um neq; fallendo, neq; compilando Monarchas
L æſerit, aut vlli maculas infuderit æuo.
P ropterea charus cùm Regibus eſſet: in illum
I d rurſus cumulare boni: vt maturior annis
H oc habeat ſolidum Lundenſi munus ab vrbe
E t redeant multis huic annua lucra colonis.
H îc ſua Dauidi ſors læta eſt Kellio: & vnà
H îc Chriſtiernus agit noſter, quem proxima ponto
I nſtituit primis Coldinga laboribus, albo
V ir certè ingenio & celeber virtutibus, vt ſi
Q uiſquam alius. Sed non omnes ego confero. Lunda
D octrinæ ſtudijs excelluit vſque: velintq;
H anc Superi florere viris, qui ſemper auitæ
E x æquo ſtudeant pietatis iura tueri.
P erſimili ſed enim Collegia cætera voto
E xercent animos. equidem Roſchildia primas
C um fortaſſe diu poterat tenuiſſe videri
D octorum numero: hac etiam nunc luce priores,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uanquam acciſa tenet. Paulò antè eſt mortuus, is qui
H uîc vrbi famam nomenq; inſigne pararat
P aulinus: quem multiplici dea Pallas honore
V t veſtiuit: ita huius funere luctus in vrbem
I nductus triſtes ſplendoribus intulit vmbras,
P erculſosq; graui turbauit acumine ciues.
E t maior fortaſſe fore dolor iſte futurus,
N i melius ſeſe fatum obieciſſet: eiq;
H unc ſucceſſorem tribuiſſet deniq;, cuius
I ngenium & magnum eſt, & virtus grata. profectò
H anc laudem Martinus habet: quòd candidus, & quòd
D octrinis cultus nomen tueatur honeſti
E ximijq; viri: quæ noſtræ præmia vitæ
M axima ſunt, quæcunque viris contingere poſſunt,
Q uos ſtatuit Phœbus celebres inferre ſepulcris.
S it ſua Sorenſi non infima gratia muro:
E t quecunque ſient vberrima fructibus addat.
A t tenuis vincit tantos Roſchildia faſtus,
I n qua cum pietate vſus pietatis haberi
P oſsit, & ingenuas liceat proferre Camœnas.
H uc igitur cùm Martinus ſucceſſerit: illum
M utauiſſe Deo grata vtilitate penates,
E t meliore frui iam rerum ſorte putarim.
D ij dent, inſiſtat Paulini vt curſibus, & rem
S ic moderatus agat, numeroſo vt ſemina fructu
S eſe Euangelij referant: interq; beatos
S it Myſtas primus, vel primis proximus inſtet.
P ræterea egregij ſunt quidam. Offonius æuo
G randior, & meritis non ſanè extremus. agitq; hîc
N iclaus Coldinga dedit cuî ſplendida pridem
C ognomen: tum Iohannes Tunonius, & qui
L eilius, & grato qui nunc Scribonius vſu

Officioq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

O fficioq; valet. Sed enim iunctiſſimus his eſt
A ndreas, animo ſolers faciliq; modeſtus
I ngenio, rerum quod pondera læta ſubire
E t perferre poteſt. placidis ita moribus auctus
P ræſtat, vt eximios inter conſiſtat alumnos,
Q uos Phœbus fouet, & Pallas non victa coronat.
H unc ſibi Paulinus generum cùm legerit, ipſo
T eſtatus facto eſt, quantum tribuiſſe videri
A ndreæ voluit. Paulino teſte probatum
E ſſe, parum noſtra non vnquam in gente feratur.
A ut ego quid cultos ſtudijs, Ottonia quos nunc
E ximios habet ampla viros, memoraro? locum res
E t natura ſuis inſcriptum floribus ornat.
N os verbi Myſtas ita commendamus: vt horum
O fficijs gratum Chriſtoq; Deoq; putemus
S ic fieri: vt multis Eccleſia fructibus inde
C reuerit, ac ſtabili ſe proferat aucta ſalute.
S anè equidem magnis ſuperat Niclaus honeſti
I ngenij donis: cumq; ardet Epiſcopus omni
E ratione miniſterio prodeſſe, labores
E t multos ſubit, & varijs ſe caſibus inter
O bijcit ingrati mœſtiſſima iurgia mundi,
E xſuperans. Socios dedit huîc fortuna politos
D octrinisq; vſuq; viros, gratiſſima diuis
P ectora: & hercle animas, quales neq; candidiores
T erra tulit: nec maiori quæ laude ſequuntur
Q uæ deceant ſacros vitæ in certamina mores.
A ut quid Iacobo moderatius eſſe, quid illo
S uauius eſſe poteſt? ſed enim te multa Georgi
E xtulerit Virtus. meritò ſua conſtet Olao
G ratia & hoc vitæ poſt funera viuat honore.
S ed dextram tabula tollam, nam cætera quo nunc

Sunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

S unt fortaſſe ſtatu Collegia: quoúe redundant
D octorum numero: vel qua ratione quibusúe
S e ſtudijs produnt, quia non mihi conſtat, habenas
C ontraham, & incertis ſubducam lintea ventis.
Q uin nihil ingratis cum Muſa indulſerit: eſſe
P arentem meme deceat: ne Phœbus Apollo
H æc quoque quæ fuerint mihi planè æquiſsima vellat.
I pſe etenim Charitas ſic eſt complexus: vt harum
E x vſu pandat, mœroribus attrahat omnem
Q uam ferat in noſtros curamq́; & Numina verſus.
V ltima de doctis igitur mihi linea, ſed quæ
E t vincit primos, & cedit proxima nullis,
R eſtat. in hanc equidem veniant mihi ſidera partem
L æta etiam, & faciles ſubeant in carmina Muſæ.
N ec tamen inducam numeris, Academia quantos
H afnenſis plauſus, quantosq́; amplexa triumphos
V ocibus explicuit. quid enim? qua lege, quibusúe
V iribus id fieri, qua poſsit imagine? velat
I ſte quidem matris faciem: cum prodere luctus
T eſtariq́; nequit ſummum menſura dolorem.
Q uis vitio mihi det, ſi abrumpam carmina, tantam
Q uæ mihi læticiam non pleno pandere vultu
E t ſignare queant? iraſcor penè Camœnis
I pſe meis, nuſquamq́; minus placuêre. ſed iſtud
I nterea lucro eſt: quòd quà minus illa placere
N oſtra queant, iſtac placeant tamen optimè, adepta
S ic laudem, Læto quòd ſint effuſa Poëtæ.
A ſt non vna Scholæ ratio eſt. pars diſcit, eiq́;
C auſa ingens, & honeſta ſubeſt occaſio, votis
C ur Regi faueat, cur ſacro fœdera plauſu
C ommendet Superis, tædasq́; accentibus ornet.
A ut quæ prima loquar? ſaltem intueare, prioris

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uæ fuerit fortuna Scholæ, quæ forma, quibusq́
A uxilijs pubes Muſas ſtudioſa ſecuta
E t complexa ſiet: poterit conſtare recentis
C onditioq́ genusq́ boni: quo Danica nunc iam
P ræſidio lætas ſectêre iuuenta Camœnas.
R es tamen hæc vitio priſcis vertenda Tyrannis
N on fuit, exili ſi forſitan ære Lyceis
P roſpectum inijcio eſt: habita eſt neq; cura iuuentæ
P auperioris. in id labor omnis, & omne ſacrati
P ectoris incubuit votum: vt locus eſſe Camœnis
P oſſet, & allectis mediocria lucra Magiſtris.
Q uid pubi intereà miſeræ acceſſiſſet opisue
C onſilijúe, nihil curatum eſt deniq;. ſeu quòd
I lla ætas plerunq; ſcholas teneramq́ iuuentam
S ic adamarit, vt huîc vltrò benefecerit, & quos
I nſtitui ſciret doctrina & moribus omni
T utela victusq́ bono dignata fuiſſet.
S eu quòd more quidem veteri non vulgus, at illi
T antùm penè quibus ſors lautior eſſet, honeſtis
M uſarum ſtudijs operam impendiſſe ferantur
A tq; hæc caſtra ſequi. Seu quòd fortaſſe Monarchis
I pſe minor fuerit rerum prouentus, & iſtud
Q uo præſtare, feris impendere pabula bellis
S int viſi. Quæcunq; igitur vel cauſa fuiſſet,
V el ratio, tenui proſpectum è ſorte iuuentæ
C onſultumq́ fuit. ſolidos quapropter in vſus
H aud ſeſe faciles poterant extollere Muſæ,
E t rarò ad ſummum ducta eſt perfectio culmen.
A t verò noſtri qui nunc ſpectare Lycei
I ura ſtatumq́ velit: formam mirabitur, & quos
C opia nunc fructus iuuenum in compendia reddit,
L audibus extollet meritoq́ inſcribet honori.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H as FRIDERICVS opes atq; hæc ingentia noſter
C ommoda, vel medio bellorum exercitus igne,
D ecretoq; manuq; Scholæ ſic iunxit, vt eſſe
P ræſidium Muſis æternaq; lucra iuuentæ
I uſſerit Hafnenſi ſtudijs quæ viuat in vrbe.
V tq; voluntati reſpondeat vſus, id Oxo
M uneris eſt Petro commiſſum protinùs: inde
V t myſtam è ſacris Niclaum adiungeret, illum
C uî pridem notum peperit Coldingia nomen,
H asq; adeò magna tum res pietate gerebat.
A dderet & Lætum, qui commoda tanta Lyceo
S uaſerat Hafnenſi meritò inſcribenda: ſimulq;
V t largam Regis fœlix Academia dextram
S entire, & tali cumulari fœnore poſſet.
H is ſibi tum iunctis Oxus rem perficit. eſt res
P rincipe digna, manu ſi larga vtatur: & illos
P romoueat quorum ingenio præclara Monarchis
S eruari fama, & protendi in ſecula poſſit.
A t minor haud etiam eſt fortunæ gloria: ſi cùm
F ortuna èxcellas, monitoribus vtier hiſce
A ccidat, egregios qui non ſubuertere motus
P ectoris, aut animi pietatem extinguere certant:
S ed potiùs numeris augere hanc omnibus, & quod
T u cupias, illi iam perfeciſſe laborant,
I nq; tuos addunt gratiſſima pondera iuſſus.
H æc eſt pernities aularum maxima: princeps
C ùm larga ſis ipſe manu, ſuaſoribus inde
H is tamen exagitêre: quibus pulcherrima Regum
D iſpliceat virtus: nec largas eſſe Tyrannis
C onceduntúe probantúe manus: ſed turpiter ipſi
I n ſua conuertunt oſtenſos commoda fructus.
I ngenijs ſeruile genus, licet omnibus oſtrum

Induat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I nduat articulis, generisúe oſtendat auiti
S plendorem, & magnos iactare ſit acre parentes:
C ætera nil clarum. aſt alio ſeſe Oxus honore
E xtulit, ac alijs operam dat moribus. ipſe
V t primis etenim Muſas ſectatus ab annis
A ônijs poſuit fundamina fida Camœnis:
S ic ſtudijs ſeſe patronum præſtat, ijsq;
E proprijs etiam diſpenſat plurima rebus
S ubſidia, & triſti ſuffercit lucra Mineruæ.
T antum equidem abſuerit conceptos frangere motus
V t velit, aut largas aliorum euertere dextras
E t tardare animos: ne quid fortaſſe benigni
I lli etiam in Muſas aliquid diſcentibus addant
P ræſidij, ac miſeris adferre iuuamina tentent.
H æc igitur mandata libens explebat, & ordo
S ic rei eſt poſitus, ſic addita forma: nihil nos
V t dubitemus, eo venturos poſſe Nepotes
V tiliter lætas ſectarier vbere Muſas.
H ac ſe turba quidem ſtudijs addicta beatis
A ccendit cauſa: plauſus vt libera Regi,
A ônijs etiam ſubnixos vocibus altè
I ngeminet: partamq; dijs cœleſtibus inde
A dſcribat pacem: hinc thalamis gratetur: & illud
Q uod Regem circa fieri nunc ſpectat, honeſtis
C ommendet votis: ſupero vt ſit cura Parenti,
H ucq; ferant faciles cœlumq; & Numina vultus.
A ltera quæ pars prima Scholæ ſeu nomina ſeu res
M agnificè extulerit, ſummisq; & honoribus auget:
I llorum ſanè eſt, qui munus obire docendi
E t præſtare ſolent: qui lætam ætate iuuentam
A rtibus inſtituunt, diſciplinamq; gubernant,
D ecernuntq; gradus & præmia moribus ornant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

H ic patrij flos eſt & gloria maxima regni:
Q ua ſeſe externas inter iam Dania gentes
N oſcendam dedit, & longas deduxit in oras
P rouectam ſtudijs famam Muſiſq; diſertis:
M ultiplici cum ſe doctrinæ latius vſu
P romouet, ac cultas penetrat deducta ſub vrbes.
P ræcipua hæc Regum ſemper tutela, ſuiſq;
I nclyta cura bonis ſemper fuit: vnica noſtris
Q uæ ſummas laudes ſummumq; corona Coronis
A ddiderit decus, & veros tueatur honores.
E rgo quis à primis deductam Regibus hancce
L audaritq; feratq; Scholam ſatis? inclyta primi
E ſt ea Chriſtierni ſoboles: qui ex vrbe reuerſus
A uſonia patriæ monumentum hoc condidit: vt ſit
Æ ternum caſtis & aſylum & gloria Muſis.
E tſi autem tenui res cepit origine: nec iam
P rotinus à primo ſunt ampla ſalaria motu:
C eu neq; fluminibus ſunt grandia ſemina primis
E x adytis: verùm anguſto de fonte meantes
E ijciunt lymphas, vireſq; è curſibus augent.
S ic primum exiles Academia noſtra ſub orſus
D ucta, ſequuturis excreuit honoribus, huîc vt
P lura quidem Reges cumulare prioribus ardent.
Q uanquam quod primis adiectum legibus eſſet,
N on etiam tenui prorſus de lance pependit,
S i quis, quæ fuerint tum tempora norit, & huius
A nnonæ pondus priſcos expendat ad aſſes.
I ſtud erat ſeclum verè aureum: erantq; coloni
E t ciues multò meliores: vt quibus omnis
H uc animus ſpectabat, opes vt habere beatis
I ntereà ſtudijs & honeſto è fœnore partas
P oſſent. His autem ſacras profitentibus artes

Valde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

V alde indulgebant. ita erant ea tempora Muſis
C eu manus, & robur virtus præſtare Camœnis.
N unc quales hominum ſunt mores: quanta malorum
E t quàm læta ſeges, nullos latet. omnia caris
S unt inſcripta notis, & adæquant æra bilances.
A t grata Reges excellunt indole: ſi qui
E t verè Reges patria & ſunt laude Tyranni.
I ngenium his maius tribuit natura: iuuando
Q ui ſeſe nomen Maieſtatemq; tueri
P oſſe ſciunt. Iouis inde genus dictiq; habitiq;
Q uòd cœlis animos, populis quòd commoda ſubdant.
E rgo vbi viderunt pretijs increſcere merces,
A nnonamq; graui multùm pendere talento:
H anc curam adiecêre Scholæ: & quæ præmia poſſent
V beriora dari Muſas profitentibus, ampla
A diecêre manu cumulantq; ſalaria nummis.
P rimus at apperuit glaciem Chriſtiânus: ab ipſo
H ic noſter (cui nunc inſcribimus iſta Parenti)
V ltima ſuppleuit, quæ larga docentibus eſſe
Æ ra queant: ſeroq; dedit manſura Nepoti:
Q uæ referant ſolidos ſtipendia in annua fructus.
H uîc igitur parti votumq; & plauſus ouanti
P r æcipuè incumbit. quid enim? Doctoribus iſtud
A tq; Profeſſorum numero ſit dulce, Monarcham
A mplecti ſtudijs, gratarier optima: pacem
L audibus & thalamos placidis extollere dictis.
E t faciunt. præclaro etenim pars iſta animoq;
I ngenioq; pari vincit: vincitq; fideli
S olertiq; etiam ſtudio, dum tradita certis
E xplicat ordinibus Methodoq; accommodat artes,
E t quæcunque docet veris docet edita formis.
N ec res obſcura eſt. Paulum ſpectaueris, hunc qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P ræſulis officio iam fungitur acer. ab illo
S i quæ ſcripta legas vnquam, pietate videbis
E t Methodo præſtare, cui neq; cura nec artes
D efuerint. cauto iam nunc ſua munera greſſu
P erficit, ac ſtudijs quantum licet omnibus ardet.
H uìc equidem cunas non ampla Koaggia nato
P ræbuit: Hafnenſi pòſt enutritus in vrbe
E gregijs poſuit fundamina viuida Muſis,
Q uæ mox externis firmata in gentibus auget.
A ut quid ego Albertum, nam latè eſt notus, amicum
H ercle virum ſileam? dedit hunc Svvollenſis honeſtum
V rbs ciuem: qui Kroppero de patre creatus
I ntulit Aönijs animumq́; & fata Camœnis.
P lanè autem ingenio facili eſt, animoq́; benigno
E t lepido prorſus: cuî gratia plurima lætos
T emperat acceſſus dictiſq́; venuſtat amœnis.
I us autem didicit, quod rectè intelligit. artes
A rtibus adiunxit, rerumq́; negotia ſolers
S ic tractat, nihil vt deſit: quin optimus eſſe
V ir queat: ex odijs qui pacem condere certet
A uerſoſq́; animos fraterna in vincla reducit.
T um ſua Ioanni Franciſco eſt cura, bonis vt
E xcellat ſtudijs: & quæ didiciſſe feratur
T ransferat in faciles animo pacatior vſus.
S anè equidem ingenio præſtante eſt ille: cui ſors
I nclyta cum Muſis dederat commercia. Ripæ
Q uem cùm eduxiſſent, & Cherſoneſus alumnum
N oſtra agnouiſſet, primùm Germania, deînde
G allia perpolijt, gratasq́; euexit ad artes:
V t tandem Medicos inter conſiſtere cætus
I uſſerit, ac blandis pars ſit non parua Camœnis.
P ratenſem ſedenim quæ primis fama ſub annis

Protinus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

P rotinus innotuit, ſtudijsq́; ſequentibus aucta eſt,
E xtulerit iuuenem egregium: licet ille minor ſit
C orpore, & exiles in robora mouerit artus.
I ngenio certè vincit, patre natus, ab omni
Q ui numero perfectus erat, virtutis auitæ
D iues, & humanas propter cultiſsimus artes.
A t verò hic Muſis ſuperat, quem Arhuſia quondam
F œlix, à primis natalibus edidit: vrbs quæ
Q uos habuit claros rarò eſt complexa Poëtas.
S ed ceſſo. reliquis etenim ſunt grata Magiſtris
N omina, & officijs magnos funguntur in vſus
E ximij virtute viri, linguaq́; politi
Q ui ſibi ſideream conſtanti Pallada vinclo
A dſtrinxêre deam, Muſasq́; ſequuntur, & artes
C ùm doceant, vigili conuectant lucra iuuentæ.
H îc noſter ſeſe Schavvenius Aurifaberq́;
S aſceridesq́; ferunt: tum rem Petreius & ipſe
P romouet Andreas: mox alter Eraſmus habere
C uî noſtrum vitam dederat genus: auxit honorem
P allas, & è grata ſtat fama Catholmica laude:
T um verò Hammerus, tum Suenonis illa parentis
P rogenies Iacobus. ineſt ſtudiumq́; laborq́;
O mnibus vnus, vt hoc decus & præclara tueri
O fficio mandata queant. artes quapropter & vſus
L inguarum varius ſplendorem hîc induit. & cùm
C ognitio rerum ſuccreuerit ampla, iuuentam
D exteritas commendat, habetq́; Oratio laudem,
Q uæ præceptorum famamq́; fidemq́; probarit.
S ed quo Muſa feror? ſupereſt Hemmingius ille
O mnibus ante quidem ſtudio ponendus & vſu
M ultiplici rerum: cuî cum doctrina priorem
D ecernatq́; feratq́; locum: tum plurimus alti

Ingenij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

I ngenij fructus ſupremum claudere donet
E t patrii ius eſſe: velut qui ætate ſuiſq;
E xcellat meritis: ſtudioq; id dexter adeptus
E t pietate ſiet, patrio vt ſpectandus honore
V iuat, & æternam gerat hæc ob munera laudem.
N am quæ prima canam? verum eſt, quos ardua rebus
I unxerit vtilitas, cælo curante ſub vſus
D ucier: & Superis fatum moderantibus, ipſum
P rendere ius, quo ſint grata vtilitate futuri:
E t patriæ vero decorarint culmina fructu.
N on cæcis agitur res ſortibus. Vtq; Monarchas
I uppiter ipſe viros quacunq; in gente tuetur,
E ducitq; loco, quo viſum eſt deniq; quaq;
C onditione: quòd ex humili plerunq; receptos
S orte probet, tenueſq; leuet: dum lance ſuperbos
D eprimat aduerſa claroſq; è culmine vellat.
S ic quos doctrinæ ſtudijs accommodet, vt ſint
M agni etiam fructu: quorumq; Eccleſia, quorum
P ræſidio florere Scholæ & Collegia poſſunt:
C æleſti pridem decretos lege ſub auras
D ucit, & inſtructos doniſq; ac artibus ornat.
N on etiam ſemper ſublimi è ſtirpe profecti
S uccedunt. ſæpè obſcuris è fontibus vndas
S ic mouet, æternis vt ſeſe fluctibus altè
E uoluant primaſq; inter ſint gloria lymphas.
N iclaum quapropter vt eſt diuina voluntas
S ic noſtrum complexa: vt & hunc præſtare docendo
V ellet, confeſtim quod ſummum eſt penè, probato
D etulit ingenium: cuî vis ampliſſima ineſſet
C onando: aſſiduoſq; etiam tolerare labores
P oſſet, & in faciles transferre grauiſſima ſenſus.
H oc cùm iam ſuperet Methodoq; excellat, in omnes

Quas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uas tractat lucem doctrinas fundit: eoq;
A rtifice in varias iam pridem lumina partes
S unt inuecta. acri cenſura penſitat, hoc quod
P enſitat: & nullos ſubacerbis vocibis vrit
S cribendo. extulit hunc celebris Lollandia. natum
E rudijt primùm Sialandia: poſteà Lunda:
T andem etiam grandem Germania perpolit. aſt quid
H æc ego? linguarum ſtudijs vſuq; docendi
E t quæ grata Deo fuerint, quæ grata iuuentæ
P erficit, & patrios augetq; & firmat honores.
O mnibus his meme ſocium Deus addidit. Et iam
C ommuni plauſum ſtudioq; & voce Parenti
H uic Patriæ, ac ſancto ſtatuentes vota Tyranno
S oluamus. quæ iuſta velis, Deus ipſe beatis
I ntulerit numeris. non Vatum dextera, non res
H as tantas calamus, non explet opinio. cælum
E t formam optatis, pretium & ſudoribus addit.
Q uin has nobiſcum cumulauerit Hafnia voces:
Q uiq; miniſterio præſunt, uerboq; ſalutem
P erficiunt, merita Paſtores laude ferendi
H is animos votis & pectora tota ſacrarint:
I ohannes Thoma genitus, Ripenſis: & acri
I ngenio ſolers. Albinus, candida priſcæ
V irtutis ſoboles, veræ & pietatis alumnus:
A ndreasq;, cui Pallas diuina modeſto
E t fauet, & ſtudijs iam pridem plauſit honeſtis.
T um ſua Conſulibus non deſunt vota. ſequuntur
N os etiam & verbis quæ ſunt fælicia verſant.
V alde autem indulſit Marco fortuna. Georgi
T e quoque ſors lætis cumulat ſucceſſibus, inde
A primis deductum annis, quo Rhenus ab vſu
T e fouet, ac placidos dat ferre Colonia mores.

A t ſua Iohannem ſolertia fulcit, Olao
P rognatum genitore. auget Iacobus & huncce
N unc etiam numerum: cuius prudentia, cuius
E t perſpecta fides magnos hunc vexit in vſus,
E t firmos inter conſiſtere iuſsit honores.
D ij quantum eſt veris gratum virtutibus eſſe.
S ed quid ego hæc? totus communia vota Senatus
A pprobat, ac noſtris cumulat ſuffragia dictis.
E rgo age, quod parta iam demum pace vetuſtos
R egna iterum vultus poterint reparaſſe, tametſi
M ulti operam dederint, veris quos laudibus ornes:
N on tamen humanis hæc viribus eſſe ferenda
M axima dona putes. iuuet altius ire: Deumq́
A rbitrijs finem bellorum inſcribere. qui ceu
S ontibus incutiunt pœnas, & prælia multo
S anguine tincta probant: iuſtaq́ euenta bilance
E xacuunt miſeris, & funera gentibus augent:
S ic cum ſæuitum ſatis eſt, crimenq́ piando
T ollitur, & meritis æquata eſt vltio noſtris:
I pſi equidem qui vincla grauant, ea vincla relaxant
I nducuntq́ iterum lucem, Phœboq́ ſereno
R eſtituunt placidos turbata in lumina vultus.
H æc cœli vnius propria eſt laus. cætera nuſquam
C ollimant. homines etenim non triſtia vellent
V lla pati, quamuis auido ſectentur ab igne
Q uæ vetita eſſe ſciant, quæ irritant Numina: lætis
L abier optarent quæ donant ſidera. contra
C rudelis nimium eſt Sathanas: normamq́ modumq́
I n caſtigando non vllum ſeruat. ab ipſa
F unditus exciſum genus hoc radice probaret:
C onandoq́ ipſum iam pridem velle. proinde
C œli opus arma putes: quæ iuſtè mouerit is qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

T ete amat, ac patrio tua corripit acta furore.
Q ui ſeruare modum ſatagit cum punit: & ipſum
Q uod punit, medio demptum premit aſſe, nec omnem
E ffundit miſeris iuſtam mortalibus iram.
M itigat hic pœnas igitur, Ianumq́ patulcum
P ropitius claudit funeſtaq́ prælia Clemens
T ollit: vbi tete vitæ melioris in vſus
F lecti poſſe videt, ſæuasq́ agnoſcere pœnas,
Q uas tibi multiplici cumularint prælia luctu.
I d nos propterea tanto feruore ſequentes
A ſſerimus: ne quid Sathanæ tribuantur, ab vlla
Q uæ proſint homini gratiſſima parte: nec eſſe
V llius huncce boni cauſamq́ & ſemina dicas.
O rdinis author erit ſemper Deus. ille mouendo
C elſa quatit, celeresq́ infert in regna ruinas,
D um furit, ac tumidas ob crimina deijcit vrbes.
I s pacem populis reddit. ſi forſan Auerno
I nterea frænos & vincla atrocia laxat:
V t Sathanas graſſetur, & hanc quoq́ cædibus vrnam
I mpleat: hac equidem formaq́ modoq́ locoq́
L axat: vt ipſe tamen frænos moderetur: & vſq́
Q uo tentator eat, diſtricto terminet enſe.
B ella igitur pœnas agnoſcimus eſſe: ſimulq́
S ic pœnas, vt vtriq́ etiam ſint triſtia genti:
Q uæ meritis cumulent iuſtiſſima præmia noſtris.
T olli autem pœnas, ſuperi fateare Tonantis
E bonitate dari. Gratesq́ & vota Parenti
P roptereà ætherio ferimus: petimusq́ viciſſim
V t diuturna ſient paci ſua commoda. regnis
E t noſtro & Suetico concordia conſtet: alantq́
S eſe inter gentes commercia læta: nec vnquam
Q uæ ſopita cubant, reuocare in iurgia certent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

D iſsimulando equidem rem confirmaueris: hanc ſi
N on manifeſta etiam fortaſſe iniuria magnis
C ladibus exagitet, Nemeſinq́; calumnia gignat.
H îc etenim nulla eſt ratio, cur damna ſilendo
I nuites: hoſtiq́; manu conceſſeris: vt te
V tq́; etiam regni culmen premat: vtq́; colonos
D eſpoliet, fines turbet prædasq́; ſequatur,
A ut patrium immiſſa ſibi vendicet æquora claſſe.
I n reliquis ſis lentus, & omni haud protinus auræ
A uribus accedas. valde explorata neceſſe eſt
V t tibi cauſa ſiet, quæ te commouerit: vni
C uî ſic incumbas: vt ſi ſine vulnere tolli
P lanariq́; queat, ne poſcas prælia. Martem
V t noris, ne Marte velis didiciſſe Magiſtro.
M ox etiam thalamos Regi gratamur. & hunc quem
N unc lectum ingreditur, quas tædas explicat, vni
S ic commendamus ſupremo Numini: vt eſſe
S idera fœlicem donent: dent eſſe beatis
P ignoribus lætum: dent gratum moribus, vſu
C oniugij firmum, cuî virtus cœlica robur
A ddat, & æternos aſtringat Gratia nexus.
H as externa preces nobiſcum Regna probarint:
M axima nonnunquam noſtris diſpendia bellis
S eu capiunt: ſiue officijs fortaſſe pioq́;
S anguine coniuncta haud vellent hæc fœda dolorum
S emina vicinos inter diſparſa. nihilq́;
V t reliqua inducam: Romano vota Monarchæ
H æc placuiſſe putes: quid enim? Maxemilianus
V t placido eſt animo pacemq́; amplectitur, armis
A bſtinet, ac grata nomen virtute tuetur:
S ic noſtris inter tranquilla palatia regnis
E ſſe probat. cuî non parui momenta laboris,

Contu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

C ontulit officio: dum partibus eſſe ſequeſtrum
S e volNit, dirimitq́; animos, & fœdera totus
S uadet, & oppreßis confirmat is otia bellis.
A ut quid ego Hiſpanos, quid Gallos, quidúe colentes
O ceano Scotos, quid Belgas, quidúe ſuperbos
P ruſſorum populos, quid mœnia Vandala dicam?
O mnibus his ſua lucra viris pax reddita noſtris
G entibus, & noſtras pax latiùs aucta per vrbes,
A ttulit. haud aliud maiori vulnere regnum
R egna premit: quàm cum commotos Dania Suecos
S uſtinet, ac bellis inimicos opprimit enſes.
I nde etenim Europæ clades ter maxima toti
S urgit: & accenſis peregrina tumultibus ardent.
P ropterea parta lætantur pace: tuisq́;
I am pridem rebus FRIDERICE *optanda precantur.*
V ictoremq́; æquum merita te voce celebrant.
V ltima ſuccedit quæ noſtris Anglia votis:
N on tenui rerum ſuccedit imagine: ceu quæ
E x alto tantùm noſtras proſpectet in vrbes,
E t ſibi neſcio quæ rumorum ſomnia fingat:
V t multi. ſed enim maiorum è fœdere, quod res
Q uodq́; Deus ſemper conſtans velit eſſe, beatam
C um Dano pacem colit: & ſeſe omnibus addit
O fficijs. Igitur noſtris plerunq́; periclis
A fficitur: veluti lætis applaudit, & hoc quod
E x vſu veniat, ſibi poſſe venire putarit.
P roximus id ſtudij motus bellumq́; cruentum
S entijt: è toto cum noſtris aſſe ſtuderet
A nglia, & eximium cumularet rebus honorem.
H æc eſt Elizabetha etiam maioribus olim
G loria culta tuis: quam cum ſectaris, honeſtos
I n vitam fructus atq́; hæc in culmina firmas:

Q uæ tali poſſunt conſiſtere ſalua ſub vſu,
E t ferre in lætos commercia mutua quæſtus.
T u patrijs ſuperas rebus, gentemq; valentem
A tq; alacrem præſtas: nos commoda cætera Danos
E xtulerint. Sint iuncta animis hæc regna, ferantq;
E x æquo ſortem: nec ſe patiantur inani
G nathonum ſtudio, & ſcelerato gutture ſcindi:
V erùm alterna graui tutentur littora claſſe,
P ræſidijsq; manus in mutua lucra miniſtrent:
P òſt ea tuta dabunt cenſeri fata. Sed illud
A ltius haud etiam complectar verſibus. vnam
T e Regina meæ, ſtudijs cultiſsima Virgo,
M irantur Muſæ: te Læti vena Poëtæ
S uſpicit: Aönijs quòd cum pars prima Camœnis
E t tutela ſies: regnum tamen artibus hiſce
E t tua rura colas: nihil vt tibi cladis acerbæ
F raus ferat: & nullo nutent tibi culmina motu.
C redo equidem Superis rem diſpenſantibus iſtud
S ic fieri. patriæ ſed enim virtutis & alti
O fficij cuſtos ita pergas denique. Phœbus
I ngenio præſit: præſit Mars victor in armis,
Æ ternamq; ferant tibi Numina dextera Laurum.
S ed ceſſo: nec enim iam longiùs iſta iuuabit
D ucere fila. Dijs ſuccenturiantibus hancce
A bſoluo telam. quid enim? poſtquàm omnia plauſu
S eſe regna mouent noſtroque ſecunda Monarchæ
E xoptant: patrijque Status atq; ordo virorum
P ræcipuus ſimiles geminent in vota calores:
L abitur ex alto deductus vertice Phœbus,
D emergitque diem, reuocatque ſub aſtra tenebras:
C um ſimul & menſas remouent tolluntque Choreas:
E t properè abducunt in ſacra cubilia Sponſam:.

Quam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Q uam pro more locant thalamis. Rex deînde ſecutus
H is ſeſe adiungit, placidusq́; ita nocte quieuit.
S alue terra tuis ampliſsima fructibus: vna
E uropæ cunctis quæ proſis Dania: ſi te
N oueris, & patrio poſsis tibi plaudere lucro.
N on auro ſuperas, Vngarria vt ampla: nec vuis
P æla ſecunda moues, velut Itala regna: nec iſtis
I n ripis gemmas Conchyliaq́; aſpera prendis:
I ndica quo proſtant, ceu fama eſt, littora. ſed te
E x alio natura gradu ſic læta beauit:
V t ſuperes auro, Bacchiq́; liquoribus omnes
I mplêris cyathos, Gemmisq́; & Murice vincas.
I d tibi diues ager, pecus & fœcunda per vndas
P iſcatura, Situs, commercia, littora, portus,
G ensq́; humana, boni tribuit. quo munere cum nunc
E xcellas, equidem externos tranſmittis in vſus
Q uod ſupereſt: proprijs cùm ſis in lucra colonis
E t ſatis, & plena verſes tua commoda lance.
O vtinam tibi turgentes det meſsis ariſtas:
F œturamq́; Pales ſemper duplicauerit: vndas
S ic cumulet Neptunus, vt omni in gurgite ſemper
P iſcis eat, prædaq́; grauent tibi retia dextras.
C ætera ſic hominum ſolertia mouerit: vt nec
V tilibus deſit, nec inutile cura ſequatur.
T um pretio tibi ſint dulces ante omnia Muſæ:
S it cordi pietas, ſit virtus grata, tuoq́;
S ic Regi placeas: Patriæ vt Pater eſſe Tyrannus
P oſsit, & è victo lætos agat hoſte Triumphos.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

NOMINVM QVORVNDAM PROPRIORVM, QVÆ HOC IN OPERE INVENIVNTVR, INDEX.

A

S. Anſgarius, primus Euangelij apud Danos miniſter & propagator ſub Erico infantulo Rege Daniæ. 153. ſeq.
Abſolon, Archiepiſcopus Lundenſis, maximus & pietatis Chriſtianæ, & libertatis patriæ aſſertor, Sorenſis Monaſterij fundator ſub Valdemaro I. Rege Daniæ. 71.
Abſolon Goye Mag. F. de Krenckerup à Clementinis in oppido Alburgenſi interficitur.
Abrahamus Buck, Auguſti Electoris Saxoniæ conſiliarius.
Academia Hafnienſis.
Academia Roſtochiana.
Adolphus Rex Gotthorum. p. 65.
Aggershuſum, arx munitiſsima iuxta Anslouiam in Nortuegia.
Alaricus Rex Gotthorum. p. 63. 64.
Albertus Dux Megapolenſis, belli Altēburgiaci in Dania ſocius, modernorum Ducum Megapolenſium pater. 199. 236.
Albertus Goye Mag. F. de Krenckerup, in pugna Leredenſi admodum attritus eſt.
Albertus Knopperus Suollenſis. I. V. Doctor & profeſſor in Academia Hafnienſi.
Alburgum vetuſta & vtilis Emporio ciuitas in Cherſoneſo Cimbrica. urbs quondam tristis et procliv 243.
Amagriæ deſcriptio 234.
Albis fluuius.
M. Andreas Hack à Clementinis in conflictu Leredenſi interficitur. 209.
Andreas Lætus, Eraſmi Læti Auunculus, Canonicus & Eccleſiaſtes Arhuſienſis. 242.
Andreas Liunggius Lector, & Concionator Malmogienſis. 244.
Andreas Biornſonius, Biornonis F. de Stenalt, iuuenis ingenio & doctrinę cultu egregius.
Andreas Laurentij, Paulini gener, Lector & Canonicus Roſchildenſis.
Andreas Godzkius, Conſul Hafnienſis.
Andreas Petreius Koagius profeſſor Hafnienſis.
Andreas Mariagerius paſtor Hafnienſis ad S. Nicolaum.
Anglia, Britanniæ Inſulæ pars maxima, & Regnum vetuſtiſsimum.
Anthonius Valtherus Ludimagiſter Stetinenſis.
Aruidus Huitfeldius Chriſtof. F. Secretarius Regius in Aula Friderici II. Regis Daniæ.
Arnoldus de Fine, Brabantinus, Muſicus in aula Friderici II. Regis Daniæ.
Arhuſia ciuitas inſignis, Epiſcopalis in Cherſoneſo Cimbrica. 206.
Amictus variarum nationum. p. 51. ſeq.
Amletus Rex Daniæ 142.
Anſgarius p. 153. ſeq.
Arcadius p. 59.

Tt   Aſre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Aſneſum (vulgo Aſſens) egregia & vetus Ciuitas in Fionia.
Atheſis, fluuius inſignis ex Alpibus de fluens in Italiam, qui Veronam alluit.
Auares.
Auguſtus I. Elector & Dux Saxoniæ: princeps ad promouenda bonarum literarum ſtudia paratus & liberalis.
Auo Bilde, epiſcopus Arhuſienſis: vir Doctrina & virtute longè pręſtantiſsimus. 201.

B

Barnimus, princeps pacificus & bonus, Dux Pomeraniæ.
Baltazar Iacobi, Malmogianus, Archidiaconus Lundenſis.
Batauj. Bellum. p. 84. 8. 6.
Bellum ſeptentrionale inter Daniam et Sueciam. 266 ſeqq.
Berna, elegantiſsima & ditiſsima ciuitas in Heluetia.
Bernhardus VVichboldus Groningenſis, Iuriſconſultus, & profeſſor in Academia Hafnienſi.
Biőrno Kőoſſ, Senator regni Danię & Capitaneus Malmogiēſis ſub Friderico II. rege Daniæ.
Biorno Anderſonius de Stenalt Senator regni, & arcis Hafnienſis difficili bellorum tempore Capitaneus ſub Friderico II. rege Daniæ: præſes Regius in Epiſcopatu Arhuſienſi.
Benedictus Gylthe, Senator, & Legatus Iohannis II. regis Sueciæ: ad pacificationem Stetinenſem.
Blekingia, Daniæ pars inter Scaniam & Sueciam.
Botnia, pars regni Sueciæ.
Bounſonia, vrbs vetus in Fionia.
Berengaria Valdemari II uxor p. 175.
Brattensburgum arx vetus & deſolata in Samſonia.
Brauellini Campi.
Britannia.
Byrgerus Trollede Lillő, Senator regni Daniæ: arcis Iunxhouedēſis Capitaneus, ſub Frid. II.

C

Catulus, Imperator Romanus contra Cimbros.
Canutus Magnus, Daniæ & Anglię Rex potentiſsimus. 165. ſeq.
Canutus Petri Gilleſtern de Tym, Senator regni, & arcis Kalundburgenſis Capitaneus ſub Chriſtiano III. rege Daniæ. 193.
Canutus Rhudt Ottonis F. de Mőglekier, vir Doctrina & experientia pręſtans.
Carolus Magnus, Imperator Romanorum.
Carolus V. Romanorum Imperator. 192. 196.
Campania.
Carolus Danzæus, Legatus regum Galliæ apud Chriſtianum III. & Fridericum II. reges Daniæ: pars actionis pacificatoriæ in couentu Stetinenſi.
Carolus Mornaij Gallus, dux Suetici exercitus ſub Erico XIIII. rege Suetiæ.
Carolus Scotus, Heraldus Danicus.
Caſparus Paſelick, Iureconſultus in aula Friderici II. reg. Daniæ, Decanus Roſchildenſis, & Academiæ Hafnienſis conſeruator.
Caſparus Mule, Ducis Magni, Chriſtiani III. Filij præceptor: præpoſitus Ripenſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Celtæ.
Cepio, Romanus Imperator contra Cimbros.
Cham, filius Noah.
Cherſoneſus Cimbrica, pars Daniæ præcipua. p. 85.
Chriſtiernus I. Daniæ rex, Academiæ Hafnienſis fundator: Roſkildiæ ſepultus. 184 ſeq.
Chriſtiernus II. Daniæ Rex, Kalundburgi mortuus, anno 1559. Otthoniæ ſepultus.
Chriſtianus III. Rex Daniæ, Academiæ Hafnienſis reſtaurator, pater patriæ, doſtrinæq́ Euangelicæ de Chriſto aſſertor maximus, Coldingi mortuus, & depoſitus Otthoniæ ad eam quæ Roskildiæ futura eſt, ſepulturam.
Chriſtiana Lotharingica, Chriſtierni II. Daniæ regis Filia, quæ Belgas gubernauit. 197.
Chriſtiernus Munck Senior, Capitaneus in arce Aggershuſiana in Nortuegia ſub Friderico II. rege Daniæ.
Chriſtiernus Trochilli Morſianus Doct. & profeſſor Medicinæ in Academia Hafnienſi. 241.
Chriſtiernus Lãge Nicolai FF. Cantor & Canonicus Ripenſis..
Chriſtiernus N. Coldingenſis Canonicus Lundenſis.
Chriſtoferus I. rex Daniæ, qui Soræ ſepultus eſt.
Chriſtoferus Bauarus, rex Daniæ, Roskildiæ in æde diuo Lucio ſacra, intra chori ſummi cancellos ſepultus.
Chriſtoferus, Altenburgenſis Comes, qui interregni tempore, Friderico I. mortuo, Daniam inuaſit &c. 199. 211. 212. 213. 214. 215. 216.
Chriſtoferus à Felten, Equitatus Danici Magiſter & Capitaneus in cõflictu ad Taurum montem in Fionia ſub Chriſtiano III. tum electo Rege Daniæ.
Chriſtoferus Knoof, Concionator in aula Friderici II. Regis Daniæ, Canonicus Arhuſienſis.
Cimbri: gens fortiſsima, quæ à Cherſoneſo Cimbrica progreſſa, à Mario tandem, adhibito in rem dolo, non procul à Verona conciſa eſt. p. 126. p. 67. 74. 87. ſeq. 90. 91.
Cimmerij p. 77. 78.
Clemens Archinauta, author ſeditioſi motus Ruſticorũ in Cherſoneſo Cimbrica: cum Chriſtoferus Altenburgenſis inuaſiſſet Daniam. 200. 204. 205. 209. 210.
Coldingum (vel Coldinga) vrbs amæna & ciuilis in Cherſoneſo Cimbrica.
Corficius Vlfeldius de Kousböl, Senator regni, & Legatus Friderici II. regis Daniæ ad Ericum XIIII. regem Sueciæ. 272.

D

Dacia, quæ nunc Valachia eſt.
Dai 137. Dania repreſſit hoſtes ſuos 136.
Dan, primus Rex Daniæ. 139. Dani unde 137. 139.
Dania, regnum florentiſsimum ad Septentrionem, quod à magna Germania ampliſsimo Mari & Eydero fluuio ſeparatum eſt.
Dagmaris Bohema Daniæ regina mulier ſanctiſsima, & Valdemari II. vxor. 175.
Daniel Rantzouius Gotſelici F. de Nyenhoff, fortiſsimus Dux & Imperator exercitus Danici in Sueciam ſub Friderico II. rege Da-

niæ,in arcis autem Vardburgenſis recuperatione verberatus globo faciem occubuit. 305.

Dantiſcum cultiſsima atq; Emperio clariſsima ciuitas, ad Viſtulam, in Pruſsia.

Dauid Kellius Malmogianus, Canonicus Lundenſis.

Decius Cæſar Romanorum.

Domitianus Imperator Romanorum.

Dorothea Brandenburgica,regina Daniæ Chriſtierni I.vxor, admodum in pauperes benefica, Roſchildiæ ſepulta. 187.

Dorothea Louenburgica, regina Daniæ, Chriſtiani III. vxor, fautrix pauperum & veræ pietatis amans.

Dorothea Palatina Rheni, Chriſtierni II.Daniæ regis filia: Friderici Palatini coniunx. 197.

Dythmarſia,à Friderico Cæſare donata Regi Daniæ, & recens à Friderico II. Daniæ Rege, ſocijs Holtzatiæ Ducibus recuperata.

E

Ebbo Suneſonius,Senator regni & præcipua authoritate clarus ſub Valdemaro II. rege Daniæ. Conflictu autem Lenenſi occubuit in Suecia. 177. ſeq.

Ebbellonia inſula in mari circa Fioniam.

Eduardus rex Angliæ Suenonem Haraldi F. exulem Daniæ regem negligit.

Elizabetha,Caroli V. Cæſaris Rom. Soror: Chriſtierni II. Daniæ Regis coniunx. 189. 196.

Elizabetha, Henrici VIII. filia, Virgo & Regina Angliæ: princeps Doctrinarum ſtudijs & virtutis fama florentiſsima.

Elizabetha, Hulderici Magapolenſis Ducis vxor, Friderici I. Daniæ regis filia.

Elsburgum arx munitiſsima in Suecia, quam primo expeditionis periculo, Fridericus II. Rex Daniæ expugnauit. 295 ſeq.

Engelbertus Suecus rebellionem ſub Erico Pomerano Daniæ rege excitat in Suecia.

Ericus infantulus, rex Daniæ. 152 initio

Ericus Pomeranus, Rex Daniæ, Sueciæ & Nort.

Ericus XIIII. Rex Sueciæ: qui fœdus inter Daniam & Sueciam à maioribus conſtitutum rupit: belloq; ſe & non neceſſario implicuit, & calamitoſo perdidit. 266. ſeq.

Ericus Banner de Aſdal, Senator & Marſchalcus regni: pauperum patronus & Kalffoenſis arcis Capitaneus ſub Chriſtiano III. Rege Daniæ. 201. 207. 209.

Ericus Roſenkrantz de VValſő Otthonis F. Senator Regni Daniæ ſub Friderico II.

Ericus Podebuſck Senior, Senator Regni qui bello Dytmarſico interfectus eſt ſub Friderico II.

Ericus Rhudt de Fogelſang, Senator regni ſub Frid. II.

Ericus Podebuſck Iunior, Senator Regni & Alburgenſis Capitaneus.

Ericus Valkendorp, Chriſtiani III. Camerarius. 247.

Ericus Lange, Erici Filius, iuuenis & doctrina liberali & ſuauitate morum præſtantiſsimus.

Eraſmus Catolmius, profeſſor Hafnienſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

nienſis.
Eraſmus Clementſonius, qui in conflictu Leredenſi non procul ab Alburgo periјt.
Eraſmus Lætus. 193. 207. 255. ſeq.
Esbernus Snare, Abſolonis Archiepiſcopi Lundenſis, & Roſchildenſis Epiſcopi frater: qui ex ſua etiam parte Sorenſe Monaſterium fundauit. 173.
Eſromum Monaſteriam in Sialandia.
Eudoxia Imperatrix.
Eugenius. p. 60
Euphrates fluuius.
Europa. p. 60.
Eylerus Grubbe, Senator & Cancellarius Regni Daniæ ſub Friderico II. præpoſitus Lundenſis.
Eylerus Rhudt Georgij F. de VVedbij: iuuenis doctrina liberiali & virtute præſtans.

F

Falco Loumannus ob Helenam falſò ſuſpectus interficitur. 180.
Falco Goye, Falconis F. de Skierſö iuuenis doctrina & virtutibus excellens.
Falckenbergum, oppidum in Hallandia. Falſtria. 138.
Falerni. Faramundus Rex Daniæ 142.
Feſulæ.
Fionia, Daniæ Inſula pulcherrima & Nobiliſsima. 142.
Foburgum, Ciuitas vetus in Fionia.
Flandri.
Fœmaria, egregia Daniæ inſula.
Franci.
Franciſcus Brochenhuſius Senator & Marſchalcus Regni Daniæ, Dux exercitus Danici in Sueciam ſub Friderico II. Rege Daniæ.
Franciſcus Vilhelmi Slangendorpeſis, Telonarius & Canonicus Lundenſis.
Francofortum, ciuitas Imperij ad Mœnum fluuiū, elegans & Mercatu Germaniæ præcipuo celebris & nominanda.
Fridericus I. Rex Daniæ, Sleſtuici ſepultus. 197. 198.
Fridericus II. Daniæ Rex, pater patriæ, patronusq; literarum, & præcipuus veræ pietatis ac doctrinæ Euangelicæ aſſertor & propagator: Eccleſiæ, pauperū & Iuſtitiæ amantiſsimus: Fortitudine animi ac fiducia in Deum inuictiſsimus.
Froto Rex Daniæ potentiſsimus. pag. 143. ſeq. Frotho I. 140.

G

Gallia. Gallorum natura p. 116.
Geldria.
Gepidæ.
Germania.
Georgius Lycke de Ourgordt, Senator Regni ſub Chriſtiano III. & Friderico II. Regibus Daniæ: vir in pauperes beneficus, Mariagerianі Monaſterij adminiſtrator.
Georgius Roſenkrantz Otthonis F. de Roſenholm, Senator Regni, & Legatus Friderici II. Regis Daniæ ad Pacificationem Stetinenſem, vir doctrina clarus & arcis Kalſföenſes Capitaneus.
Georgius Gera vir præſtans & doctus Iohannis II. Regis Sueciæ Legatus ad pacificationem Stetinenſem.

Georgius Marſuimus, Senator Regni Daniæ, Lanzkronienſis Capitaneus.
Georgius Cracouius, Iuriſconſultus & Cãcellarius Auguſti, Electoris Saxoniæ vir liberalibus doctrinis inſtructiſsimus.
Georgius ab Holla, peditum Germanicorum ſupremus Capitaneus in Dania, cum primum ſuſciperetur bellica defenſio in Sueciam ſub Friderico II. Rege Daniæ. 293. ſeq.
Georgius Iohannis Vibergius, Epiſcopus Fionienſis, vir admodũ bonus: & ſecundus à Iohanne Tauſonio, repurgatæ doctrinæ Euangelicæ in Dania propagator. 240.
Georgius Beyer Secretarius Iohãnis Senioris Ducis Holtzatiæ, vir doctus & prudentia inſignis.
Georgius Ericius, Epiſcopus Stauãgrienſis in Nortuegia.
Georgius Petri Fionicus, Conſul Hafnienſis.
Georgius Simonius paſtor Eccleſiæ Otthoniẽſis ad Franciſcanos.
Georgius Petri pernitioſorum cõſiliorum in Suecia author, quibus Ericus XIIII. ſubuerſus eſt.
Gerhardus Comes Holtzatiæ, qui Cimbros inuaſit, Randruſij interfectus eſt.
Gomerus.
Gorra arx vetus in Sialandia à Valdemaro III. extructa, à Friderico II. deſtructa eſt.
Goſtaus I. Sueciæ Rex, ſapiens regni adminiſtrator, qui fœdere cum Chriſtiano II. Rege Daniæ approbato, tranquillitatem & beneuolentiam mutuã augere confirmareq; conatus eſt. 233.
Goſtaus Trolle, Archiepiſcopus Vpſalenſis in conflictu Fionico ad Taurum montem occubuit ſub Chriſtiano III. electo Rege Daniæ. 216.
Goſtaus Olſonius Erici XIIII. Sueciæ Regis Legatus ad Fridericum II Regem Daniæ. 266 ſeq.
Gothricus R. Daniæ 148.
Gotſelicus Rantzouius de Nienhoff, Danielis Rantzouij pater, vir humanitate & pietate præſtantiſsimus.
Gotthi. pag. 57. 58. 59. 60. 73.
Gothlandia pars Regni Daniæ & Inſula clariſsima, in ſinu Gotthico ad Orientem.
Gothlandicum Naufragium, quo ſumma penè clades in bello Danico ſub Friderico II. accepta eſt, afflicta claſſe tempeſtatib.
Grõnaa, oppidum in Cherſoneſo Cimbrica, non procul à promontorio Lithokrogiano, piſcatoribus admodum induſtrijs & diligentibus abundans.
Grypzualdica Vniuerſitas in Pomerania.
Gudius, fluuius celebris & maximus in Cherſoneſo Cimbrica, Rãdruſium alluens, generibus piſcium varijs & confertiſsimus & maximè admirandus.
Guntherus, Comes Suartzenburgicus, Dux & Imperator generalis in bello Danico quod in Suecos geſtum eſt ſub Friderico II. Rege Daniæ. 293 ſeq.
Gyritha 147.

H

Heddingus Rex Daniæ 140.
Hagbortus 146.
Haraldus Hylletandt, Rex Daniæ multo potentiſsimus: qui à Ringone

gone, Nepote ſuo Rege Sueciæ in campis Brauellinis victus & interfectus eſt. 148.

Hettha, virgo & Regina Daniæ. 148.

Honorius Imperator. 59.

Henricus Imperator.

Haraldus Blaatand, Daniæ & Angliæ Rex. 157

Helena Valdemari III. vxor, Daniæ Regina, & Margaretę Victorioſæ mater, criminationibus quibuſdam falſis ob adulterium delata, Sôburgi collocatur: vbi poſteà à marito Valdemaro III. Margaretam concepit & edidit. 179. ſeq.

Henricus II. Franciæ Rex & Regno Daniæ coniunctiſsimus.

Henricus pacificus Dux Megapolenſis.

Huldericus, Dux Megapolenſis Friderici II. Regis Daniæ Socer.

Holgerus Roſenkrantz Senior de Boluer, qui in cōflictu Lerendenſi non procul ab Alburgo interfectus eſt.

Holgerus Roſenkrantz Iunior de Boluer, Ottonis F. Senator & Marſchalus Regni Daniæ, & Locumtenens Iutiæ ſub Friderico II. arcis Skanderburgenſis Capitaneus.

Holtzatia.

Henricus Randtzouius Ioha. F. Senator Holtzaticus Locumtenēs & Legatus Friderici II. Regis Daniæ ad pacificationē Stetinēſem.

D. Hinckius, Iuriſconſultus & Decanus Bremenſis, Legatus Regis Daniæ ad pacificationem Stetinenſem.

Henricus Goye, Magni Frater, Locumtenens Chriſtierni II, dū excedit Dania.

Hafnia, vrbs pulcherrima & munitiſsima in Sialandia, præcipua Regum Daniæ ſedes. 187.

Heſſolia inſula ad ſeptentrionale latus Sialandiæ.

Hogenskyltus Bielcke Senator & Dux exercitus Suetici in bello Danico ſub Erico XIIII. Rege Sueciæ.

Henricus Gyldenſtiern Canuti F. Chriſtierni III Daniæ Regis Camerarius.

Henricus von Rade Rugianus, Fidelis miniſter Iohannis Friſij Regum Daniæ Cancellarij.

Henricus à Brochoſſuen, Concionator in aula Chriſtiani III. Regis Daniæ, Decanus Lundenſis. 147. ſeq.

Helias Hallenſis, in aula Regis Daniæ.

Huena, Inſula inter Scaniam & Sialandiam, non procul à Landeskrono Scanię oppido.

Hamburgum, vrbs celebris, nō procul ab Albis fluuij oſtio: quā obſeſſam Valdemarus II. Danię Rex, tandē expugnauit, Suięq; iuris fecit. 174.

Hanum, arx munita in Dytmarſia, quam cum Valdemarus II. pręſidium fidelitatis extruxiſſet, Fridericus II Danię Rex cum adiunctis ſibi Holtzatię principibus recenti bello, vt rebellionis perfugium incendio ſuſtulit ac conſumauit.

Heida, ciuitas in Dytmarſia, quæ proximo bello ignibus ſubuerſa eſt.

Horſneſia, pulcra Ciuitas in Cherſoneſo Cimbrica.

Helſingora, Ciuitas oportuna & latè cognita, in Sialādia ad fretum Sundicum, vbi traiectus à Sialandi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

dia eſt breuiſsimus in Scaniam. In hoc oppido conſulatum gerit Henricus Magni F. vir Nobilis, doctrina ac virtutibus excellens.
Hiſpania.
Heluetij. p. 127. unde ita dicti p. 128
Helſingia, Sueciȩ prouincia.
Hunni.
Honorius p. 59.
Hallandia, pars Daniȩ.
Hungaria.
Hattersleuia, egregia Ducatus Sleſuicenſis Ciuitas in Cherſoneſo Cimbrica.
Hoijus Comes, qui in conflictu Fionico ad Taurum montem perijt. 216. 221.
Huidtora arx iuxta littus maris, nō procul ab Hafnia.

I

Japhet Boreas regiones occupat p. 38. seq.
Iohannes I. Rex Daniȩ, Sueciȩ & Nortuegiȩ. 187. seq.
Iohannes II. Rex Sueciȩ, author pacis ac concordiȩ poſt longum & difficile bellum inter Daniam & Sueciā.
Iulius, Dux Brunſuicenſis & Lunebergenſis.
Iohannes Senior Friderici I. filius, Dux Sleſueci & Holtzatiȩ, princeps bonus & pacificus.
Iohannes Iunior, Chriſtiani III. filius, Dux Holtzatiȩ princeps egregius & liberalis.
Iohannes, Alberti F. Dux Megapolenſis, prȩcipuus Muſarum fautor.
Iohānes Friſius de Haſſelagger Chriſtiani III. & Friderici II. Regū Daniȩ Cancellarius, Locumtenens, Senator Regni, & Vniuerſitatis Hafnienſis Cancellarius & ſupremus Conſeruator. 247.
Iohannes Rantzonius Locumtenens Holtzatiæ, & Imperator exercitus Danici cum ad Taurum montem aduerſus Comitis Altenburgenſis copias confligeretur in Fionia.
Iacobus Beck de Förſlöff, Theſaurarius & Quȩſtor in aula Regum Daniȩ, Canonicus Roſchildēſis.
Iacobus Vlfeldius Senator Regni Daniȩ.
Iohānes Skougardius de Skougord Friderici II. Daniȩ Regis Secretarius, prȩpoſitus Roſchildenſis: & Academiȩ Hafnienſis Conſeruator, nunc Senator Regni.
Iohannes Koofs, Dux militum Danicorum in bello Suetico & Capitaneus expugnatȩ arcis Elsburgenſis in VVeſtgotthia.
Iohannes Bilde de Liungsgard, Nicol. F. liberali Doctrina & virtutibus excellens.
Iohannes Rhudt Otth. F. de Möglekier, doctrina & humanitate præſtans.
Iohannes Laurentij Ammiraldus Danicus qui Naufragio Gothlandico interijt.
Iohannes Trudſonius Vlffztādus, vir fortiſsimus, qui perijt in naufragio Gothlandico.
Iaſparus Krauſe, vir ſtrenuus, qui Naufragio Gothlandico ſubmerſus eſt.
Iacobus Brochenhuſius Ammiraldus Danicus.
Iacobus Baggius, Ammiraldus Sueticus.
Iohannes Barnekouius, Iohan. F. de Birckelſe ingenio & virtutibus excellens.
Iohannes Machabeus Theologi Doctor & profeſſor in Academia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Hafnienſi. 241.
Iohannes Synningius Theologiæ Doctor, & profeſſor in Academia Hafnieſi: vir doctrina ac virtutibus excellens.
Iohānes Albertius Theologię Doctor & Epiſcopus Roskildenſis. 241.
Iohannes Gooſſ vir Nobilis & Epiſcopus Nidroſienſis in Nortuegia.
Iohannes Skielddorppius Medicinæ doctor, Epiſcopus Bergenſis in Nortuegia.
Iohannes Lauſonius Epſcopus Ripenſis.
Iacobus Huitfeldius Chriſtoferi F. vir doctrina, experiētia & humanitate eximius.
Iohannes Hermanni, Auguſti Electoris Saxoniæ Medicus.
Iohannes Franciſci Doctor Medicinæ & profeſſor Hafnienſis.
Iohannes Suaningius, Friderici II. Regis Daniæ præceptor, Decanus Ripēſis, Hiſtoricus inſignis.
Iohannes Pratenſis, Arhuſienſis, Doctor Medicinæ & profeſſor Hafnienſis.
Iohannes Myre, vir nobilis, & doctrina ac humanitate eximius, Canonicus Lundenſis.
Iuarus Bartholinus, Abbas Sorēſis.
Ionas Turſonius Canonicus Lundenſis: vir circunſpectus & doctus, qui in colligendis diuerſarum Hiſtoriarum farraginibus operam vtilem impendit.
Iohānes Thomę, Ripenſis, paſtor Eccleſię Hafnienſis ad B. Virginem.
Iacobus Scriba, Conſul Hafnienſis.
Inguardus Michaëlius Lętus, arcis Hafnienſis pręfectus, Eraſmi Læti frater: vir multarū linguarū noticia, peregrinationib. longiſsimis exercitatus & cultus. 242.
Iacobus Michaëlius Lætus, Centurio & miles ſtrenuus in expeditione Noruagienſiū in Daliam Eraſmi Læti frater.
Inguorſtrup, curia inſignis, & natalis Eraſmi Læti locus, nō procul ab oppido Grönouienſi in Cherſoneſo Cimbrica.
Iohannes Olai conſul Hafnienſis.
Iohānes Saſcerides, profeſſor Hafnienſis.
Iohannes Aurifaber Huſummenſis, profeſſor Hafnienſis.
Iacobus Suenonius profeſſor Hafnienſis.
Iacobus Henrici, Paſtor Eccleſiæ Ottonienſis ad Diuū Iohannē.
Iohannes Tunæ, Canonicus Roſkildenſis.
Iohannes Laurentij, Scriba, Regiorum Eleemoſynariorum prouiſor, & Canonicus Roskildenſis.
Iohannes Leil, Canonicus Roskildenſis, vir egregius & doctrinarum ſtudijs antecellens.
Ingelheimenſes Henrici Imperatoris Nuptiæ.
Italia.
Iſter.
Iohannes Finckius, Clemētis Nauarchi pręcipuus Conſiliarius, dum turbatur Iutia.
Iohannes Spandmagerius Eccleſiaſtes diligens & moderatus in Eccleſia Lundenſi.

K

Koagium, parua ſed commoda ac venuſta ciuitas in Sialandia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Korſora, oppidum Sialandiæ ad Baltici maris littus, vnde in Fioniam traiectus eſt.
Kalundburgum, Ciuitas antiqua in Sialandia, vnde in Cherſoneſum Cimbricam traijcitur. 193. ſeq.
† in hac arce Christianus II captivus tenebatur p. 194.
Kiertemynda egregia & portu opportuna ciuitas in Fionia.

L

Longobardi ex Dania progreſsi, p. 131. tandem in Italia conſederunt. ibid.
Domiti a Carolo Magno. 131.
Longobardia. 131.
Lollandia, Daniç Inſula fertilis & fructuoſa. 138.
Langlandia, Daniæ Inſula in mari Balthico prope Fioniam.
Lunda, præcipua Scaniæ Ciuitas & Daniæ Metropolis, Doctiſsimorum Canonicorum collegio inſignis & veneranda.
Lago Beck Iacobi F. prouinciæ Sialandicç in Spiritualibus adminiſtrator, Canonicus Roſchildenſis.
Laurentius Bartholomei Epiſcopus Arhuſienſis.
Laurẽtius Lindemannus Iuriſcõſultus & Conſiliarius Auguſti Electoris Saxoniæ.
Lubecum, ciuitas pulcherrima & ditiſsima ad radices Cherſoneſi Cimbricæ: reliquarũ Anſaũ caput: maritimæ expeditionis vſu Friderico II. Regi Daniæ cõiuncta bello recenti Suetico. 201.
Luxus vestium p. 49.
Lyckouium, ciuitas Blekingiæ. p. 84.

M

Marestrantum p. 50. p. 111.
Marius Imperator in exercitu Romano dum adhibito dolo euertuntur Cimbrorum copiæ. p. 126.
Maximilianus I Roma. Imperator
Maximilianus II. Roma. Imper.
Margareta Victorioſa, Vademari III. filia, Daniç, Sueciç & Nortuegiæ vidua Regina. 181. ſeq.
Mona Inſula Daniæ.
Magnns Gõye de Krẽckerup, S. Regij palatij Magiſter & Senator Regni Daniç ſub Chriſtiano III. Locũtenens Iutiæ, Capitaneus arcis Skandenburgenſis. 201.
Magnus Gõye Falconis F. de Skeerſſõ, iuuenis amore literarum & virtute gratus.
Michael Inguardius, Scriba: Eraſmi Lęti pater. 207.
Maria Stempia Georgij Filia, Hafnienſis, Eraſmi Lęti coniunx, itinerum & fortunç Comes: mulier, pietate & virtutib. apud Deum & homines gratioſa, Francoforti ad Mœnum mortua III. Aprilis, Anno 1573.
Melchior Fendius, Medicus & profeſſor Vitebergenſis.
Mauritius Stygge, Scriba in Cãcellaria Friderici II. Regis Daniæ.
Martinus Barnekou Iohan. F. de Birckelſe, iuuenis Doctrina & humanitate pręſtantiſsimus.
Martinus Petreius Grõnouienſis Sorenſis Abbas & poſtea D. Luciũ Ecelefiæ Roskildẽſis paſtor:
Martinus Aedituus Amſteredamus Medicinę Doctor in aula Friderici II. regis Daniæ, vir literarum ac linguarum cognitione inſtructiſsimus.
Mathias Medicinæ Doctor in aula Iohannis Senioris, Ducis Holtzatiæ.
Matthias Haccus Danus profeſſor Hafnienſis, Auguſtę Vindelicorum mortuus.
Marcus Heſſus Malmogiamns, Cõſul Hafnienſis.
Malmogia, ciuitas in Scania: natura &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

ra & arte munitiſsima, optima Reipub. adminiſtratione grata.
Magnus Landeskronienſis, lector & Canonicus Lundenſis.
Martinus Hegelundius paſtor Eccleſię Dei in oppido Alburgenſi.
Martinus Huaſſus Eccleſiaſtes Viburgenſis.
Mauritius Lętus paſtor & præpoſitus Vesbycenſis in Gothlãdia.

N

Noah.
Nortuegia.
Nicolaus Kooſſ, Senator & Cancellarius Friderici II. Regis Danię: pars Legationis ad pacificationẽ Stetinenſem, Archidiaconus Roſchildẽſis: vir doctiſsimus, & ſupremus Academiæ Hafnienſis conſeruator.
Nicolaus Trolle, qui cõflictu Nautico incenſa naui periit in bello recenti Suetico.
Nicolaus Krabbe Magni F. de Vegholm Doctrina ac virtutum vſu vir nobiliſsimus.
Nicolaus Gyldenſtiern Cancellarius, & Legatus Iohannis II. Regis Suecię ad pacificationẽ Stetinenſem.
Nicolaus Ebſonius Gerhardũ Comitem Holtzatię interficit Randruſij.
Nicolaus Brock de Eſtrup in cõflictu Leredenſi à Clementinis interficitur.
Nicolaus Hemmingius Danus, Theologię Doctor & profeſſor in Academia Hafnienſi, ſcriptis, doctrina, & linguarum cognitione celebris & memorandus.
Nicolaus Nicolai Coldingenſis, Concionator in aula Friderici II. Regis Danię, Canonicus Roſkildenſis, & Academiæ Hafnienſis conſeruator: vir ad pauperes iuuandos paratiſsimus.
Nicolaus Iaſpari Viburgenſis: Epiſcopus Fionienſis.
Nicolaus Truekenbrot, Scriba in Cancellaria Friderici II. Regis Daniæ.
Nicolaus Schauenius profeſſor Hafnienſis.
Nicolaus Hammerus Lãdzkronienſis, profeſſor Hafnienſis.
Nicolaus Albinus paſtor Eccleſiæ Hafnienſis ad S. Spiritum.
Nicolaus Foſsius, Prior ordinis Ieruſolymitani in Monaſterio Antuorskouienſi.
Nicolaus, Tyndebinder Malmogianus, fidelis cooperarius in meſſe Euangelica cum Doctrinę ſalutaris repurgatio in Dania inchoata eſt.
Nicolaus Petri Hafnienſis, Scriba Quæſtorius in aula Regum Danię: Vicarius Roskildenſis.
Nicolaus Fontenus, Britannus, Fecialis Danicus ad Ericum XIIII. Regem Suecię.
Nicolaus Tacke, rebellinnem in Suecia mouet ſub Goſtao I. Rege Suecię.
Neoburgum, venuſta ciuitas in Fionia: vetus Regum & Danici parlamenti ſedes.
Otto Rex Daniæ, Ottonię ſepultus.
Otto Krumpen de Trudzholm, Senator & Marſchalcus Regni ſub Friderico II. Rege Daniæ: vir victorijs & belli vſu maximus.
Otto Rhud, Canuti F. de Mõglekier,

er, vir fortiſsimus & bello proximo Suetico ſub Friderico II. Rege Daniæ, Ammiraldus Danicus: qui maritimo conflictu cũ quinque Hoſtium naues prius occupaſſet maximas: tandem fortunę cedens abducitur in Sueciã: quo loci mortuus, conſtituta inter regna pace, in Daniam relatus eſt: ſepultus Hafniæ in tẽplo quod B. virgini ſacratum eſt. 306. 307.
Olaus Mauritius de Claxholm Regni Daniæ Senator.
Otto Brochéhuſius de VVoldeers löff, Quæſtor Regius ſub Friderico II. Rege Daniæ: Archidiaconus Arhuſienſis.
Olaus Chryſoſtomus, profeſſor Hafniẽſis, poſtea Epiſcopus Vẽtſoliẽſis in Cherſoneſo Cimbrica.
Oliuarius, Iuriſconſultus & Cancellarius Iohannis Senioris, Ducis Holtzatiæ.
Olaus Senior Abbas Sorenſis.
Olaus Offonius, Cantor Roskildenſis.
Ottonia, vrbs inſignis, elegans & ciuilitate grata in Fionia. 142.
Olaus N. paſtor Eccleſię Ottonienſis ad B. Virginem.

Othinus 142

P

Pax p. 84.
Papiſmus in Dania abrogatus 239.
Poppo, Euangelij apud Danos inſtaurator, miraculis clarus: Epiſcopus Arhuſienſis.
Petrus Oxe de Gyslefelt, Senator, Locumtenens, & S. Regij palatij Magiſter ſub Friderico II. Rege Daniæ: vir & doctrinarum ſtudijs excellens, & erga pauperes non tantum ipſe liberalis, ſed & ſuaſor promotorq́ue Beneficentiæ Regiæ, qua iuuantur multi.
Petrus Skram de Vgerup, Senator Regni Daniæ, Amiraldus Danicus ſub Friderico II. Rege Danię arcis Laholmenſis Capitaneus.
Petrus Bilde de Suanholm Senator Regni, & Legatus Friderici II. Regis Daniæ ad pacificationem Stetinenſem: arcis Kaalũdburgenſis Capitaneus.
Petrus Munck Senator Regni Daniæ, Ammiraldus Danicus ſub Friderico II. Daniæ rege, arcis Stegenſis Capitaneus.
Petrus Gyldenſtiern, Canuti F. de Tym, Senator Regni Daniæ: Equitum Magiſter in bello recenti Suetico.
Philippus Dux Pomeraniæ.
Petrus Palladius, Doct. Theologiæ Hafnienſis profeſſor & Epiſcopus Roskildenſis. 241.
Paulus Mathię, Theol. Doctor, profeſſor Hafnienſis & Roskildenſis Epiſcopus.
Petrus Theogarus Epiſcopus Viburgenſis.
Petrus Seuerini, Doctor Medicinę in aula Friderici II. Regis Danię.
Philippus Pratenſis, Canonicus Arhuſienſis.
Petrus Paruus Roſæfontanus, vir nobilis, Orator & Poëta, profeſſor Hafnienſis. 241.
Petrus Vinterius, Vicarius & paſtor Eccleſiæ Arhuſienſis, ad Beatum Clementem.
Paulus Nouiomagus, Concionator in aula Chriſtiani III. Regis Daniæ, Canonicus Arhuſienſis.
Petrus Paulinus Arhuſienſis, Lector, Canonicus & paſtor Eccleſiæ ad Diuum Lucium Roskildenſem.
Petrus Senior, paſtor Eccleſiæ Helzingo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

zingorenſis, Iſaaci paſtoris Malmogienſis pater. 244.
Petrus Iohannis Suinburgi u s Fionicus, Scriba quæſtorius in aula Friderici II. Regis Daniæ: Canonicus Arhuſienſis.
Petrus Hegelius Martini F. Telonarius Regius apud Ripenſes.
Petrus Hegelius Iohannis F. Ludimagiſter Ripenſis.
Petrus N. Lector & Eccleſiaſtes Malmogienſis.
Phryſia.
Polonia.
Pruſsia.

Landrusium 205. Lodbrog

R

Regnerus, Rex Daniæ 149.
Radagiſus, Rex Gotthorum. p. 62.
Ripę, clara & venuſta vrbs in Cherſoneſo Cimbrica, Cathedrali Eccleſia, & venerãdo eruditorum virorum collegio præſtans & memoranda. pag. 301. ſeq.
Ringſtadium, vrbs amæna & Regum multorum ſepulturis celebris in Sialandia. 139.
Ringo, Rex Sueciæ, qui Haraldum Hyldetandum auunculũ ſuum Daniæ Regem in campis Brauellinis vicit. 148.
Roma p. 92 inde rerum cognitio 93.
Roſtochium, vrbs vetus, elegans & Vniuerſitate ſplendida inſignis in ditione Megapolitana.
Roſkildia, vrbs vetus & ſedes Epiſcopalis in Sialandia, loci commoditate & doctiſsimorum virorum collegio frequentiaq́; in primis celebranda. 140. 141.
Randruſium, vrbs egregia ad Gudium fluuium in Cherſoneſo Cimbrica.
Riualia, Ciuitas præclara in Liuonia à Valdemaro II. Daniæ Rege extructa, cui cum Rex è Danis Epiſcopum conſtituiſſet, & ciuitatẽ iſtam, & magnam eius terræ partem, Danici iuris fecit.
Rodnitium, vrbs in Blekingia. p. 84.
Rhenus fluuius.
Ruſsia.
Rugia, clara Inſula in ſinu Gotthico, Pomeraniæ oppoſita: quam Valdemarus I. Daniæ Rex chriſtiana inſtruxit pietate, & Danici iuris fecit.

S

Scythæ p. 74. 75 ſeq.
Sem, filius Noah. ſenum ebriorum mores p. 27. 28.
Suenotto, Rex Danię. 159.
Sueno, Rex Daniæ, exul, ab Anglis & Nortuagis negligitur: à Scotis excipitur: & tandem baptiſatus regno reſtituitur.
Suecia.
Scania. p. 81. 177. 179.
Sialandia. 138.
Samſonia.
Skioldus Rex Daniæ 140.
Steno Roſenſpar de Skarholt, Senator Regni Danię, Capitaneus arcis Kalundburgenſis in Sialandia, qui cõflictu Falckenburgico fortiſsimè pugnans occubuit pro patria, ſub Friderico II. Rege Daniæ. p. 194.
Syuardus Grubbe de Lyſtrup, in Sialandia vir optimus & Eyleri, Cancellarij Regni Daniæ, & Agathæ Beckianæ pater.
Steno Bilde de VVandoſs, Nicol. F. vir Doctrina & humanitate clariſsimus.
Simon Chriſtięrni, Eraſmi Læti pręceptor: Ludimagiſter & Vicarius Arhuſienſis. 243.
Sebaſtianus Suendius, Secretarius in aula Friderici II Regis Danię vir pręſtantiſsimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Stillico Vandalus. vid. infra.

Steno Ericus, Senator & Legatus Sueticus ad Fridericũ II. Regem Daniæ.

Scaga Cimbricæ Cherſoneſi Terminus in Boreã, oppoſitus Nortuegię, piſciumq; captura celebris.

Sigebertha, mulier ſaga & præſtigiatrix, Hollandica, Chriſtiernum II. Danię Regem dementat conſilijsq; prauis perdit.

Seuerinus Norbius, Ammiraldus Danicus ſub Iohanne I & Chriſtierno II. Daniæ Regibus &c.

Sora, Monaſteriũ pulcherrimum in Sialandia quod Abſolon Archiepiſcopus & Esbernus Snare fratres fundauerunt.

Seuerinus Paludanus, Ripenſis, Conſul Coldingenſis: vir doctrina liberali, & patria Poëſi pręſtiſsimus.

Seuerinus Michaëlius Lętus Eraſmi Læti Frater turmę Equitum Fionicorum Anteſignatorius in bello Suetico ſub Friderico II. Rege Danię.

Sproua Inſula inter Sialandiam & Fioniã, in mari Balthico qua traijcitur.

Stetinum, clariſsima ciuitas in Pomerania: vbi pacificatio inter Daniam & Sueciam recens confecta eſt.

Stilico p. 59. 63. poenas luit 64

Slaulofia vetus oppidum in Sialandia. 224. seq.

Stockholmia, elegans ciuitas, & ſumma Regum ſedes in inclyto Regno Suetiæ.

Suinburgum, vrbs amena in Fionia multorum ingenijs celebris & clara.

Sixtus IIII. pontifex Romanus qui Academiam Hafnienſem cõfirmauit.

Sues quomodo tractandi 343 seqq.

T

Theodoſius Imperator. p. 59.

Tyco Krabbe de Vegholm, Senator & Marſchalcus Regni ſub Chriſtiano III. Regi Daniæ, vir fortiſsimus, & bellicæ rei periſsimus. 200. 232. 233.

Turo Bielcke, vir egregius, Senator & Legatus Erici XIIII. Regis Sueciæ, ad Fridericum II Regem Danię.

Tycho Brah Otthonis F. de Knudſtrup, ingenio, virtutibus & doctrina vir excellentiſsimus.

Trutho Biörnonis F. de Steenalt egregia indole adoleſcens.

Tigurum vrbs vetuſtiſſima, literarum ac virtutis cuſtos: militia ac fortitudine clariſſima, in Heluetia.

Tyco Aſmundus Epiſcopus & Canonicus Lundenſis.

Torkillus Abeldgord, vir Nobilis, Vicarius & paſtor Eccleſię Arhuſienſis ad S. Olaum.

Tungri.

Thomas Nicolai Senior, vir doctus & humanus, fidelis Euãgelij miniſter, & Canonicus Ripenſis.

Tecklenburgicus Comes: quiin pugna ad Taurum montem perijt in Fionia, Victore Chriſtiano III. tum electo Rege Daniæ: cuius pietate & hic et Hoyius Ottoniam translati, in Canutina æde conſepulti ſunt.

Toka interemptor Haraldi Blaatand 161

V

Valdemarus I. Sancti Canuti Ducis Filius Danię Rex: Singſtadij ſepultus. p. 167

Valde-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Valdemarus II. Rex Daniæ Ringſtadij ſepultus.
Valdemarus III. Rex Daniæ ſepultus Soræ.
Vendtſolia, vltima Cimbriæ Cherſoneſi pars, aquis penè cincta, ſpectans in Nortuegiam.
Veſelus Palemonius Malmogianus vir Nobilis doctus & liberalis, Cantor Lundenſis.
Vyburgum Ciuitas Epiſcopalis, & facilima victus ratione, claroq; Canonicorum collegio celebris in Cherſoneſo Cimbrica.
Vardburgum vrbs Hallandiæ, quæ proximo bello à Suecis incenſa, & ſubuerſa eſt. p. 83.
Vesburgū, arx vetus in Samſonia.
Venetiæ.
Viſmaria, egregia ciuitas ad mare in ditione Megapolenſi.
Vagneſia, fluuius Lubecū alluens.
Vadſtenum, Monaſterium inſigne in Suecia, quod proximo bello Suetico afflictum eſt.
Vesbycum, ciuitas & vetus Emporium in Gothlandia.
Valbins, mons vicinus Hafniæ.
Vandali.
Verona, clara & amœna ciuitas in Longobardia vetus Regum Longobardicornm ſedes.
Veſtium luxus in pueris p. 53. in vulgo p. 54.

FINIS.

ERRATORVM, QVÆ INTER RELEGENDVM ANImaduerſa ſunt, Elenchus, quo quędam in hiſce libris loca emendari debent.

Fol. 6. Lin. 26. cœpta. Fol. 8. Lin. 13. pro ecptum, lege, iuſſum. Fol. 14. Lin. 30. Diis. Fol. 19. Lin. 18. Deis. Fol. 24. poſt vltimum verſum, etiam hunc adde, Et cum animis conſtet, quæ ſunt infamia tentat. Fol. 26. Lin. 10. Deis. Lin. 29. Deis. Fol. 69. Lin 21. nuſquamq;. Lin. 25 obducta. Fol 71. Lin. 17. &. Fol. 101 Lin. 21. dele, ſed enim Fol. 154. verſum vltimum ſic lege. Ipſe vadem meme in capitis diſcrimina præſtem. Fol. 159. Li. 12, immani. Fol. 191 Li. 11. Si. Li. 12. peiore. Fol. 229. dele, alijs. Fol. 266. Lin. 12. Fridrico. Lin. 25. Fridricum. Fol. 268. verſu 13. pro, Detrectaturum, lege. Haud neglecturum. Fol. 289. verſu primo, pro, facturos dicere, lege, promittere. Fol. 293. Li. 24. Cenſuit. Lin. 32. tendere. Fol. 315. Lin. 15. prius. 319. Li. 7. inicit. Fol. 393. Lin 8. dele rectè. Fol. 394. Lin. 7. Tartarei. Fol. 402. Lin. 5 ſtatus. Fol. 407. verſu 21 magni. verſu 26 pro, equidem claris, lege nouis. Fol. 427. Lin 3. Biornones. Lin. 5 tantum. verſu 7 pro auget, lege firmat. Fol. 435 Lin. 19. Obuelans. Fol. 436. Lin 15. pro, huius enim, lege, has. Fol. 478. Lin. 15. at vſu. Fol. 494. Lin. 7. foret. Fol. 502. Lin. 12. Knoppero Fol. 503. Lin. 24. dele, artes.

Reliquis quæ tanta quidem celeritate obrepſiſſe videri queant, Lector eruditus & candidus mederi pro ſua humanitate velit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

IMPRESSVM FRANCOFOR-
TI AD MOENVM, PER GEOR-
GIVM CORVINVM.



M. D. LXXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 672 4° copy 3